Non omne bonum, pariter et jucundum est; neque omne jucundum, simul et bonum est. Multa enim sunt dulcia, et tamen prava: et vicissim alia laboriosa sunt, sed tamen bona. Verumtamen concordia et pax animarum parem mentem sententiamque solventium, utramque rem laudabiliter, nempe et bonum et jucundum tenere dicitur. Neque id dicitur de fratribus una tantum habitantibus, sed de unitate simul servantibus, prout ait Apostolus: *Ut id ipsum omnes dicatis, neque schismata inter vos sint; sed una eademque mente ac sententia estote coagmentati*²⁷. Monet autem, ne bonum atque jucundum in corpore carnisque voluptate reponendum putemus.

VERS. 3. *Sicut ros Hermonis qui descendit in montes Sionis.*

Mons est Hermon Libano adjacens, in quo nix multa congeritur, quam Scriptura roris nomine designat. Quia ergo ros ille, ex multis collectus guttibus unum corpus efficitur et compingitur, recte Ecclesiæ concordiam atque consensum comparavit diverso exemplo non nivis permanenti in Hermonie monte, sed ei quæ in Sionis montes descendit. Namque ut nivis copiam intelligamus, mons Hermon in exemplum sumptus est; ut autem morum secundum Deum concordiam significaret Psalmista, rorem in montes Sionis descendentein nominavit.

VERS. 3. *Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem.*

Illic dicit, apud fratres concorditer habitantes. Neque hanc communem vitam, sed immortalē, intelligit.

²⁶ Joan. v, 35. ²⁷ I Cor. i, 10.

φυλάξοιτο ταῦτα, καὶ αὐτοὶ καθευδοῦνται ἐπὶ τὸν θρόνον σου τὸν τῷ Χριστῷ ἡτοιμασμένον.

Τὴν θήραν αὐτῆς εὐλογῶν εὐλογῆσω, τοὺς πτωχοὺς αὐτῆς χορτάσω ἄρτων.

Κατὰ δὲ ἀναγωγὴν, θήρα Σιών οἱ δίκην ἰχθύων διὰ τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν δικτύων ὁσημέραι ζωγρούμενοι· πτωχοὶ δὲ αὐτῆς οἱ μακάριοι, ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· οἱ τὸν ἄρτον σιτοῦνται τὸν ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα· ἀλλὰ καὶ οἱ ταύτης ἱερεῖς, πρῶτον ἑαυτοὺς δικαιοσύνην, ὡς εἶπεν, ἐνδύσαντες, ὑπὸ Θεοῦ περιβάλλονται σωτηρίαν· εἶτα λέγει περὶ τῶν ὁσίων, τῶν ἀρετῆ καὶ βίῃ διαπρεπόντων ἐν Ἐκκλησίᾳ· περὶ ὧν Ἀκύλας μὲν ἔφη· *Αἰνέσει αἰνέσουσιν*· ὁ δὲ Σύμμαχος, *Εὐφημοῦντες εὐφημήσουσιν*.

Ἐπὶ δὲ αὐτὸν ἐξανθήσει τὸ ἅγισμά μου.

Τοῦτο περὶ Ἰωάννου φησὶ, κατὰ τὸ εἰρημένον παρὰ Κυρίου· *Ἐκεῖνος ἦν ὁ λύχνος ὁ καυόμενος καὶ φαίνων*. Ἔστι δὲ ταῦτα καὶ ἄλλως ἰδεῖν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιρούς· ὁ δὲ Σύμμαχος, ὁ ἅγιος μὸς, εἶπεν, αὐτοῦ· ἀγιάζει γὰρ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης τὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἅγισμα.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΑΒ΄.

Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν ἢ τί τερπνόν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν, κ. τ. λ.

Ὁὐ πᾶν τὸ καλόν, ἤδη καὶ τερπνόν· οὐδὲ τὸ τερπνόν, πάντως καὶ καλόν· πολλὰ γὰρ ἡδέα μὲν, φαῦλα δέ· ὡς καὶ ἕτερα ἐπίπτονα μὲν, ἀγαθὰ δέ· ὁμόνοια δὲ καὶ εἰρήνη ψυχῶν ὁμοφρονούντων καὶ ὁμοδοξούντων, ἀμφω κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ τὸ τερπνόν καὶ τὸ καλόν ἔχειν ἐπαινεῖται· οὐ τὸ κατοικεῖν ἀδελφοὺς ἀπλῶς, ἀλλ' ὅταν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὦσι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον λέγοντα· *Ἴνα τὸ αὐτὸ λέγητε πάντες, καὶ μὴ εἶεν ἐν ὑμῖν σχίσματα*· ἤτε δὲ κατηρητισμένοι τῷ αὐτῷ πνεύματι καὶ τῇ αὐτῇ γνώμῃ· διδάσκει δὲ τὸ καλόν καὶ τὸ τερπνόν μὴ ἐν σώματι, μηδὲ ἐν ἡδονῇ σαρκῶν τίθεσθαι.

Ὡς δρόσος Ἀερμών ἢ καταβαλτρούσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών.

Ὅρος ἐστὶν Ἀερμών, τὸ παρακείμενον τῷ Λιβάνῳ, ἐφ' ὃ χιών συνάγεται· πολλή, ἦντινα ὁ Λόγος δρόσον ὠνόμασεν· ἐπειδὴ δὲ ἡ δρόσος ἐκείνη ἢ ἐκ πολλῶν συναγομένη σταγόνων, ὕψ' ἐν σωματοποιεῖται καὶ συμπήγνυται, εἰκότως τὴν τῆς Ἐκκλησίας ὁμόνοιαν καὶ συμφωνίαν ἀπέικασε δι' ἑτέρου παραδείγματος οὐ τῇ χιόνι τῇ ἀπομενούσῃ ἐν τῷ Ἀερμών ὄρει, ἀλλὰ τῇ καταβαίνουσῃ ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών· ἵνα μὲν γὰρ νοήσωμεν τὸ πλήθος τῆς χιόνος, τὸ Ἀερμών δρος παρελήθηται· ἵνα δὲ τοῦ κατὰ Θεὸν πολιτεύματος τὴν συμφωνίαν δηλώσῃ, ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών ἔφη κατείναι τὴν δρόσον.

Ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο Κύριος τὴν εὐλογίαν.

Ἐκεῖ λέγει παρὰ τοῖς κατοικοῦσιν ἀδελφοῖς ἐπὶ τὸ αὐτό· καὶ ζῶην οὐ τὴν κοινήν, ἀλλὰ τὴν ἀθάνατον.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΑΓ'.

Εὐλογῆσαι σε Κύριος ἐκ Σιών.

Ἡδὴ τῷ Ἀβραάμ εἰρηται· Οἱ εὐλογοῦντές σε, εὐλογῆται· δυνάμει δὲ ἑαυτὸν εὐλογεῖ ὁ τοῦτο ποιῶν· εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ, πόσῃ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Κυρίου; οὐ γὰρ δεῖται τῆς παρ' ἡμῶν εὐλογίας. Ἐκαστος δὲ ἑαυτῷ χαρίζεται, καὶ ἑαυτὸν εὐλογεῖ, ἀντευλογούμενος ὑπὸ τοῦ τῶν ὄλων Ποιητοῦ. Διὸ πρῶτον εἰρηται· *Εὐλογεῖτε τὸν Κύριον· εἰθ' ἐξῆς· Εὐλογήσαι σε Κύριος.*

ΨΑΛΜΟΣ ΡΑΔ'.

Τῇ τῶν ὁδῶν ἐσχάτῃ τὰς αὐτὰς ἔχων λέξεις, ὁ παρῶν αἶνος εἰκότως παράκειται· διὸ τὸ ἀλληλουῖα προγγράπται· τοῦ μὲν ἀλληλοῦ δηλοῦντος τὸ αἰνεῖτε, τοῦ δ' *Ια, τὸν Κύριον.* Εἴποι δ' ἄν τις ὕμνον εἶναι τὰ πρῶτα, ὡς ἐν προοίμῳ διεγείροντα τοὺς προσταττομένους αἰνεῖν τὸν Θεόν· ἀρχομένους τοῦ αἴνου ἀπὸ τοῦ, *Κύριε, τὸ δρομά σου εἰς τὸν αἰῶνα.* Κατηγεῖ δὲ ἀποστρέφων εἰδῶλων, καὶ διδάσκει γνῶσιν Θεοῦ. Τοιαύτης γὰρ τοὺς νῦν (8) ἐξ ἐθνῶν προσέντας ἔδει τυχεῖν παραινέσεως· οὐς καὶ δούλους καλεῖ, μῆπω τὸ πνεῦμα τῆς υιοθεσίας ἀνειληφότας. Συμβαίνει δὲ τούτους πρὸ (8*) τῆς παλιγγενεσίας λουτροῦ, στάσιν ἔχειν ἐν οἴκῳ Θεοῦ τῶν αὐτοῦ προπύλων, ἀλλ' οὐ τῶν ἐνδοτάτω τυχόντας· εἰσαγωγὴν γὰρ ἔσχον, ἀλλ' οὐ τελειώσιν. Διάφοροι γε μὴν αὐλαί, ἐπεὶ καὶ διάφοροι τῶν εἰσαγομένων οἱ βίοι· προκοπῆς δὲ, τὴ μετὰ τὴ αἰνεῖν τὸ ὄνομα Κυρίου, αὐτὸν δὴ αἰνεῖσαι τὸν Κύριον· δεῖ γὰρ πρῶτον μαθεῖν, ὅτι ἐστὶ Θεοῦ Λόγος, ἐφεστηκῶς τῷ παντὶ κόσμῳ, καὶ δεσπόζων αὐτοῦ· εἶτα περὶ τὴ οὐσίας αὐτοῦ μαθεῖν καὶ δυνάμει, ἵνῃ τε γνῶναι μονογενῆ τοῦ Θεοῦ. C

ejus substantiam potentiamque cognoscere, et quod Dei sit Unigenitus.

Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸς Κύριος, κ. τ. λ.

Ἐπεὶ ἀγαθὸς Κύριος, αἰνεῖτε αὐτόν. Αἰτία δὲ τοῦ αἰνεῖν, τὸ ἀγαθὸν οὐ κατὰ μέθεξιν εἶναι, ὡσαύτως δὲ τῷ Πατρὶ (9). Αἰνοῦμεν δὲ οὐ τῇ λέξει μόνον, ἀλλὰ καὶ μετέχει τῶν ἀγαθῶν αὐτοῦ, ὡς δέον δὲ τῇ θεωρίᾳ καὶ τοῖς θεολογοῦμένοις ἔργοις πράττειν ἀρμόδια, τὸ, *Ψάλατε τῷ ὀνόματι αὐτοῦ,* ἔπενθηκεται· τοῦτο γὰρ ἡδὴ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν χρηστότητα· αἰνοῦμεν δὲ αὐτὸν ἐπεὶ ἐξελέξατο ἑαυτῷ τὸν πτερνίζοντα τὰ πάθη καὶ τὰς κακίας Ἰακώβ, ἐκλεκτὸν αὐτὸν D

τιθέμενος διὰ τὸ καταλελυκέναι τὰς ἐκ κακίας καὶ παθῶν πάλας· ἀλλὰ καὶ τὸν μετ' αὐτὸν τὸν Ἰακώβ, ἐκ προκοπῆς ἀποδειχθέντα Ἰσραὴλ, εἰς περιουσιασμὸν ἑαυτῷ ἐξελέξατο· καὶ διὰ τοῦτο λαὸς ἐστὶ περιούσιος ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν περιουσίῳ γενομένου, πάντων περὶ τὴν οὐσίαν καὶ τὴν ὑπαρξίν καταγινόμενου, τῷ μετέχειν αὐτῆς ὄντος καὶ σοφοῦ καὶ Λόγου Θεοῦ.

Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος ἐποίησεν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῆ, ἐν ταῖς θαλάσσαις καὶ ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις.

Πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος, καλὰ ἐστίν, ἅτε

⁹⁹ Gen. xii, 5.

(8) Hic videt Eusebii Cæsariensis tempora, quibus præcipue ethnicorum ad Christum conversio sebat.

A

PSALMUS CXXXIII.

VERS. 3. *Benedicite te Dominus ex Sion.*

Olim Abrahamo dictum fuit: *Qui te benedicunt, benedicti sunt* ⁹⁹. Virtualiter autem semet benedicit, qui id agit. Quod si in Abrahamo valuit, quanto magis in Domino? Non enim is nostra benedictione indiget. Unusquisque autem sibi gratificatur, et sibi benedicit, quia vicissim ab omnium rerum Creatore benedicitur. Ideo primo dictum est: *Benedicite Dominum.* Deinde: *Benedicite te Dominus.*

PSALMUS CXXXIV.

Laudativus hic psalmus merito subjungitur postremo canticorum, quia iisdem locutionibus utitur; quam ob rem *alleluia* quoque ei præponitur: namque *allelu, laudate* significat, *ia, Dominum.* Dicit sane aliquis priorem psalmi partem, hymni locum tenere, excitatis in proœmio iis qui Dei laudibus dicendis addicti sunt; qui reapse laudandi initium faciunt ab illis verbis, *nomen tuum, Domine, in æternum.* Doctrina autem traditur ab idolis avertens, et Dei notitiam ingerens. Hæc illis fieri debebat adhortatio, qui nunc ex ethnicis ad fidem accedunt, quos etiam servos appellat, utpote spiritum adoptionis nondum adeptos. Solent autem hi ante regenerationis lavacrum, stationem habere in domo Dei ante fores, nondum in interiora recepti: erudiuntur enim, sed adhuc non sunt perfecti. Porro diversæ sunt aulæ, quia diversa est catechumenorum vita: gradus vero provectio est post laudatum nomen Domini, Dominum ipsum laudare. Oportet enim primum discere, Dei esse Verbum quod universo mundo præsidet ac dominatur: deinde et

VERS. 3. *Laudate Dominum, quia bonus Dominus, etc.*

Quoniam bonus est Dominus, ipsum laudate. Causa autem laudandi est, bonitas ejus non ex quadam participatione, sed quia perinde est ac Pater. Laudamus autem non verbis solum, sed etiam participatione bonorum ejus: quia nimirum oportet theoreticæ speculationi et theologicæ regulæ actibus, reliquos mores consentire, *Psallite*, additum est, *nomini ejus*, quia dulce id est, et super omnem suavitatem. Porro eum laudamus, quia sibi delegit evententem mala et iniquitates Jacob, electum eum constituens, quia solvit nequitiae dolorumque certamina. Sed et illum qui post Jacobum fuit, nempe eum qui temporis progressu dictus est Israel, peculiarem sibi ceu possessionem delegit: ideoque populus est peculiaris, ex omnibus gentibus; peculiaris, inquam, possessio et substantia effectus, quatenus eam tenet sapiens Dei Verbum.

VERS. 6. *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo et in terra, in maribus et in cunctis abyssis.*

Quæcumque Dominus fecit, bona sunt, quia vo-

(8*) Deest τοῦ. EDIT.

(9) Animadvertet Eusebii doctrinam orationis: in Deo Verbo.

lente Deo ad existendum perducta. Si quid tamen est in cœlo, veluti spiritalia nequitiae, aut in terra, veluti homines peccatores, aut in maribus, velut draconis improbitas, aut in abyssiis, velut iniquitas scelestorum illorum, qui illuc abire jussi sunt; hæc, inquam, Deus non effecit voluntate sua. Namque ex ore Domini haud prodibunt mala simul et bonum.

VERS. 7. *Qui educit ventos de thesauris suis.*

Dum hic dicit thesauros, haud sane indicat quosdam esse ventorum thesauros, sed jubentis potius celeritatem, et rei possessæ paratam facilitatem. Sicut enim qui thesaurum apud se habet, expedite admodum, quotiescunque vult, cuncta inde profert; ita et omnium Creator cuncta facile effecit, et ad existentiam perduxit.

VERS. 8. *Qui percussit primogenita Ægypti.*

Quia nonnulli mundana tantummodo ac cœlestia dicunt providentia Dei gubernari, demonstrat humana quoque curæ esse eidem, qui et nunc impius punit, et piorum genus protegit. Sed enim olim quidem portio erat Domini, id est Dei Verbi, populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel. Postquam vero ob suam irreligiositatem ille prolapsus est, dictum fuit humanato Verbo: *Pete a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam*³⁹.

VERS. 13. *Domine, nomen tuum in æternum.*

Nihil tantopere ad divinam Providentiam spectat, quam docere homines, ne rerum hanc universitatem sine gubernatore esse credant. Quare et continua apud nos est Dei memoria, cujus magnitudinem a majoribus servi ejus edocti, præsentia dicere discunt et audent, satis gnari fore ut recreentur, quia judicium fiet de reliquo populo, eorum causa qui Dei nomen sciunt et memoria versant. Pro eis itaque, tanquam pro servis venia egentibus, deprecatur.

VERS. 15. *Idola gentium argentum et aurum.*

Absolute theologico circa Dominum sermone, et providentiæ ejus magnis operibus enumeratis, tanquam adhuc servos eos alloquens, qui ex errore polytheismi nuper accesserant, objicit putatorum olim ab ipsis deorum vituperationem; consentaneæ nimirum his quæ supra dixerat, nempe, *Ego cognovi quod magnus est Dominus, Et Dominus noster supra omnes deos*⁴⁰. Dominus noster hæc et illa fecit, tum universim tum etiam partiatim. Gentium autem dii, quibus vos quoque decepti errore antea credebatis, nihil erant aliud quam mortua et muta simulacra. Scite autem et Symmachus pro, *similes illis fiant qui faciunt ea, et quicumque ipsis confidunt*. Revera enim qui inanimatis rebus tanquam diis attendunt, lapidescente anima, idem patiuntur quod abs se culta idola, nempe oculos habent et non vident, aures habent et non audiunt.

³⁹ Psal. 11, 8. ⁴⁰ Psal. cxxxiv, 5.

θηλήματι Θεοῦ γεγεννημένα· ἐὶ δὲ τί ἐστὶν ἐν οὐρανῷ, ὡς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ἢ ἐν τῇ γῆ ὡς οἱ ἀμαρτωλοὶ ἄνθρωποι, ἢ ἐν ταῖς θαλάσσαις, ὡς ἡ τοῦ δράκοντος κακία, ἢ ἐν ταῖς ἀβύσσοις ὡς ἡ πονηρία τῶν προστασσομένων ἐκεῖ ἀπελθεῖν κακῶν, τοῦτο οὐχ ὁ Θεὸς ἐποίησε τῷ θελήματι αὐτοῦ· ἐκ γὰρ στόματος Κυρίου οὐκ ἐξελεύσεται τὰ κακὰ καὶ τὸ ἀγαθόν.

Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ.

Τὸ εἰπεῖν ἐκ θησαυρῶν, οὐ τοῦτο δηλοῖ ὅτι θησαυροὶ τινεὶ εἰσι τῶν ἀνέμων, ἀλλὰ τὸ ἔτοιμον τοῦ ἐπιτάττοντος, τὸ εὐκολον τῆς κτήσεως παρεσκευασμένον· ὡσπερ ἂν ὁ ἐν θησαυρῷ ἔχων μετὰ ἀδείας ἐξάγει πάντα καὶ ὅτε βούλεται, οὕτως καὶ ὁ τοῦ παντὸς Δημιουργὸς πάντα εὐκόλως ἐποίησε καὶ τῇ φύσει παρέδωκεν.

Ὁς ἐπάταξε τὰ πρωτότοκα Αἰγύπτου.

Ἐπειδὴ δὲ τὰ καθόλου καὶ οὐράνια φασὶ τινεὶ προνοία διοικεῖσθαι μόνῃ Θεοῦ, δεικνυσὶν ὡς μέλει καὶ τῶν ἀνθρωπίνων αὐτῷ, καὶ νῦν τοὺς ἀσεβεῖς κολάζοντι καὶ τῶν εὐσεβῶν οἰκειομένῃ τὸ γένος. Ἄλλὰ πάλαι μὲν ἦν μερὶς Κυρίου, δηλαδὴ τοῦ Θεοῦ Λόγου, λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ, σχοίνιγμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραὴλ· ἐπειδὴ δὲ δι' ἣν ἔδρασεν ἀσέβειαν ἐκεῖνος ἐκπέπτωκεν, ἐνανθρωπήσαντι ἔλεκεται· *Αἰτησαί παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τῆς κληρονομίας σου.*

Κύριε, τὸ δογμα σου εἰς τὸν αἰῶνα.

Οὐδὲν οὕτω τῆς θείας Προνοίας, ὡς τὸ διδάξαι τοὺς ἀνθρώπους μὴ ἀδέσποτον εἶναι τὸ πᾶν· ἔθεν καὶ ἡ διηγετικὴ αὐτοῦ μνήμη καθέστηκε παρ' ἡμῖν, οὐ τὸ μέγεθος διὰ τῶν προλαθόντων οἱ δούλοι μαθόντες αὐτοῦ, τὰ παρόντα λέγειν διδάσκονταί καὶ παραβαρύνονται, μαθόντες ὡς ἐπ' αὐτοῖς παρακληθήσονται, τῆς κρίσεως ἀκολουθοῦσης τοῖς λοιποῖς τοῦ λαοῦ, ταῖς ἐπεγνωκόσι τὸ δογμα αὐτοῦ, καὶ τὸ μνημόσυνον ἔχουσι· ἐπ' ἐκεῖνοις δὲ ὡς ἂν ἐπὶ δούλοις συγγνώμης ἐπιδοσμένοις παρακαλεῖται.

Τὰ εἰδῶλα τῶν ἐθνῶν ἀργύριον καὶ χρυσίον.

Συντελέσας τὴν περὶ τοῦ Κυρίου θεολογίαν, καὶ τῆς προνοίας αὐτοῦ τὰς μεγαλοουργίας καταλέξας, ὡς ἐτι δούλοις ὁμιλῶν τοῖς ἐκ τῆς πολυθεοῦ πλάνης ἄρτι προσεληλυθῶσιν, ἀντιπαραβάλλει τῶν πάλαι παρ' αὐτοῖς νενομισμένων θεῶν τὸν ἔλεγχον, ἀκολουθῶν τοῖς ἀνωτέρω εἰρήκει· ὅτι, *Ἐγὼ ἔγνωκα ὅτι μέγας Κύριος, καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεοὺς· ὁ μὲν γὰρ Κύριος ἡμῶν τάδε καὶ τάδε εἰργάσατο ἐν τε τοῖς καθόλου καὶ ἐν τοῖς ἐπὶ μέρος· οἱ δὲ τῶν ἐθνῶν θεοὶ, οὓς καὶ αὐτοὶ πεπλανημένως ἐνομιζέτε πρότερον, οὐδὲν ἦσαν ἕτερον ἢ εἰδῶλα νεκρὰ καὶ κωφά. Χαριέντως δὲ καὶ ὁ Σύμμαχος ἀνὴρ τοῦ, ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιτο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἡρμήνευσεν εἰπὼν, ὡς αὐτὰ γένοιτο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, καὶ πᾶς ὁ πεπορθῶς αὐτοῖς. Καὶ γὰρ θνῶτες οἱ τοῖς ἀψύχοις ὡς θεοῖς προσέχοντες, ὡσπερ ἀπολιθωθέντες τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτοὶ τὸ αὐτὸ πεπόνθασιν τοῖς προσκυνουμένοις ὑπ' αὐτῶν, ὀφθαλμοῦς ἔχοντες καὶ οὐ βλέποντες, ὠτα ἔχοντες καὶ οὐκ ἀκούοντες.*

*Ομοιοι αυτοις γένονται οι ποιουντες αυτά.

Οι μὲν προειρημένοι ὅμοιοι γενήσονται, ἢ καὶ γεγῶνασι τοῖς ἑαυτῶν θεοῖς· οἱ δὲ εἰς τὸν κληρον παραληφθέντες τοῦ Θεοῦ, καὶ λαὸς αὐτοῦ χρηματίσαντες, *Εὐλογήσατε*, φησί, *τὸν Κύριον*, τούτεστιν ἀνευφημήσατε, τὰ μεγάλα ἑαυτοῦς ὠφελούντες· καλεῖται δὲ πρῶτον ἐπὶ τὴν εὐλογίαν ὁ (9^ο) Θεοῦ λαὸς, ὁ καλούμενος οἶκος Ἰσραὴλ, τὸ ὑποβεθηκὸς τάγμα τοῦ πλήθους· δεύτερον δὲ κατὰ ἀνάδασιν καὶ ὑπεροχὴν οἶκος Ἰααρῶν· καὶ τρίτον ἡ φυλὴ πᾶσα ἡ ἱερατικὴ καλούμενη οἶκος Λευὶ· καὶ μετὰ πάντας ἀνωτέρω οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον· οὗτοι δὲ ἦσαν πρὸς οὐς ὁ πᾶς ὕμνος προσπεφώνηται· οἱ δὲ ἐν ἀρχῇ τοῦ παντὸς ψαλμοῦ ὠνομαζμένοι δοῦλοι, δηλαδὴ οἱ ἐξ ἐθνῶν προσιώντες τῇ πίστει. Εἰ γὰρ τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος περιεληπτὰ διὰ τῶν εἰρημένων τριῶν ταγμάτων, τοῦ τε Ἰσραὴλ, καὶ τοῦ οἴκου Ἰααρῶν, καὶ οἴκου Λευὶ, ἕτεροι παρὰ τούτους τίνες ἂν εἴεν οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, εἰ μὴ ἐξ ἐθνῶν τῶν τοῦ Θεοῦ λόγῳ προσεληλυθότες; οἱ καὶ διδάσκονται εὐλογεῖν· *Εὐλογητὸς Κύριος ἐκ Σιών*, ὁ κατοικῶν Ἰερουσαλήμ, ἣ τὴν αἰὲ μένουσαν τοῦ Θεοῦ πόλιν, ἐν ἣ τὸ ἀληθὲς νοεῖτο ἂν κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ (10).

ΨΑΛΜΟΣ ΡΑΕ΄.

Τῷ ποιῆσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ.

Θαυμαστὸν δὲ καὶ πρὸς λέξιν, εἰ οὐρανὸς μὲν καὶ μόνῳ θέξ τὴν σοφίαν δηλοῦν τοῦ (10) Θεοῦ, μεγέθει τε καὶ κάλλει καὶ πολυχρονίῳ μονῆ· γῆ δὲ πανταχόθεν περιχλωζομένη τοῖς ὕδασι καὶ σύστασιν τὴν ἰδίαν φυλάττουσαν· πᾶσι δὲ τὸν αἰώνιον ἔλεον ὁ μελογράφος συνέψευξεν, ἐπειδὴ οὐ διὰ χρεῖαν οἰκείαν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ διὰ μόνην φιλανθρωπίαν ἐδημιούργησεν ἅπαντα.

Τῷ πατάξαντι Αἴγυπτον.

Εἰ μὴ πέπεισαι, φησί, προνοεῖς Θεοῦ καὶ δυνάμει τὸν σύμπαντα κόσμον καὶ τὰ τούτου μέρη διακυβεῖσθαι, ἐν ἀμφιβόλῳ δὲ ἔχεις μὴ πη τὰ κατὰ μέρος καὶ τὰ ἀνθρώπινα παρορᾶται ὑπὲρ αὐτοῦ, γινώθι, ὅτι καὶ τῶν ἐπὶ γῆς οὐχ ἦπτον ἦ τὸν κατ' οὐρανὸν προνοεῖ· μετέρχεται γοῦν κατὰ χρόνους τῶν ἀνθρώπων καθ' ὑπερβολὴν ἀθέους καὶ ἀσεβεῖς, ὥσπερ ποτὲ τοὺς Αἰγυπτίους μετέβλην, καὶ αὐτὴν τὴν Αἰγυπτίαν γῆν. Προϊσταται δὲ πάλιν καὶ ὑπερμαχεῖ τῶν θεοφιλῶν, καὶ οὐ μόνων αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν τούτων ἀπογόνων, ὥσπερ τῶν διὰ Μωϋσέως ἠλευθερωμένων τότε τῆς παρ' Αἰγυπτίους δουλείας, οὓς ἠλευθέρωσεν αὐτοὺς ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, οὐκ ἄλλως ἢ ἐκτεταμένην χεῖρ καὶ ἰσχυρῶ βραχίονι χρησάμενος· εἴη δ' ἂν οὗτος ὁ τοῦ

(9^ο) Deest τοῦ. Εἰδτ.

(10) In codicibus D. f. 237. b, et G. f. 207, aliis partim verbis idem fere fragmentum scribitur. ΕΥΣΕΒΙΟΥ. Ταῦτα μὲν εἴη, φησί, τοῖς ποιούσι τὰ εἰδωλά· ὁ δὲ λαὸς τοῦ Κυρίου καὶ ὁ κληρὸς αὐτοῦ ἀπολαύετω τῆς εἰς αὐτὸν εὐφημίας· πρῶτον ὁ οἶκος Ἰσραὴλ τάγμα τὸ ὑποβεθηκὸς· εἶτα τὸ ὑπερανέγον, οἶκος τοῦ Ἰααρῶν· εἶτα τῶν ἱερέων ἡ πᾶσα ἱερὰ, οἶκος Ἰααρῶν· καὶ πάντων ἀνωτέρων οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, πρὸς οὓς ὁ πᾶς ὕμνος προσπεφώνηται· καὶ κατ' ἀρχὰς ἐβέβησαν δοῦλοι, δι' ὧν τοὺς ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότας ἐδῆλωσαν· τίνες γὰρ οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, παρὰ τὰ τρία τάγματα τῶν Ἰουδαίων; Σιών δὲ λέγει

A VERS. 18. *Similes illis fiant qui faciunt ea.*

Prædicti idololatræ similes fient, vel jam sunt facti, diis suis. Secus vero, qui in sortem Dei assumpti estis, et populus ejus censemmini, *Benedicite*, inquit, *Domino*; id est, collaudate, non sine magna utilitate vestra. Primus autem ad laudandum vocatur Dei populus, qui dicitur domus Israelis, ordo inferior plebis. Secundo loco, uti gradus excelsior et eminens, domus Aaronis. Tertio sacerdotalis universa domus Levi. Postremo denique tanquam omnibus sublimiores qui timent Dominum. Hi sunt, quos universus hymnus alloquitur. Qui autem initio totius psalmi appellantur servi, ii sunt qui ex ethnicis ad fidem accesserunt. Nam si universa Judæorum natio prædictis tribus ordinibus comprehenditur, Israelis videlicet, et familiarum Aaronis ac Levi; reliqui præ his timentes Dominum, quinam erunt nisi qui ex ethnicis ad Dei doctrinam accesserunt? qui etiam docentur sic benedicere: *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat Jerusalem*, sive manentem semper Dei civitatem, in qua vera Dei intelligitur habitatio.

PSALMUS CXXXV.

VERS. 4. *Ei qui facit mirabilia magna solus.*

Sane ad litteram mirabile est, quandoquidem cælum solo intuitu sapientiam Dei magnitudine ac pulchritudine sua, et tam spatiosa ævitate demonstrat: terra autem alluentibus undique fluctibus firmitatem suam retinens. His omnibus æternam misericordiam melodus innexuit, siquidem haud ob aliquem suum usum Deus, sed ob solam erga homines benignitatem omnia creavit.

VERS. 10. *Qui percussit Ægyptum.*

Si forte haud credis, inquit, Dei providentia ac virtute universum mundum ejusque partes gubernari, dubitasque res singillatim humanas ab eo fortasse negligi, velim scias, ipsum res haud minus terrenas quam cælestes curare. Ergo persequitur, temporibus idoneis, homines præsertim insigniter irreligiosos et impios; sicuti aliquando Ægyptiis eorumque regioni incubuit. Protegit vicissim atque defendit dilectos suos, neque hos tantum, verum etiam ipsorum posteros; sicuti reapse fecit ereptis tunc per Moysen ab Ægyptiorum servitute; quos ipse communis Deus liberavit haud aliter, quam manu sua extenta, brachioque forti utens. Est autem hoc ipsum Dei Verbum, per quod et

καὶ Ἰερουσαλήμ, τὴν αἰὲ μένουσαν τοῦ Θεοῦ πόλιν, ἐν ἣ τὸ ἀληθὲς κατοικητήριον τοῦ Θεοῦ· κατὰ δὲ νόησιν, οἱ διορατικοὶ μὲν οἶκος τοῦ Ἰσραὴλ ὀψόμενοι καθαρὰ καρδίᾳ Θεόν· οἱ δὲ τελείως καὶ ἱερατικῶς αὐτὸν αἰὲ θεραπεύοντες, οἶκος Ἰααρῶν· καὶ οἱ τούτων ὑποδεέστερον μὲν, ἐξυπηρετούμενοι δὲ τῷ ναφ, οἶκος Λευὶ, οὓς ἂν τις νεωκόρους καλέσειεν· εἶτα οἱ ἐξ ἄλλογενῶν φόβῳ Θεοῦ προστιθέμενοι· πάντες μὲν οὖν εὐλογοῦσιν, ἀναλόγως δὲ ἕκαστοι· δηλοῖ δὲ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν Ἰερουσαλήμ, τὴν μὴ ἔχουσαν στίλον ἢ ρυτίδα, τὴν εἰρηρῆν ὀρώσαν, ἣν Ἰησοῦς δίδωσι λέγων· *Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.*

(10^ο) Δηλοῦν. Forte δηλοῖ. Εἰδτ.

olim et nunc etiam cuncta hominibus beneficia a benignitas Dei optimi confert.

Vers. 19. *Seon regem Amorrhæorum.*

Interpretari solemus Amorrhæos quidem loquaces exasperantes; et horum regem Seon, tentationem et exacerbationem. Namque homines sophisticæ fraudis periti aspere sæpe loquuntur, pariterque velent veritatis quoque amatores fraudulentè loqui et occinere, atque omnino nihil aliud spectant quam ut vexent atque exasperent. Basan vero, quod ignominiam significat, improhorum pudendam multitiam denotat: cujus rex On cum Seon occiditur; ut Israeli terra quam male retinebant tradatur, qui callido et iniquo possessu, malignoque eam administrantes ingenio, regnare videbantur. Verumtamen dicta terra his erepta traditur in sortem Israeli, fideli servo illius qui rerum omnium auctor est.

Vers. 23. *Quia in humilitate nostra memor fuit nostri Dominus.*

In superioribus quoque varie demonstratum fuit, non eum qui de Judaico genere oritur, Israelem esse, sed eum qui moribus dignus hoc nominis est. *Non enim omnes qui de Israele sunt, hi sunt Israel*⁴¹: neque illa quæ publice fit, circumcisio est, ut ait Apostolus, sed in occulto potius Judæus, et cordis circumcisio, non secundum litteram, sed in spiritu: cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo⁴². Nos quoque igitur qui ex ethnicis venimus (nos enim reapse circumcisio sumus verusque Israel) nos, inquam, potius ex inimicis liberavit, quam illos. Etenim illi ex Ægypto discedentes, corporeos sugerunt tyrannos. Verumtamen pravis moribus animas suas inficientes, occubuerunt in deserto idololatriæ dediti. Nos autem revera redemit de animæ nostræ hostibus, memorque nostri magis fuit in humilitate nostra quam illorum. Namque illi quidem corpore serviebant Ægyptiis, nostræ vero animæ ludibrio erant dæmonibus, et sub malis spiritibus humiliati eramus. Tanta vero est misericordia Dei, ut non solum piorum curam gerat, et sibi propinquantibus consulat, verum etiam terrestres omnes providentia sua complectatur, neque rationales solum sed etiam irracionales, cunctisque in terra alimenta animantibus præbeat, unicuique generi idonea, et vitæ necessaria suppeditet: et nos deum in cælos hinc transferat. Quamobrem sermo Psælistæ postquam dixit, *Qui dat escam omni carni nos in cælum transmittit, rursus dicens: Confitemini Deo, cæli, quoniam in æternum misericordia ejus.*

PSALMUS CXXXVI.

Caret hic psalmus titulo apud Hebræos; nam

⁴¹ Rom. ix, 6. ⁴² Rom. ii, 28, 29.

(11) Recole omnino adnotata a nobis in tractatu S. Cyrilli *De Maria deipara*, cap. 5, de Domino Jesu, pro Josue, exennium Ægypto Israelitarum

Θεοῦ λόγος (11), δι' οὗ καὶ πάλαι καὶ νῦν τὰς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας ἡ φιλανθρωπία τοῦ παναγάθου Θεοῦ κατειργάσατο.

Τὸν Σηὼν βασιλέα τῶν Ἀμορραίων.

Ἐρμηνεύονται δὲ Ἀμορραῖοι μὲν λαλητοὶ παραπικραίνοντες, καὶ ὁ τούτων βασιλεὺς Σηὼν, πειρασμὸς καὶ παροργισμὸς· οἱ δεινοὶ γὰρ πρὸς ἀπάτην σοφιστικὴν καταπικραίνοντές εἰσιν λαλητοὶ, τοὺς ὅσοι τῆς ἀληθείας εἰσιν ἐρασταὶ θέλοντες ἐπὶ ἀπάτης λαλεῖσθαι καὶ ἄδυσθαι, πειράζειν τε καὶ παροργίζειν ἔχοντες τὸν σκοπὸν. Βασάν δὲ αἰσχρότην μεθερμηγενομένην, τὴν τοὺς κακούς κατασχύνουσαν κακίαν δηλοῖ· ἥς ὁ βασιλεὺς Ὦν, σὺν τῷ Σηὼν ἀποκτείνονται ὅπως τῷ Ἰσραὴλ ἡ γῆ, ἦν κακῶς ἐκράτου, σοφιστικῶς καὶ μετὰ μοχθηρᾶς ἕξεως περὶ τὴν τῶν πραγμάτων διατριβόντες φύσιν, δοκοῦντες βασιλεύειν αὐτῆς· ἀλλ' ἀφαιρεθεῖσα αὐτῶν ἡ ἐρμηγενομένη γῆ, εἰς κατάσχεσιν τῷ Ἰσραὴλ δίδεται ἐπὶ τῷ κληρονομῆν αὐτῆν, δούλω γνησίῳ τοῦ πάντων αἰτίου τυγχάνοντι. Ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος.

Καὶ ἐν τοῖς ἀνωτέρω διαφόρως ἐπεδείκνυτο Ἰσραὴλ, οὐ τὸ γένος τῶν Ἰουδαίων ὑπάρχων, ἀλλ' ὁ τοιοῦδε τῆς θεοσεβείας τρόπος (12)· Ὁ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ. οὗτοι Ἰσραὴλ· οὐδὲ ἦν τῷ φανερῶ ἐν σαρκὶ περιτομή, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ἀλλ' ὅ ἐν τῷ κρυπτῷ Ἰουδαῖος, καὶ περιτομὴ καρδίας οὐ χράμματα ἀλλὰ πνεύματι· οὐ ὁ ἐπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἡμεῖς οὖν τοὺς ἐξ ἐθνῶν (ἡμεῖς γὰρ ἔσμεν ἡ περιτομὴ καὶ ἀληθινὸς Ἰσραὴλ), ἐλυτρώσατο ἐκ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν μᾶλλον ἢ ἐκείνων· οἱ μὲν γὰρ ἐξ Αἰγύπτου προελθόντες, τοὺς σωματικούς ἐξέφυγον τυράνους· ἐπαγόμενοι δὲ ἐν ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς τοὺς ἀσεβεῖς τρόπους, πεπτώκασι ἐν τῇ ἐρήμῳ εἰδωλολατρῆσαντες. Ἡμεῖς δὲ ἀληθῶς ἐλυτρώσατο ἐκ τῶν τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐχθρῶν, καὶ ἐμνήσθη ἡμῶν ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν μᾶλλον ἢ ἐκείνων· οἱ μὲν γὰρ σώμασιν ἐδούλευον τοῖς Αἰγυπτίοις, ἡμεῖς δὲ ταῖς ψυχαῖς αὐταῖς δαιμόνων ἡμεῖν ταπεινωμένοι. Τοσοῦτον δὲ ἐστὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ, ὡς μὴ μόνον κῆδεσθαι τῶν θεοσεβῶν, καὶ τῶν αὐτῶν πλησιαζόντων φροντίζειν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἅπαξ ἀπλῶς τῶν ἐπὶ γῆς τὴν πρόνοιαν ποιεῖσθαι, καὶ οὐ λογικῶν μόνων ἀλλὰ καὶ ἀλόγων, ὡς ἐπιχορηγεῖν τροφὰς πᾶσι τοῖς ἐπὶ γῆς ζώοις, ἐκάστω τε γένει τὰ πρόσφορα, καὶ τὰ κατάλληλα πρὸς τὴν ζωὴν δωρεῖσθαι, ἐντεῦθεν τε πάλιν εἰς οὐρανὸν διτρεῖσθαι. Διόπερ ὁ λόγος μετὰ τὸ φάναι, Ὁ δίδους τροφὴν πᾶσιν σαρκὶ, ἀναπέμπει ἡμᾶς εἰς οὐρανὸν, αὐδὶς λέγων· Ἐξομολογήσθε τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΑΓ'.

Ὁ παρὼν ψαλμὸς, ἀνεπίγραφος ὑπάρχει παρ'

duce. Nam et Eusebius conspirare cum Cyrilli aliorumque sententia videtur.

(12) Cod. τρόπος.

Ἐβραίοις, καὶ οὕτε τίνος ἐστὶ προγεγραπται, οὕτε ποιοῦ τυγχάνει εἶδους· ἀλλ' ἐστὶ ψιλὴ προφητεία ἐκ προώπου τῶν ἐν Βαβυλῶνι γενομένων λεγομένη· καὶ τοῦτο δὲ σημειῶσει ὡς ἐν τισιν τῶν ἀντιγράφων, κατὰ τοὺς Ἐβδομήκοντα, ἐπιγεγραπται Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.

Μακάριος ὃς ἀνταποδώσει σοὶ τὸ ἀνταπόδομά σου!

Ὁ μακαρισμὸς εἰς ἐκείνους περιστήσεται τοὺς ἀποδιδόντας τὰ ἀμοιβὰτα τῇ Βαβυλῶνι, καὶ τὸν τὰ νήπια αὐτῶν προσαράσσοντα τῇ πέτρᾳ καὶ ἀναιροῦντα αὐτά· καὶ γὰρ τῷ ὄντι, τὸ μὲν πρῶτον μακάριον ἦν τὸ μὴ θεάσασθαι ποτε τὴν Βαβυλῶνα, μηδὲ ἐν τῇ συγχύσει γενέσθαι τῶν ταύτης κακῶν· εἰ δὲ ἄπαξ τις γένοιτο ἐν αὐτῇ ἀποπεσῶν τῶν κρειττόνων, μακάριος ἂν εἴη εἰ ἂ πέπονθεν ποιήσειεν, καὶ ἀνταχμαλωτήσειεν τοὺς Βαβυλωνίους, καὶ αὐτὰς τὰς τῶν Βαβυλωνίων ψυχὰς μεταγάγοι ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ φῶτον. Εἰ δὲ καὶ τὰ νήπια αὐτῶν μὴ συγχωρήσειεν αὐξήσαι, ἀλλὰ συντριψέειεν πρὸς τῇ πέτρᾳ, πολλῶν ἂν γένοιτο μακαριώτερος. Βαβυλῶνος δὲ νήπια τὰ σπέρματα τῆς κακίας, καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν συγχυτικῶν ἀμαρτημάτων, οὐκ ἂν ἀμάρτους εἰπῶν· ἂ δὴ τῷ λόγῳ τῷ σωτηρίου (ἡ πέτρα γὰρ ἦν ὁ Χριστός) ἀναιρεῖν πρὸς τὸ μὴ αὖξιν, μηδὲ εἰς ἔργα προέρεσθαι σπουδάσει ὁ ἐν τούτοις μακαριζόμενος.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΑΖ'.

Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου.

Ὅσπερ ὁ τέλειος ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ δυνάμεως καὶ ἰσχύος ἀγαπᾷ τὸν Θεόν, οὐ διασπῶν τὰς δυνάμεις τῆς αὐτοῦ ἀγάπης περὶ ἄλλο τι, ἀλλ' ὅλως ἀνηρημέως μόνου τοῦ Θεοῦ, οὕτως καὶ αὐτὸς ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐξομολογεῖται εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ. Θαρσῶν δὲ τῇ τοιαύτῃ αὐτοῦ παρήρησιᾳ, καὶ εἰδῶς, ὅτι ἐν μεγάλῳ θεάτρῳ τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ, θεῶν ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν Θεοῦ ἐφορώντων, καὶ θεωμένων τὰς ἐν Θεῷ προκοπὰς αὐτοῦ, τὴν προσήκουσαν ἀποδίδωσι τῷ Θεῷ λατρείαν, καὶ φησιν· *Καὶ ἐναντίον ἀγγέλων ψαλλῶ σοι.*

Προσκυνήσω πρὸς τὸν ναὸν ἁγίων σου.

Προσκυνεῖν ἐπαγγέλλεται πρὸς ναὸν ἁγίων, τὴν Ἐκκλησίαν δηλῶν, ἣ τὴν ἐπουράνιον Ἱερουσαλήμ, ἥς τύπος ὁ ἐπὶ γῆς ὑπῆρχε ναός· εἶτα χάριν ὁμολογεῖ καταξιοθεὶς ἐλέου καὶ ἀληθείας Θεοῦ. Ἄνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος, περὶ τοῦ ἐλέου σου καὶ τῆς ἀληθείας σου, λέγει· τυχὼν γὰρ ἐλέου Θεοῦ, τύπων καὶ συμβόλων ἀπήλλαχται, ἐν περὶ ἑαυτοῦ καὶ ἀληθείᾳ λατρεύειν Θεῷ κατηξίωται.

Ἐξομολογήσάσωσάν σοι, Κύριε, πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς.

Πολλάκις παρετήρησαμεν, ὅτι τῶν ψαλμῶν οἱ μῆτε ἕμουν, μῆτε ὄδην, μῆτε ψαλμὸν, ἣ τι ἕτερον ἔχοντες προγραφὴν, ἄλλου παρὰ ταῦτα τυγχάνουσι χαρακτηρισ. ὁποῖος ὁ παρὼν προφητικῆς μετέχων δυνάμεως· διὰ γὰρ τῶν προλαβόντων ἐξομολογησάμενος ὁ Δαυὶδ, Ἄλλ' οὐκ ἐγὼ, φησὶ, ἐν βασιλεῦσι μόνος τούτου κατηξίωθη, πλείστοι δὲ τοιοῦτοι γενήσονται, δηλαδὴ μετὰ τὸ κήρυγμα τοῦ Σωτῆρος· καὶ μάλιστα ὅτε τὸ

A neque ejus auctor inscribitur, neque cujus generis carmen sit, dicitur. Porro est simplex prophetia, quæ recitatur ex captivorum Babylone persæna. Ejus rei indicium est, quod in aliquot Septuaginta interpretum exemplaribus inscribitur Aggæo et Zachariæ.

VERS. 8. *Beatus qui retribuēt tibi retributionem tuam!*

Beatitudo illis reputatur, qui talionem Babyloni reddent, et qui parvulos ejus petrae illis necabant. Revera enim in primis beatus fuisset nunquam cernere Babylonom, neque in malorum ejus colluvie versari. Sed postquam aliquis prosperitate dejectus, illic exstitisset, beatus sane reputaretur, si quæ passus esset, invicem retribuere, et Babylonicos vicissim captivaret, atque ipsas Babylonicorum animas ad Dei timorem transferret. Quod si et illorum parvulos haud siverit adolescere, sed illiserit petrae, multo erit felicior. Jam vero Babylonicos parvulos, recte intelliges nequitiae semina, et variorum scaturigines peccatorum, quæ Servatoris doctrinis (nam petra est Christus) occidere, ne adolescant atque in actum erumpant, curabit is qui hoc loco beatus prædicatur.

PSALMUS CXXXVII.

VERS. 1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo.*

Sicuti perfectus homo, Deum tota anima, nervis, ac viribus amat, haud equidem amoris sui facultates distrahens ad aliud quidvis, sed a solo Deo dependens; sic et Psalmista toto corde confitetur, gratias agens Deo. Tum elatus hac sua fiducia, vidensque se in magno humanæ vitæ theatro, necnon cælestium angelorum, qui ipsius apud Deum profectum spectant, convenientem Deo tribuit cultum, atque: *Et in conspectu angelorum psallam tibi.*

VERS. 2. *Adorabo ad templum sanctum tuum.*

Adoraturum se spondet in sancto templo, Ecclesiam denotans, vel cælestem Jerusalem, cujus erat typus terrestre templum. Deinde gratiam proficitur, quia dignus sit habitus misericordia et veritate Dei. Pro quibus verbis Symmachus, *propter misericordiam tuam et veritatem tuam*, dicit. Nam Dei misericordiam adeptus, typis symbolisque scpositis, in spiritu ac veritate Deum adorare imprætravit.

VERS. 4. *Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ.*

Sæpe observavimus psalmos illos qui neque cantici neque psalmi, neque quamlibet aliam inscriptionem habent, diversum ab his characterem genere, cujusmodi est hic prophetica virtute imbutus. Nam superiore confessione facta David, Atqui, ait, non ego solus inter reges his prærogativis sum decoratus, sed plurimi posthac erunt, nempe post Servatoris prædicationem; præcipue vero cum

multitudo gentium ingressa fuerit, et secundus Christi adventus acciderit. Tunc enim magna apparebit gloria Domini. Namque imperativo modo vel optativo, futura interdum denotantur secundum peculiarem Hebræorum consuetudinem. — Vaticinatur diffusum iri per omnes gentes Dei notitiam; Cuncti enim, inquit, reges terræ confitebuntur tibi, audientque omnia verba oris Dei, et cantabunt in viis Domini. Hæc autem nonnisi post Servatoris nostri prædicationem exitum nacta sunt. Viæ autem virtutes sunt, quæ ad Dei notitiam perducunt;

VERS. 6. *Excelsus Dominus et humilia respicit.*

Quæ propheticus spiritus in ipso et per ipsum locutus fuerat, David cognoscens, lætatur quia Deus humilia respicit, et pressuris ejus protector adest.

VERS. 7. *Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me, etc.*

Clarius Symmachus dixit: *Si ambulavero in medio tribulationis, conservabis me: contra anhelantes inimicos meus manum tuam extendens, servabitque me dextera tua. Dominus rem pro me conficiet.*

PSALMUS CXXXVIII.

VERS. 1. *Domine, probasti me, et cognovisti me.*

Quoniam igitur nostræ quoque vitæ tempus habet dimensa a Deo intervalla, universum vitæ meæ tempus, inquit, viamque hactenus confectam ipse scrutatus es.

VERS. 6. *Mirabilis facta est scientia tua ex me.*

Superat, inquit, vires meas, et extra meam comprehensionem est horum cognitio, ita ut ea neque excogitare neque enarrare queam. Quantumvis enim dixero, ea parva ac minima præ divina potentia fuerint, ejus comprehensio meam fugit tenuitatem, imo omnium virium defectum.

VERS. 16. *Imperfectum meum viderunt oculi tui.*

Quod nondum feci, inquit, tanquam jam factum intueris; et nondum natos, tanquam jam in lucem editos nosti. Potest autem dupliciter intelligi innocentia mea, et malitiæ carentia, nulla indigens inquisitione. Nam curiosa observantia dici opus potest: est autem imperfecta anima, quæ nondum virtute et scientia informata fuerit.

VERS. 19. *Viri sanguinum, declinate a me.*

VERS. 20. *Accipient in vanitate civitates tuas.*

Cum dixisset (v. 17): *Mihi vero nimis honorati sunt amici tui, Deus; merito inimicos Dei detestatur atque a se removet. Imo cum item dixisset fore tempus, quo peccatores Deus ipse interficiet, jam nunc illos procul se arcet, ne quid habeat cum illis commune, neque ex ipsorum propinquitate detrimentum capiat. Namque ad contentiosos sermones et controversias, incassum tuas civitates accipient, vocabulo civitatum divinas Scripturas significans, quas frustra sumunt heterodoxi, et non ut*

πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, καὶ ἡ δευτέρα τοῦ Σωτῆρος γένηται παρουσία· τότε γὰρ ὀφθήσεται μεγάλη τοῦ Κυρίου ἡ δόξα· προστακτικῶς δὲ καὶ εὐκτικῶς ἔσθ' ὅτε τὰ μέλλοντα δηλοῦται, κατὰ τινὰ τῶν Ἑβραίων συνήθειαν. — Προφητεύει περὶ τῆς μελλούσης ἐξαπολοῦσθαι εἰς πάντα ἔθνη τοῦ Θεοῦ γνώσεως· Ἔσται γὰρ, φησὶν, ὅτε πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἐξομολογήσονται σοὶ καὶ ἀκούσονται πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματος Θεοῦ, καὶ ὅτι ἄγονται ἐν ταῖς ὁδοῖς Κυρίου. Ταῦτα δὲ οὐκ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τέλους τετύχηκεν. Ὅδοι δὲ εἰσὶν αἱ ἀρεταί, αἱ φέρουσαι ἐπὶ τὴν γῶσιν τοῦ Θεοῦ.

Υψηλὸς Κύριος, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορᾷ.

Τὰ ὑπὸ τοῦ προφητικῆς πνεύματος ἐν αὐτῷ καὶ δι' αὐτοῦ λαλῆθέντα μαθῶν ὁ Δαυὶδ, θαρβεί ὡς ἐφορώντος τὰ ταπεινὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐν ταῖς θλίψεσιν αὐτῷ συνασπιζομένου.

Ἐὰν πορευθῶ ἐν μέσῳ θλίψεως, ζήσης με, κ. τ. λ.

Σαφέστερον δὲ ὁ Σύμμαχος ἔφη· Ἐὰν πορευθῶ διὰ μέσης θλίψεως, περισώσεις με· κατὰ τῆς ἀναπνοῆς τῶν ἐχθρῶν μου ἐκτενεῖς χεῖρά σου, καὶ σώσει με ἡ δεξιὰ σου· Κύριος ἐπιτελέσει ὑπὲρ ἐμοῦ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΑΗ΄.

Κύριε, ἐδοκίμασάς με, καὶ ἔγνωσάς με.

Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ χρόνος τῆς ἡμετέρας ζωῆς ἔχει τινὰ διαστήματα μεμετρημένα παρὰ Θεῷ, πάντα μου τῆς ζωῆς τὸν χρόνον, φησὶ, καὶ τὴν ὁδὸν ἣν διήλθον αὐτὸς ἐξιχνίασας.

Ἐθαναστώσῃ ἡ γῶσσίς σου ἐξ ἐμοῦ.

Ἐπιθαίνει, φησὶ, τὴν ἐμὴν δύναμιν, καὶ ἐπέκεινά ἐστιν τῆς ἐμῆς καταλήψεως ἡ τούτων γῶσις, ὡς μὴ δύνασθαι με ἐξευρεῖν μηδὲ ἐξεῖπειν αὐτά. Ὅσα γὰρ ἂν εἶπω, μικρὰ καὶ ἐλάχιστα τυγχάνει τῆς θεϊκῆς δυνάμεως, ἧς καταλήψις τὴν ἐμὴν σμικρότητα καὶ οὐθενίαν διαφεύγει.

Ἀκατέργαστόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου.

Τὸ μήπωπραχθέν μοι, φησὶν, ὡς ἤδη τελεσθὲν καθορᾶς, καὶ τοὺς τέως μὴ τεχθέντας, ὡς ἤδη τεχθέντας ἐπίστασαι. Δύναται δὲ νοεῖσθαι διχῶς τὸ ἄκακον καὶ ἀπόνηρον, καὶ ἀνεξέταστόν μου· ἔργον γὰρ ἡ περίνοια λέγεσθαι ὀφείλει· ἀκατέργαστος δὲ ἐστὶ ψυχὴ ἡ μήπω δι' ἀρετῆς μορφωθείσα καὶ γνώσεως.

Ἄνδρες αἱμάτων, ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ. Αἰψύονται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου.

Εἰπὼν, Ἐμοὶ δὲ ἰατρὰ ἐπιμήθησαν οἱ φίλοι σου, ὁ Θεός, εἰκότως τοὺς ἐχθροὺς τοῦ Θεοῦ παραιτεῖται καὶ ἀπελαύνει ἑαυτοῦ· ἀλλὰ καὶ μνημονεύσας ὅτι ἔσται τις καιρὸς ἐν ᾧ τοὺς ἀμαρτωλοὺς αὐτὸς ὁ Θεός ἀποκτενεῖ, ἐντεῦθεν ἤδη καὶ τούτους ἑαυτοῦ μακρὰν ἐλαύνει, ὡς ἂν μὴ κοινωνὸς αὐτῶν γένοιτο, μηδὲ ἐκ τοῦ πλησιάζειν μετάσχη τῆς παρ' αὐτῶν βλάβης. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς ἐριστικούς λόγους καὶ ἐριδας, τὰς σὰς εἰς ματαιότητα λήφονται πόλεις, τὰς θείας Γραφὰς πόλεις χρηματιζούσας, ματαίως δὲ ταύτας λαμ-

δάνουσιν οἱ ἐπερόδοφοι, καὶ οὐχ ὡς δεῖ (13) ἀποστρέψομαι καὶ ἐκκλίνω ἀπ' αὐτῶν.

Δοκίμασόν με, ὁ Θεός.

Εἰπὼν ἐν ἀρχῇ, Κύριε, δοκιμασάς με καὶ ἔγνωσάς με, νῦν ὡς μήπω δοκιμασθεὶς ἔφη, *Δοκίμασόν με, Κύριε, καὶ γινώθι τὴν καρδίαν μου.* Καὶ τότε μὲν εἴρηται, *τὴν τρίβον μου καὶ τὴν σχοῖνόν μου ἐξιχνίασας, καὶ πάσας τὰς ὁδοὺς μου προσίδες.* ἔπειτα δὲ, *Ἐτασόν με, καὶ γινώθι τὰς τρίβους μου.* μήποτ' οὖν οὐκ ἐναντία λέγει. Τότε γὰρ ἀπλῶς δεδοκιμάσθαι καὶ ἐγνωσθαι εἶπε, νῦν δὲ εὐχεται δοκιμασθῆναι, ὅπως γνωσθῆ ἡ καρδία αὐτοῦ· μείζον γὰρ τὸ καθαρὸν καὶ εὐθὲς τῆ καρδίᾳ τοῦ ἀπλῶς καθαρὸν καὶ εὐθὲ ὑπάρχειν· καὶ ὑπεραίρει τοῦ ἀπλῶς δοκιμασθέντα γνωσθῆναι τῷ δοκιμασθῆναι ἐπὶ τῷ γνωσθῆναι τὴν καρδίαν αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀπλῶς προοραθῆναι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, μείζον τὸ γνωσθῆναι τὰς τρίβους ἐτασθέντας αὐτοῦ. Διὸ καὶ ἐπηγάγε· *Καὶ ἰδὲ εἰ εἶδες ἀνομίαν ἐν ἐμοί, τουτέστι ἐν ἔξει καὶ διαθέσει μου. Φέρεται καὶ οὕτως· Καὶ ἰδὲ εἰ ὁδὸς ἀνομίας ἐν ἐμοί·* τουτέστι, κατανόησον εἰ ὤδωσέ ποτε ἐν τῇ ψυχῇ μου ἀνομία, ὡς ἔχη τῆς ὁδοῦ αὐτῆς μείναι παρ' ἐμοί. "Ὅμως δὲ καὶ εἰ τοσαύτη ἐκ σοῦ καὶ διὰ σὲ κατ' ὀρθωταί μοι ἀναμαρτησία, ἀλλ' οὖν σὺ ὠδήγησάς με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ, ἐπὶ ἀθανασίαν καὶ ἀφθαρσίαν ἀγούσῃ.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΛΘ'.

Πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες πυρός.

Δίκην γὰρ ὑφέξει πρὸς αὐτοῦ, νόσον ἔχων τοιαύτην.

Ἄνδρα ἀδίκον κακὰ θηρεύσει εἰς διαφθοράν.

Τί δὲ ἐστὶν εἰς διαφθοράν; ὅτι πολλοὶ θηρεύονται εἰς σωτηρίαν, ὡς οἱ παρὰ τῶν ἀποστόλων, ὡς οἱ παρὰ τῶν ἁγίων ἀνδρῶν· ἀλλ' οἱ γε πονηροὶ ὅταν ὑπὸ τῆς κακίας θηρεύονται καὶ φθορᾶς· πᾶς γὰρ ἀδίκος, ὡς περ ὑπὸ οἰκείας νόσου διαφθαρεὶς ὑπὸ τῆς ἐλευθερίας κακίας, δίκην ὑφέξει τὴν προσηκουσαν· ἰκανὴ γὰρ ἐστὶν ἀντὶ πάσης τιμωρίας τὴν ἔχουσαν αὐτὴν ψυχὴν διαφθεῖραι.

Ἔγνωσ' ὅτι ποιήσει Κύριος τὴν κρίσιν τοῦ πτωχοῦ.

Ἐντεῦθεν ὁ Σολομὼν ὠφελῆθεις τὸν πατέρα φησὶν ἐν τῷ Ἐκκλησιαστήῃ· *Τέλος λόγου τὸ πᾶν δικούς, ὅτι πᾶν τὸ ποιῆμα ἄξει ὁ Θεός εἰς κρίσιν, ἐν παντὶ παρεωραμένῳ, ἔαν τε ἀγαθόν, ἔαν τε πονηρόν·* καὶ νῦν γὰρ, φησὶν, ὡς κρίνει ὁ Θεὸς ἐκδικῶν τὸν νῦν καταπονούμενον πένητα καὶ πτωχόν. Ἐπὶ χρηστέον δὲ μετὰ ταῦτα τέλος κατέστρεψε τὸν ψαλμὸν· διὸ καὶ *εἰς τέλος λέγων ἐπιέγραπται, τὴν ἀποκειμένην τοῖς δικαίοις λέγων ἐλπίζα. Ὁ δὲ Σύμμαχος, παρὰ τῷ προσώπῳ σου, λέγει. Τί δὲ κρείττον τοῦ κεκαθαυμένου διανοῖα πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὁρᾶν τὸν Θεόν; κατὰ τὸν τοῦ Σωτήρος μακαρισμὸν εἰπόντος· Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῆ καρδίᾳ, ὅτι αὐτοὶ τὸν Θεὸν ὄψονται· οὐ τυχόντες εὐχαριστήσουσιν.*

⁴⁴ Eccle. xii, 13, 14. ⁴⁵ Matth. v, 8.

(13) Insignis Eusebii sententia de sacris libris, nihil utilitatis apud hæreticos habentibus
PATROL. GR. XXIV.

oporteret. Hoc ego hominum genus aversor et fugio.

Proba me, Deus.

Quum initio dixisset, *Domine, probasti me et cognovisti me*, nunc ceu nondum probatus ait: *Proba me, Domine, et scito cor meum.* Et tunc quidem dictum fuit: *Et funiculum meum investigasti, et omnes vias meas prævidisti*; nunc vero, *Scrutare me, et cognosce semitas meas.* Neutrubi tamen contraria loquitur. Tunc enim simpliciter exploratum se et cognitum dixit; nunc vero orat explorari se. Majus enim quid est, purum rectumque habere cor, quam simpliciter esse purum et rectum. Longeque præstat cognito per explorationem simpliciter homini, ille qui probatus est per cordis cognitionem. Rursus majus quid est, si viæ ejus explorata noscantur, quam si tantummodo prævideantur. Idecirco addidit: *Et vide an via iniquitatis in me sit*, id est in habitu ac genere vitæ meæ. Fertur et alia explanatio: *Et vide num via iniquitatis in me sit*: id est, observa an aliquando iniquitas in me sit grassata, ita ut vestigia semitæ ejus in me supersint. Nihilominus etsi tanta fuit ex te et per te innocentia mea, tu tamen mihi dux es in via æterna, quæ ad immortalitatem incorruptibilitatemque perducit.

PSALMUS CXXXIX.

VERS. 11. *Cadent super eos ignis carbones.*

Pœnam quippe a Deo referet, qui hujusmodi morbo laborat.

C VERS. 12. *Virum injustum mala capient ad corruptionem.*

Quid est ad corruptionem? nempe quia multi capiuntur ad salutem, ut illi qui ab apostolis sanctisque viris. Verumtamen illi improbi sunt qui a malitia capiuntur et corruptela. Quivis enim injustus tanquam intimo morbo corruptus nequitia sua, pœnam congruam perferet. Namque ad corrumpendam animam, cujusvis pœnæ loco, nequitia sufficit.

VERS. 13. *Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis.*

Hinc Salomon Patri suffragans ait in Ecclesiaste: *Finem summumque totius sermonis audi*; nempe quod omne factum adducet Deus in judicium, de omni abscondito, sive id bonum fuerit, sive malum ⁴⁶. Et nunc enim, inquit, judicabit vindex Deus de paupere oppresso et de inope. Felici mox sine psalmum concludit (ideoque et in titulo scriptum est *In finem*) repositam justis spem recitans. Symmachus autem, *apud faciem tuam*, dicit. Quid verò præstantius quam puro corde Deum coram spectare? prout dixit Servator: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* ⁴⁷! quam rem adepti, gratias agent.

PSALMUS CXL.

Psalmus hic parem ac superior titulum gerit. Est autem Davidis, eandemque vim precis continet. Hoc tamen amplius habet, quod magis est dogmaticus, et plura atque utiliora sub initio docet. Ait igitur : *Clamavi*. Haud sane magna voce et clamore usum esse psalmistam, credere decet ; nam silentes quoque audit Deus. Sic etiam Moysi traditur dictum : *Quid ad me clamas*⁴⁴ ? Sed qui magna dogmata a Deo didicerat, eximio animi affectu fideque aliquid a Deo petens, ita ad eum clamabat. Quare et fidenter ait : Quoniam talis sum, et ita clamo, attende voci meæ dum ad te clamo. Quippe qui puram habeo non mentem tantummodo, sed et labiorum vocem a mendacio, perjurio et convicio. His etiam consequenter addit :

VERS. 2. *Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*

Hoc intelliges ex dicto Apostoli : *Volo viros orare levantes puras manus, sine ira et murmurationibus*⁴⁵ : namque et ille tam cogitationum facit mentionem quam actuum. Verum impij nequaquam manus sustollunt. Ideo dictum est illis : *Cum manus vestras ad me extendetis, faciem meam a vobis avertam*⁴⁶. Oportet vero in altum actus sustollere, atque eos prout Deo placuerit perficere.

VERS. 4. *Ne declines cor meum ad malitiæ sermones, ad excusandas excusationes in peccatis.*

Ne subverti sinas atque in contrarium inclinari donatam semel a te mihi mentem. Pro, *ad excusandas excusationes in peccatis*, Symmachus edidit, *ad cogitandas iniquas cogitationes*, clarius equidem dictionis mentem exprimens. Deinde Psalmista ad praxim revertitur dicens, *cum hominibus operantibus iniquitatem, et non combinabo cum electis eorum*. Pro quo rursus Symmachus clarius interpretatus est dicens : *Cum hominibus operantibus iniquitatem, ne dulcibus quidem ipsorum convescar*. Non ero, inquit, cum istis, si tu, Domine, custodiam ori meo posueris, et præparatum mihi thesaurum conservaveris. Electi porro eorum, credendi sunt illi qui malorum actuum suorum prætextus quærun, qui pejores sunt illis qui sine prætextu palamque peccant.

VERS. 6. *Absorpti sunt juncti petrae iudices eorum.*

Symmachus autem : *Adhuc enim oratio mea intra nequitias illorum : evellentur petrae manibus iudices eorum : audient verba mea dulcissima*. Sicuti agricola cum terram frangit, ita ossa vestra dissipata sunt secus inferos. Nunc vero rationem reddit, cur cum peccatoribus non combinet : sufficit enim illorum societas ad animam meam dissipandam, atque ad ipsorum nequitiam mihi insinuandam. Jam

⁴⁴ Exod. xiv, 15. ⁴⁵ I Tim. ii, 8. ⁴⁶ Isa. i, 15.

A

ΨΑΛΜΟΣ PM'.

Ἀκολουθῶς τῷ προάγοντι ψαλμῷ καὶ οὗτος ἐπιγράφεται· Ἔστι δὲ τοῦ Δαυὶδ, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχει τῆς προσευχῆς δύναμιν. Ἐχει δὲ τι πλεον οὗτος δογματικώτερος ὢν, καὶ πλείονα καὶ ὀφελιμώτερα διὰ τῆς ἀρχῆς παιδεύων· καὶ φησὶν· Ἐκέκραξα· οὐ πάντως φωνῆ μεγάλη καὶ βοῆ κεκρησθαι αὐτὸν προσήκει ὑπολαμβάνειν· καὶ σιωπῶντων γὰρ ἀκούει ὁ Θεός· οὕτω καὶ Μωϋσῆ λέγεται εἰρηκέναι· Τί βοᾷς πρὸς μέ; Ἄλλ' ὁ μέγала δόγματα περὶ Θεοῦ κεκτημένος, ὑπερβαλοῦση τε διαθέσει καὶ πίστει αἰτῶν τι παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὕτως ἐκέκραξε πρὸς αὐτόν· διὸ καὶ θαρσῶν φησιν· Ἐπειδὴ τοιοῦτός εἰμι, καὶ τοιαῦτα βοῶ, πρόσχες τῇ φωνῇ μου ἐν τῷ κεκραγένοι με πρὸς σέ· ὡς καθάραν ἔχων οὐ μόνον τὴν διάνοιαν, ἀλλὰ καὶ τὴν διὰ τῶν χειλέων φωνὴν ἀπὸ ψεύδους, ἐπιπορίας τε καὶ λουδορίας. Οὕς καὶ ἀκολουθῶς ἐπήγαγεν·

Ἐπαρσις τῶν χειρῶν μου θυσία ἐσπερινή.

Νοήσεις δὲ τοῦτο ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν Ἀπόστολον· Βούλομαι τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι ἐκαιροντας ὀσίους χεῖρας, χωρὶς ὀργῆς καὶ διαγογγυσμῶν· κάκεινος γὰρ ὁμοῦ καὶ τῶν κατὰ διάνοιαν ἐμνημόνευσε, καὶ τῶν κατὰ πράξιν· οἱ δὲ ἀσεβεῖς οὐδέποτε χεῖρας ἐπαίρουσι· διὸ λέκεται πρὸς αὐτούς· Ὅτε ἂν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρὸς μέ, ἀκουστέψω τὸ πρόσωπόν μου ἀφ' ὑμῶν· ἐπαίρειν δὲ δεῖ εἰς ὕψος τὰς πράξεις, καὶ ἀρεσκόντως αὐτὰς τῷ Θεῷ ἐπιτελεῖν.

Μὴ ἐκκλίνης τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους ποτηρίας, τοῦ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρταις.

Μὴ συγχωρήσης παρατραπῆναι καὶ παρακλιθῆναι εἰς τὸ ἐναντίον τὴν ἀπαξ ἀπλῶς κατασκευασθεῖσάν μου διάνοιαν· ἀντὶ δὲ τοῦ, προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρταις, ὁ Σύμμαχος, ἐννοεῖν ἐννοίας παρανόμους ἐξέδωκε, σαφέστερον ἐρμηνεύσας τὴν θεωρίαν τοῦ λόγου. Εἶτα πάλιν μεταβαίνει ἐπὶ τὸ πρακτικὸν φάσκων, σὺν ἀνθρώποις ἐργαζομένοις τὴν ἀνομίαν, καὶ οὐ μὴ συνδυάσω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν. Ἄνθ' οὐ πάλιν ὁ Σύμμαχος σαφέστερον ἠρμήνευσεν εἰπὼν, Σὺν ἀνθρώποις ἐργαζομένοις ἀδικίαν, μηδὲ συμφάγοιμι τὰ ἡδέα αὐτῶν. Οὐκ ἔσομαι γὰρ, φησὶν, ἅμα τούτοις, ἐὰν σὺ, Κύριε, φυλακὴν τῷ στόματι θείης, καὶ τὸν προκατασκευασθέντα μοι θησαυρόν διατηρήσης. Ἐκλεκτοὶ δὲ τούτων εἶεν οἱ σκηπτόμενοι προφάσεις ἐφ' οἷς δρῶσι κακῶς· χειρῶν δυντων τῶν ἀνευ προφάσεως, καὶ ἀνεπικαλύπτως ἀνομοῦντων.

Κατεπόθησαν ἐχόμενα πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν.

Ὁ δὲ Σύμμαχος· Ἐτι γὰρ καὶ ἡ προσευχὴ μου ἐν τὸς τῶν κακιῶν αὐτῶν· ἐκτιλήσονται ἐν χερσὶ πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν· ἀκούσονται ῥήσεις μου ἡδίστας· ὡσπερ γεωργός δε' ἂν ῥήσῃ τὴν γῆν, ὡς ἐσκορπίσθη ὑμῶν τὰ ὄστα παρὰ τὸν ἄβηθ. Τὴν αἰτίαν δὲ νῦν ἐπάγει τοῦ μὴ συνδυάζειν ἁμαρτωλοῖς· ἱκανὴ γὰρ αὐτῶν ἡ κοινωμία, φησὶ, διασκορπίσαι μου τὴν ψυχὴν, καὶ τῶν κακιῶν αὐτῶν ἔνδον

ἀπολαβεῖν· τὸ δὲ ἐκτελήσονται δηλοῖ, ᾧ καὶ τοὺς A
 εαυτῶν ἀρχοντας καὶ κριτὰς ἴδωσι κατασπυμένους ἐκ
 βίβλων, ὡσπερ ἀποτιλλομένους δυνάμει τοῦ στερεοῦ
 λόγου.

Μὴ ἀνταρέλῃς τὴν ψυχὴν μου.

Ὁ Σύμμαχος ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἀνταρέλῃς, μὴ ἀποκε-
 νώσης, τούτεστι, μὴ συγχωρήσης τὸν ἀποκειμένον ἐν
 τῇ ψυχῇ μου ἀγαθὸν θησαυρὸν ἀποκενωθῆναι· τότε
 γὰρ ἀφόδως ἀπελεύσομαι, φησὶν, ὅτ' ἂν ἁμαρτωλοῖ
 τοῖς ἑαυτῶν περιπαρῶσι δικτύοις.

ΨΑΛΜΟΣ PMA'.

Συνέσεως τῷ Δαυίδ, ἐν τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῷ σπη-
 λαίῳ, προσευχή.

Καὶ ὁ νς ὁμοίαν ἔχει τὴν ἐπιγραφὴν οὕτως· *Εἰς*
τὸ τέλος, μὴ διαφθείρης, τῷ Δαυίδ εἰς στηλογρα-
σίαν, ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου B
Σαουλ εἰς τὸ σπήλαιον. Κεῖται δὲ ἡ ἱστορία ἐν τῇ
 πρώτῃ τῶν Βασιλειῶν· *Καὶ ἀνέβη Δαυὶδ ἐκεῖθεν,*
καὶ ἐκάθισεν ἐν τοῖς σπηλαίοις τοῖς ὄχυροῖς Ἐγ-
γαδδί· καὶ ἐγένετο οὗς ἐπέστρεψε Σαουλ δκισθεν
τῶν ἀλλοφύλων· καὶ ἀνήγγειλαν αὐτῷ λέγοντες,
Ἰδοὺ Δαυὶδ ἐν τῇ ἐρήμῳ Ἐγγαδδί. Καὶ παρέλα-
βε Σαουλ τρισχιλίους ἀνδρας, ἐκλεκτοὺς ἐκ παν-
τός Ἰσραὴλ, καὶ ἐπορεύθη τοῦ ζητεῖν τὸν Δαυὶδ
καὶ τοὺς ἀνδρας τοὺς μετ' αὐτοῦ, ἐπὶ πρόσωπον
τῆς θήρας τῶν ἐλάφων· καὶ ἦλθον εἰς τὰς μάν-
δρας τῶν προβάτων ἐπὶ τὴν ὄδον καὶ ἐπὶ τὸ σπή-
λαιον· καὶ εἰσῆλθε Σαουλ εἰς τὸ σπήλαιον ἀπο-
κοινῶσαι (14) τοὺς πόδας αὐτοῦ· καὶ Δαυὶδ καὶ οἱ
ἀνδρες μετ' αὐτοῦ ἐν μέρεσι τοῖς ἐσωτέροις τοῦ
σπηλαίου ἐκάθητο.

Προεγράφη ἡ ἱστορία ἢ περὶ Σαουλ καὶ τοῦ σπη- C
 λαίου· τὸ δὲ τοῦ Δαβὶδ ὄνομα διαφόρως ἐρμηνεύεται,
 ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, καὶ διαφόρως λαμβάνεται·
 ὅτε γὰρ εἰς πρόσωπον τοῦ Κυρίου εὐρήσεις, οὕτω καί-
 μενον ἐρμηνεύεται *πεποθημένος*· ὅτε δὲ εἰς πρό-
 σωπον τῶν ἁμαρτανόντων καὶ ἐπιστρεφόντων, ἐρμη-
 νεύεται *ἐξουθετημένος*, διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ.
 Νῦν τοῦ Δαυὶδ ὄνομα λαβεῖν ἔστιν εἰς τὸν λαὸν τὸν
 ἡμαρτηκότα καὶ εἰς σύνεσιν ἐλθόντα, καὶ ἐν σπηλαίῳ
 αὐτὸν κατακλείσαντα, καὶ προσευχόμενον μετὰ δα-
 κρύων ἰσχυρῶς, καὶ ἐξομολογούμενον, ὡς καὶ αὐτὸ τῆ
 ἐπίγραμμα τοῦτο δηλοῖ· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ψαλμὸς ταῦ-
 τα διδάσκει.

Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου.

Σφόδρα καταλλήλως τῇ τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ τόπου D
 συνοχῇ καὶ ταῦτα λέλεκται· ὅσον γὰρ ἐπ' ἀνθρώποις
 ἔνδον ἐν τῷ σπηλαίῳ συνεχόμενος, παντὸς δρασμοῦ
 καὶ φυγῆς ἐπεκλείετο, οὕτε μία τε παρῆν αὐτῷ
 βοήθεια ἑλπίς· ἀλλ' οὐδὲ ἦν ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ βυό-
 μενος ἢ ἐπιζήτων· Ὁρῶν δὲ τοὺς τῆς ψυχῆς αὐτοῦ
 νεητοῦς ἐχθροὺς, ὄλον τοῦτο κατεργασαμένους, λέγω
 δὲ τὸ εἰσελθεῖν Σαουλ εἰς τὸ σπήλαιον ὑπὲρ τοῦ συλ-
 ληφθῆναι τὸν Δαυὶδ, εἰκότως ἔλεγεν τὸ, *Ἐκρύψαν*
παρῖδα μοι. Ἀλλ' οὐ προκεχωρήκει αὐτοῖς τὰ τῆς
 παρῖδος διὰ τὴν προκειμένην προσευχὴν· θρασῶν δὲ
 τῇ τοῦ βίου αὐτοῦ πορείᾳ, ταῖς τε πράξεις καὶ ταῖς

·1 Reg. xxiv, 1-4.

(14) Ita cod. Sed numi pro ἀποκενωσai?

verbum *evellentur* demonstrat, fore ut suos prin-
 cipes iudicesque radicibus extirpatos cernant,
 evulsos veluti fortis verbi virtute.

VERS. 8. *Ne auferas animam meam.*

Symmachus pro *auferas* dicit, *ne evacues*, id est,
 ne sinas repositum in anima mea thesaurum eva-
 cuari. Tunc enim securus, inquit, alibo, cum suis
 ipsis peccatores implicabuntur retribus.

PSALMUS CXLI.

VERS. 1. *Intellectus Davidi, cum esset in spelunca ;*
oratio.

Similem huic quinquagesimus quoque sextus
 psalmus titulum habet, nempe : *In finem, ne cor-*
rumpas, Davidi in tituli inscriptionem, cum a facie
Saulis fugeret in speluncam. Exstat autem historia in
 primo Regnorum libro. *Et ascendit illuc David,*
conseditque in locis munitis Engaddi. Contigitque,
ut revertenti Sauli de alienigenarum persecutione,
diceretur ei : Ecce David in deserto Engaddi est.
Sumptis ergo Saul tribus hominum delectorum milli-
bus ex universo Israele, perrexit ad investigandum
Davidem ejusque comites, ad locum qui dicitur vena-
tio cervorum : veneruntque ad caulas ovium in via
quæ ad specum ducit. Ingressusque est Saul ad pur-
gandos pedes suos in specum. Et David comitesque
ejus in interioribus antri partibus latebant 47.

Supra scripta jam fuit Saulis historia atque spe-
 luncæ. Davidis autem nomen varie interpretari licet,
 ut sæpe jam diximus varieque intelligitur. Nam
 cum de homine Dei dictum invenies, tunc sic po-
 situm, significat *desideratum*. Cum autem in per-
 sona peccantium et tamen resipiscentium usurpa-
 tur, tunc *spretum* interpretamur propter ejus pec-
 cata. Nunc Davidis nomen de populo peccatore
 adhibetur; resipiscente tamen, et in specu se con-
 cludente, et cum lacrymis valide orante et conliten-
 te, ut ipsa inscriptio demonstrat. Psalmus quoque
 ipse eadem docet.

VERS. 4. *In deficiendo ex me spiritum meum.*

Convenienter admodum et temporis et loci an-
 gustiis hæc quoque dicta fuere. Nam quantum res
 humanæ ferebant, intra specum conclusus omni
 evadendi facultate effugioque carebat, nullaque
 erat auxilii spes, nec quisquam vitam ejus liberare
 satagebat. Videns autem animæ suæ intellectuales
 hostes huic negotio intentos, Saulem, inquam, in-
 tra specum ingressum ad capiendum Davidem, recte
 aiebat : *Laqueum absconderunt mihi.* Sed caruerunt
 effectu insidiae illorum propter hanc precem. Ipse
 autem confusus vitæ suæ rationi, actibusque et viis
 quibus insititerat, injuste expulsus et oppugnatus,

dicit Deo : et tu cognovisti semitas meas.

VERS. 6. *Ad te, Domine, clamavi.*

nare et contrita alligare, recte et hinc dignoscitur
ilem Dominus noster Dei Verbum qui dixit: *Non
opus est medico valentibus, sed ægrotis*⁸⁰. *Non seni
vocare justos, sed peccatores ad pœnitentiam*⁸¹. Ani-
marum itaque cum sit medicus, iis qui corde con-
triti sunt, et a recto naturæ consilio aversi, de spi-
ritali redemptis captivitate medebitur. Symmachus
dicit: *Qui sanat contractos corde, et alligat fractu-
ras eorum*, rationales nimirum fascias circumponens.
Sic ergo alligavit spiritalibus rationalibusque la-
queis hominem a latronibus vulneratum et contri-
tum dum Hierosolymis Hierichuntem descenderet.

VERS. 3. *Et alligans contritiones eorum.*

VERS. 4. *Qui numerat multitudinem stellarum.*

Post sanatos eos qui fuerant corde contriti, et
post ipsorum contritiones alligatas, in naturalem
valetudinem olim ægros reponens, eosque lumina-
rium instar in orbe collocans, dignos electo numero
suo efficit. More solito Psalmista salutis humanæ
argumentum cum universali Providentia connectit,

demonstrans Deum non partium tantummodo orbis curam gerere, verum etiam humanorum dogmatum: et quod solus noverit astrorum numerum, positiones, et causas, magnitudines quoque et distantias, virtutes et efficaciam, unicuique idoneum nomen imponens.

VERS. 7. *Præcinito Domino in confessione.*

Symmachus, *Recensete Deo confessionem, canite Deo nostro cum lyra.* Aquila: *Recensete Domino cum gratiarum actione, canite Deo nostro cum cithara.* Qui aliis confessionem et psalmum imperant, diversi sine dubio sunt ab iis quibus imperatur. Ergo chorus propheticus et apostolicus ad eundem Deum eos, qui de numero non erant, vocat, ethnicos nimirum, dicens: *Psallite Deo nostro.* Jubent autem hæc verba, mente quidem et cogitationibus animæ confiteri, corporis autem operibus, veluti pulsa cithara, ipsi psallere. Et quidem more suo corpus psalterii citharæque nomine Psalmista denotat, ceu concinne et sapiente cum harmonia compactum. In hoc enim mens virtutis operibus canens, divinam spiritalemque Deo reddit melodiam.

VERS. 9. *Qui dat escam pullis corvorum invocantibus eum.*

Tradita nobis est physica quædam doctrina, ceu si pulli corvorum a suis parentibus, non æque ac alius generis avium pulli, alantur. Revera destituti dicuntur a genitoribus suis corvorum pulli, sed tamen aliter ali mirabiliter a Dei potentia. Nam et antequam proprii parentes accedant, hiare ore dicuntur, escæ necessitate; et, ut solent illi qui Deum invocant, naturali quodam instinctu cibum petere ab eo qui naturam donavit. Atque ita deferri ad eos per aerem escam aliquam, aura quadam in os delatari.

PSALMUS CXLVII.

VERS. 8. *Annuntians verbum suum Jacob.*

Ait Eusebius. Accurate admodum videtur mihi hoc vocabulum aliquid docere, nempe *annuntians sermonem suum Jacobo.* Non enim dixit *mittens vel qui misit.* Aliud vero est annuntiare, aliud mittere vel mitti. Prius enim portendit quod futurum est, et prædicat; alterum vero rem præsentem significat, id est, quem ipse misit ad prædicandum. Ita ut annuntiatio quidem et prædictio futuri, uni Israeli facta fuerit; missio autem non huic uni, verum etiam cunctis aliis gentibus. Sed fortasse dicet aliquis: Si cæteris hominibus revelationem non fecit, quomodo eos punit, nempe etiam illos qui ante legem vixerunt, et toto orbe peccatores fuere? Dicitur ergo hos quidem judicari a Deo ex jure naturali, quod nobis inhæret; Israelitis autem tum jure naturali, tum etiam scripto, ita ut majus bene-

τῆς καθόλου Προνοίας, δεικνύς, ὡς οὐ μόνον κηθεταί τῶν τοῦ κόσμου μερῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δογμάτων· καὶ μόνος ἀριθμὸν ἀστρῶν οἶδε, καὶ θέσεις, καὶ τὰς αἰτίας, μεγέθη τε καὶ ἀποστήματα, δυνάμεις τε καὶ ἐνεργείας, ἐκάστῳ πρόσφορον ὄνομα τίθησιν.

Ἐξάρξατε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει.

Ὁ Σύμμαχος, *Καταλέξατε τῷ Κυρίῳ ἐξομολογήσιν, μελωδήσατε τῷ Θεῷ ἡμῶν διὰ λύρας.* Ἀκύλας, *Καταλέξατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐχαριστίᾳ, μελωδήσατε τῷ Θεῷ ἡμῶν ἐν κιθάρα.* Οἱ προστάτοντες ἐτέροις ἐξομολογεῖσθαι καὶ ψάλλειν, ἕτεροι ἂν εἶεν τῶν προσταττομένων· χορὸς τοίνυν προφητικὸς διὰ τούτων καὶ ἀποστολικὸς ἐπὶ τὸν αὐτὸν Θεὸν τοὺς μὴ ὄντας ἐξ αὐτῶν ἀνακαλεῖται, τοὺς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν δηλονότι, λέγοντας· *Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν.* Προσάττει δὲ ὁ λόγος διανοία μὲν καὶ λογισμοῖς ψυχῆς ἐξομολογεῖσθαι, ἔργους δὲ τοῖς διὰ τοῦ σώματος ὡπερ διὰ κιθάρας ἐνεργουμένης ψάλλειν αὐτῶν· συνήθως δὲ τὸ σῶμα ψαλτήριον καὶ κιθάραν ὀνόμασεν, ἅτε εὐρύθμως καὶ μεθ' ἁρμονίας σοφῆς συγκείμενον· ἐν τούτῳ γὰρ ὁ νοῦς ἀνακρουόμενος διὰ τῶν κατ' ἀρετὴν πράξεων τὴν ἔνθεον καὶ πνευματικὴν μελωδίαν ἀναπέμπει τῷ Θεῷ (27).

Διδόντι τροφήν καὶ τοῖς νεοσσοῖς τῶν κοράκων τοῖς ἐπικυλούμενοις αὐτόν.

Ἦλθε δὲ τις εἰς ἡμᾶς φυσικὸς λόγος, ὡς μὴ τρεφομένων νεοτῶν τῶν κοράκων ὑπὸ τῶν γεννησάντων, ὁμοίως τοῖς τῶν ἄλλων ὀρνέων νεοτοῖς· καταλείπεσθαι μὲν γὰρ τὸν κοράκων φασὶ τοὺς νεοτοῦς ὑπὸ τῶν γεγεννηκότων, τρέφεσθαι δὲ ἄλλῃ παραδόξῳ τοῦ Θεοῦ δυνάμει· μηκέτι γὰρ αὐτοῖς πλησιαζόντων γεγεννηκότων, κεχρημένοι τὸ στόμα τροφῆς ἐνδεία, καὶ εἰκέναι ἐπικαλούμενοις τὸν Θεόν, φυσικῆ τιμῆς ἐνεργείᾳ τὴν τροφήν αἰτοῦντας παρὰ τοῦ τῶν αὐτοῖς δεδωρημένου· οὕτω δὲ φέρεσθαι αὐτοῖς τινα ἐξ ἀέρος τροφήν κατὰ τοῦ στόματος ὑπὸ τινος ἀβρας συνοδοιπορήν.

ΨΑΛΜΟΣ PMZ'.

Ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ.

Φησὶ δὲ καὶ ὁ Εὐσέβιος (28). Σφόδρα δὲ ἀπηκριθωμένως μοι δοκεῖ ἡ παρούσα λέξις διδάσκειν, Ὁ ἀπαγγέλλων τὸν λόγον αὐτοῦ τῷ Ἰακώβ· οὐ γὰρ εἰρηκεν, ὁ ἀποστέλλων, ἢ ὁ ἀποστείλας. Ἄλλο δὲ ἴσθαι ἐστὶν ἀπαγγεῖλαι, καὶ ἄλλο τὸ ἀποστεῖλαι ἢ ἀποστέλλεσθαι· τὸ μὲν γὰρ προμηνύει τὸ μέλλον καὶ προλέγει· τὸ δὲ παρουσίαν σημαίνει, καὶ τὸν ἀποσταλέντα δι' ἑαυτοῦ κηρύττειν· ὥστε τὴν μὲν ἀπαγγεῖλαι καὶ τὴν πρόβησιν τοῦ μέλλοντος, γεγενῆσθαι παρὰ μόνῳ τῷ Ἰσραὴλ, τὴν δὲ ἀποστολήν οὐκ ἂν ἐκείνῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν. Ἄλλ' Ἰσως εἴποι τις ἂν· Καὶ μὴ δηλώσας τοῖς λοιποῖς ἀνθρώποις, πῶς αὐτοὺς κολάζει, καὶ τοὺς πρὸ τοῦ νόμου καὶ τοὺς ἀπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀμαρτάνοντας; Καὶ φαιμέν· Τούτους μὲν κρίνει ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ νόμου καὶ τοῦ ἐν ἡμῖν, τοὺς δὲ Ἰσραηλίτας

(27) Confer rursus hac super re Nicetæ editum a nobis prologum Catenæ Patrum in Psalmos.

(28) Recole adnotata ad psalmum cxliv, 15.

καὶ ἀπὸ τούτου καὶ ἀπὸ τοῦ γραπτοῦ (29), ὥστε ἡ Ἀποκλή εὐεργεσία πλείονος αὐτοῖς κατακρίσεως ὑπόθεσις γίνεται βραβυμυχοσί· διὰ τούτου καὶ αὐτὸς οὐκ εἶπεν, ὅτι οὐκ ἐποίησε παντὶ ἔθνει, ἀλλ' οὕτως οὐκ ἐποίησε· τουτέστιν οὐ πλάκας ἐπεμψεν, οὐ γράμματα τὰ ἐπὶ τοῦ Σινέου ὄρους, ἀλλὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐκ περιουσίας.

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΗ΄.

Ἐν μὲν τῷ ρμε΄ ψαλμῷ μία καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ τὸν Κύριον αἰνεῖν ἐκελεύετο, φάσκοντος τοῦ λόγου, *Αἰνεῖ, ἡ ψυχὴ μου, τὸν Κύριον.* Ἐν δὲ τῷ μετ' αὐτὸν πλήθος ἐπὶ τὸν αἶνον ἐκάλει διὰ τοῦ, *Αἰτεῖτε Κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμὸς.* ἐπὶ δὲ τοῦ ἐξῆς αὐτὴ Ἱερουσαλήμ τοῦτο πράττειν προσετάττετο ἐν τῷ, *Ἐπαίρει, Ἱερουσαλήμ, τὸν Κύριον.* Ἀκολουθῶς οὖν ἐκεῖνοις ὁ προκειμένος αἶνος ἐπιτείνει τὸ παράγγελμα, μετὰ τὴν μερικὴν παρακλήσειν αὖξον τὸ πρόσταγμα· ἀθρόως τε ὁμοῦ τὴν γενετὴν ἄπασαν κτίσιν τὴν τε ὀρωμένην καὶ τὴν ἀόρατον ἐπὶ τὸν αἶνον τοῦ Θεοῦ παρορμᾷ· κατὰ μὲν τὴν ἀρχὴν τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις ἀνακαλούμενος· πρώτων δὲ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τὰ ἐν ταῖς ἀβύσσοις, οὐχ ὡς πάντων ψυχῆς καὶ λόγου μετεχόντων, ἀλλ' εἰς ταῦτα τοὺς λόγου μετειληχότας ἀποβλέπειν κελεύει, καὶ τὴν τούτοις γενομένην σοφίαν καταμανθάνοντας, τὸν Ἥοιητὴν ἀνυμνεῖν.

Καὶ πᾶσαι ἀβύσσοι.

Ἄλλος ἀβύσσους τὴν τῶν καταχθονίων ἔφησε χώραν, κατὰ Παῦλον εἰπόντα· *Μὴ εἰπῆς, Τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἀβύσσον,* τουτέστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἀναγαγεῖν; καὶ ἐν Ἰωβ, *Ἐν δὲ, φησὶν, Ἰχθεσιν ἀβύσσου περιεπάτησας;* Μήποτε δὲ καὶ τοῦτο πλήθος ὑδάτων δηλοῖ καθ' οὐ περιεπάτησε Κύριος; ὡς ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς εἶναι τὸ, *Ἀνοίγεται δὲ σοὶ φόβῳ πύλαι θανάτου;*

Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾄσμα καινόν, κ. τ. λ.

Τοῦ καινοῦ ᾄσματος (30)... τῆ τῶν ὁσίων Ἐκκλησίᾳ ἄδομένου, δηλαδὴ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Καινῆς Διαθήκης.. παλαιῶ προσέχων Ἰσραὴλ τῷ διὰ Μωϋσέως· τὸ καινὸν δὲ τοῦτο παράδειγμα.. εὐφραίνεσθω· εὐτὸς γὰρ ἦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ὁ χρηματίσας τῷ Μωϋσεῖ, καὶ τὸν Ἰσραὴλ ἐξαγαγὼν ἐκ τῆς Αἰγύπτου (31), ποιήσας τε αὐτὸν ἑαυτοῦ λαόν. Τοῖς μὲν οὖν υἱοῖς Σιών χαίρειν καὶ ἀγαλλιάσθω πρώτοις παρακλεύεται ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν· αὐτὸς δὲ ἦν... τὸς πάλιν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, πάλαι μὲν αὐτῶν βασιλεὺς ὢν, ὕστερον δὲ παρατηθεὶς [ὑπ' αὐτῶν] διὰ πρὸς τὸν προφήτην Σαμουὴλ φησὶν· *Οὐ σὲ ἐξουθενήκασι, ἀλλ' ἐμέ.. μὴ βασιλεύειν ἐπ' αὐτῶν.* Ἐπεὶ δὲ μὴ ὑπέκρουσαν τῇ κλήσει, εἰκότως τῆς χάριτος τῆς εὐφροσύνης ἑαυτοὺς ἐστέρησαν· τὰ γὰρ μὴν ἔθνη τὸν ἐκεῖνοις πρώτοις κατηγγεγμένον βασι-

²⁹ Psal. cxlv, 2. ³⁰ Psal. cxlvi, 1. ³¹ Psal. ³² ibid. 17. ³³ I Reg. viii, 7.

(29) Magni pretii est hæc Eusebii doctrina ob solvendas de ethnicorum salute vel damnatione propositas a philosophis difficultates.

(30) Hujus fragmenti lacunæ in antiquiore lacero

ficium, majoris damnationis his causa fiat, obedientiam negligentibus. Idcirco Deus haud dixit: Non fecit omni genti, sed Sic non fecit; id est, non tabulas misit, non litteras in monte Sina, sed peculiariter tantum Judæis.

PSALMUS CXLVIII.

In psalmo quidem cxlv, uni per se animæ laudare Dominum imperabatur. Ibi enim dicitur: *Lauda, anima mea, Dominum* ²⁹. In proximo autem multitudo invitabatur his verbis: *Laudate Dominum, quoniam bona res psalmus* ³⁰. Denique in alio subsequente ipsa Hierusalem hoc agere jubebatur: *Lauda, Hierusalem, Dominum* ³¹. Consentanea prædictis præsens laus jussum ampliat; et congestim creaturam simul universam tam visibilem quam invisibilem ad Dei laudem excitat: initio quidem cælestia et excelsissima invitans: mox progrediens, terrestria et quæ in abyssis versantur: non quod omnia anima et loquela prædita sint, sed homines, qui loquela sunt præditi, jubet illas creaturas respicere, et expressam in his Dei sapientiam cognoscentes, Creatorem hymnis celebrare.

VERS. 7. Et omnes abyssi.

Alius quidam abyssos dicit esse subterraneam regionem, prout Paulus ait: Ne dicas, *Quis descendet in abyssum* ³², id est ob Christum a mortuis revocandum? Et apud Jobum: *In profundo*, inquit, *abyssi ambulasti* ³³? Num forte etiam hoc vocabulo, copia aquarum denotatur supra quam ambulavit Dominus? Ita ut aliunde repetendus sit sensus verborum: *Aperiuntur tibi, timoris causa, portæ mortis* ³⁴?

VERS. 1. Cantate Domino canticum novum, etc.

Novo cantico in sanctorum Ecclesia cantato nempe Novi Fœderis Servatoris nostri... veteri, quæ data fuit per Moysem, legi adhærens Israel. Novum hoc exemplar... exsultet. Ipsum enim erat Dei Verbum, quod Moysi oracula edebat, et Israelem Ægypto eduxit, sibi que ex eo populum peculiarem effecit. Filiis ergo apprime Sionis mandat gaudere et exsultare ob regem ipsorum. Hoc autem erat ipsum Dei Verbum, olim quidem rex illorum, quem hi tamen deinde recusarunt... unde propheta Samueli aiebat: *Non te contempserunt, sed me, quominus super eos regnem* ³⁵. Et quia vocationi non obediverunt, merito semetipsi gratia lætitiæ orbaverunt. Et prædicatum quidem apprime Judæis regem, gentes eum agnoscentes admiserunt, ideoque lætitia, quæ secundum Deum est, et exsultatio ipsis acci-

cxlviii, 12. ³² Rom. x, 7. ³³ Job xxxviii, 16.

exemplari supersunt.

(31) Recole dicta a nobis in not. ad vers. 10 psal. cxxxv.

dit. Hinc toto orbe gentes in suis ecclesiis laudant A nomen ejus ceu proprii regis, Dei scilicet Verbi Jo-
næ Christi nomen pleno choro cum tripudio glorifi-
cantes. Sed et qui solitatem degit, bonis suis acti-
bus et corporis exercitationibus hymnum quodam-
modo et laudationem Deo conficit. Id credibiliter
prædicens Psalmista pergit jubere ut tympano et
psalterio psallant ei : tympani vocabulo denotans cor-
pus, psalterio spiritum... *mortificantes membra su-
per terram* 99, *et Jesu mortificationem in corpore
circumferentes* 100. Qui exsultant ob regem suum
una cum exsultante... qui fecit eum... tympano et
psalterio psallunt.

σου νέκρωσιν ἐν τῷ σώματι περιφέροντες· οἱ ἀγαλλώμενοι ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν ἕμα τῷ εὐφραι-
νομένῳ. . ποιήσαντι αὐτὸν, ἐν τυμπάνῳ καὶ ψαλτηρίῳ ψάλλουσιν.

PSALMUS CXLIX.

VERS. 5. *Lætabuntur in cubilibus suis.*

Aliter vero, mortem sanctorum vocabulo *cubili-
bus* inuit. Dormitionem quippe solet eam vocare
Scriptura, dicitur Paulo : *De dormientibus au-
tem nolo vos ignorare, fratres* 101. Velus quoque
Testamentum ait : *Dormivit David cum patribus
suis* 102.

VERS. 6. *Exaltationes Dei in gutture eorum, et gladii
ancipites in manibus ipsorum.*

Inopinate Aquila præsentem sententiam expo-
suit, dum Hebræorum vocabulo servit, dicens : *Gla-
dii gemini oris in manu ipsorum*. Sed et his con-
traria memorantur alicubi. *Filii hominum, dentes
eorum arma et sagittæ, et lingua ipsorum gladius
acutus* 103, ut occidant quotquot ipsis captivi suc-
cumbunt. Proprie vero gladium gemini oris, acti-
bus exerceri docet Psalmista. Dicit autem, *exalta-
tiones Dei in gutture eorum*, quia voce utebantur in
verbi ministerio, apud eos qui audire poterant at-
tollentes hymnum. Actibus autem vim exserebant
adversariæ potentis victricem. Manus illorum, ac-
tus dicit, sive rei gerendæ curam susceptam. Erat
autem hæc evangelica prædicatio, quæ gladius quo-
que nominatur, quia malorum et impurorum spi-
rituum greges persequitur, et oppressas iniique
gentes ulciscitur, et idololatriæ populi cultum
emendat.

VERS. 8. *Ad alligandos reges eorum compedibus, etc.*

Quandoquidem haud aliter licebat eripere ac li-
berare eos qui dæmonum olim premebantur ser-
vitiis, nisi domitis alligatisque ipsorum principibus,
merito hæc pergit dicere. Loci sensum cognosces
etiam a Servatoris voce dicentis : *Quomodo aliquis
ingredi potest domum fortis, ejusque vasa diripere,
nisi prius fortem alligaverit, ut tum demum domum*

99 Colos. iii, 5. 100 II Cor. iv, 10. 101 I Thess. iv, 12. 102 III Reg. ii, 10. 103 Psal. lvi, 5.

(52) Alius codex, *στόμα αὐτῶν*. — Vides Euse-
bium stricto sensu intellexisse apud Aquilam στομά-
των ex Hebraico שְׂפֵתֵי אֱלֹהִים *oris duplicis*. (Sic aio,
quia Latine non dicimus *orum* vel *orum* cas. gen.
plur.) Al in polyglottis Lond. *acierum* sensu meta-
phorico, quem significatum inde desumptum Mont-

λέα ἐπιγινόντα καταδέξαντο· διόπερ ἢ κατὰ θεὸν εὐ-
φροσύνη καὶ ἀγαλλίασις μετῆλθεν ἐπ' αὐτά· ὄθεν τὰ
μὲν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔβη ταῖς ἑαυτῶν Ἐκ-
κλησίαις ἀινούσι τὸ ἄνομα αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ἑαυ-
τῶν, ἐν χορῶ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ ἄνομα Ἰησοῦν Χρι-
στοῦν μετὰ χορείας δοξάζοντες· ἀλλὰ καὶ ὁ καθελὺς παρ'
ἑαυτῷ ἄνωγ' ἔργων ἀγαθῶν, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώ-
ματος πράξεις τὰ συντελοῦντα εἰς ἕμνον καὶ δοξο-
λογίαν τοῦ Θεοῦ διαπράττεται. Εἰκότως τοῦτο αὐτὸ
προλαβὼν ὁ λόγος προστάττει φάσκων· Ἐν τυμπάνῳ
καὶ ψαλτηρίῳ ψαλάτωσαν αὐτῷ· τύμπανον μὲν τὸ
σῶμα προσαγορεύων, ψαλτήριον δὲ τὸ πνεῦμα. *νε-
κρώσαντες τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τὴν Ἰη-
σοῦν βασιλῆα ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν ἕμα τῷ εὐφραι-*

ΨΑΛΜΟΣ ΡΜΘ'.

Ἀγαλλιάσονται ἐπὶ τῶν κοιτῶν αὐτῶν.

"Άλλως δὲ τὸν θάνατον τῶν ὁσίων ἠνέχετο διὰ τῶν
κοιτῶν. Κοίμησιν γὰρ εἶθε καλεῖν αὐτὸν ἡ Γραφή,
λέγοντος καὶ Παύλου· *Περὶ δὲ τῶν κοιμωμένων οὐ
θέλω ὑμᾶς ἀγροεῖν, ἀδελφοί*· καὶ ἡ Παλαιὰ δὲ φησιν·
Ἐκοιμήθη Δαυὶδ μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ.

Al ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν λάρυγγι αὐτῶν, καὶ ῥομφαίαι
δίστομοι ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν.

Παραδόξως δὲ Ἀκύλας τὴν ἀποδοθεῖσαν διάνοιαν
παρέστησε, δουλεύσας τῇ τῶν Ἑβραίων φωνῇ εἰπών·
Μάχαιρα στομάτων (52) *ἐν χειρὶ αὐτῶν*. Ἄλλα καὶ
περὶ τῶν τοιοῦτων ἐναντίων (53) εἴρηται ποῦ· *Υἱοὶ
ἀνθρώπων, οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὀπλα καὶ βέλη, καὶ
ἡ γλῶσσα αὐτῶν μάχαιρα ἐξεία, φονευόντων τοὺς ὑπ'
αὐτῶν ἠλωκότας*. Οἰκείως δὲ τὴν μὲν μάχαιραν τῶν
στομάτων ἐν ταῖς πράξεσιν ἐνεργεῖν ὁ λόγος παρ-
έστησε, τὰς δὲ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ στόματι
αὐτῶν, φωνῇ γὰρ ἐχρῶντο ἐπὶ διδασκαλίᾳ τοῦ λόγου,
παρὰ τοῖς ἀκούουσιν δυναμένοι ἀνυψούντες τὸν ἕμνον·
ταῖς δὲ πράξεσιν ἰσχῶν εἶχον καθαιρετικὴν πάσης
ἀντικειμένης δυνάμεως. Χείρας μὲν αὐτῶν τὰς πρά-
ξεις φησιν, ἥτοι ἦν μετεχειρίζοντο πραγματείας.
Αὕτη δὲ ἦν ὁ εὐαγγελικὸς λόγος, ὃς καὶ ῥομφαία ὠνο-
μάσθη, ἐκδιώκῶσα τὰς τῶν πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων
πνευμάτων ἀγάλας· ποιεῖν τε τὴν ἐδικησίων τῶν
ἡδικημένων ἐθνῶν, καὶ ἐλέγχειν τοῦ λαοῦ τὴν εἰδω-
λολατρίαν.

Τοῦ δεῖσθαι τοὺς βασιλεῖς αὐτῶν ἐν πέδαις, κ. τ. λ.

"Ἐπειδὴ οὐκ ἄλλως ἦν ὑπεξαγαγεῖν καὶ ἐλευθερῶ-
σαι τοὺς πάλαι τοῖς δαίμοσι δεδουμένους ἢ καθυ-
ποτάξαντας πρότερον καὶ καταδῆσαντας τοὺς ἔρχον-
τας αὐτῶν, εἰκότως ἐπιλέλεκται ταῦτα. Νοήσεις δὲ
καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς σωτηρίου φωνῆς, δι' ἣς εἰρήται·
*Πῶς δύναται τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυ-
ροῦ καὶ τὰ σκεῦῃ αὐτοῦ διαρᾶσαι, εἰ μὴ πρῶτον*

faucionius in *Hexaplis* apposuit ipsi Aquilæ. Atqui
Eusebius nisi ad strictum vocabuli originalis sen-
sum respexisset, Aquilam de idiotismo Hebraico
reum non egisset.

(53) Al. cod., τῶν τοιοῦτων ἐναντίων.

δησῆ τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τότε τὴν οὐκίαν αὐτοῦ δια-
 πάσει; Εὐχαὶ τοίνυν ἀποστολικαὶ καὶ λόγοι τε αὐτῶν
 καὶ διδασκαλαὶ καὶ βίος ὁ τοῦτοις-κατάλληλος, αἷ τε
 κατὰ δαιμόνων ἐνεργοῦσαι· πράξεις, δεσμούς ἐνε-
 ποιοῦν ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν· καὶ τούτων
 μάλιστα ταῖς μελίσσι καὶ ἀρχοντικαῖς ὡν τὰς κατὰ
 τῶν ἔθνων ἐνεργείας τοῖς ἑαυτῶν λόγοις, καὶ ταῖς
 ἑαυτῶν εὐχαῖς καταδήσαντες οἱ τοῦ Σωτῆρος ἀπό-
 στολοι, ὑπὲρ πάσας τὰς ἐκ σιδήρου πεποιημένας χει-
 ροπέδας τὴν δυνάμιν αὐτῶν, δι' ἧς περιέτρεχον ὠδε
 κάκιστε, τὰ ἔθνη πάντα χειρούμενοι, τῷ ἑαυτῶν ἐπι-
 γγάγοντο βασιλεῖ.

Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς κῆριμα ἔγγραπτον.

Παραλαβόντες δὲ τὰ ἔθνη εἰς μαθητείαν, τὸν περὶ
 τῆς κρίσεως αὐτοῖς παρεδίδουσαν λόγον, ἔγγραφον κα-
 ταλιπόντες τὸ δῶγμα, ὥστε ἔχειν διὰ παντός εἰς ἀνά-
 γνωσιν, τὴν μνήμην τῶν ἐγγεγραμμένων ποιῆ-
 σθαι (34). Μετὰ ταῦτα σφόδρα ἀκολουθῶς ἐπήγαγεν·
 Δόξα αὐτῇ ἔστιν πᾶσι τοῖς ὅσίοις αὐτοῦ· ἐκάστῳ
 γὰρ τῶν ὁσίων τῶν ἀποδοθεμένων ἡμῖν δι'... αὐτῶν
 κατορθοῦται ἡ δόξα, οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος Παύ-
 λου δο... λέγειν· Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἶ-
 μα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἀρχοντας ἐξου-
 σίας καὶ τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ-
 του· δόξα δὲ ἡ... οὐ καὶ λαοί, οὓς ἐλευθερώσας ἀπὸ
 τῆς δαιμονικῆς πλάνης, τῷ Χριστοῦ λόγῳ προσήγα-
 γετο, ἀπὸ Ἱερουσαλήμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυ-
 ρικοῦ Ἐκκλησίαν συστησάμενος. Δόξα δὲ αὐτοῦ ἦν
 καὶ τὰ εἰσέτι καὶ νῦν παραδεδομένα ἐν ταῖς Ἐκκλη-
 σίαις ἔγγραφα αὐτοῦ ἀναγνώσματα· ἐν οἷς τὸ κῆριμα
 τοῦ Θεοῦ τὸ περὶ τῆς δαιμονικῆς καθαιρέσεως περὶ
 τε τῆς ἐλευθερίας τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν ἐγγράφως
 κατατέθηται· οὕτω δὲ καὶ Πέτρου καὶ Ἰωάννου καὶ
 τῶν λοιπῶν ἀποστόλων (35).

ΨΑΛΜΟΣ ΡΝ΄.

Πρόσαπτε δὲ τὸν νοῦν ἐπιστήσαι, ὡς ὁ μὲν πρῶτος
 τῆς ὄλης βίβλου ψαλμὸς ἐλευθρον ἀσεβῶν ἐθέσπιζεν,
 ἐμκαίριζεν τε ἕνα τινα καὶ ὡς ἂν σπάνιον τὸν δυνά-
 μενον τῶν ἀσεβῶν βίον διαφυγεῖν. Ὁ δὲ γε πάντων
 τελευταῖος πᾶσαν πνοὴν προσάγει τῇ ὑμνολογίᾳ τοῦ
 Θεοῦ (36). Πλήν εἰ καὶ πᾶσαν πνοὴν ὁ παρῶν λόγος

³³ Matth. xii, 29. ³⁴ Ephes. vi, 12. ³⁵ Rom. xv, 19.

(34) Animadvertite piain, neque alibi, ut pnto, ob-
 vian, Eusebii interpretationem dictionis *judicium*
conscriptum, intelligentis videlicet sacros ab apo-
 stolis scriptos libros.

(35) Præter hic nominatos, habemus Jacobi et
 Juiaæ Epistolas. Aliorum quoque apostolorum scri-
 pta videtur hic agnoscere Eusebius, quæ tamen ad
 nos genuina non pervenerunt. Consule Fabricium
 in *Nori Testamenti pseudepigraphis*.

(36) In codice L. 309 pergit Eusebius sic: Ὁ δὲ
 τελευταῖος προσάγει τῇ τοῦ Θεοῦ ὑμνολογίᾳ πᾶσαν
 πνοὴν μετὰ τοῦ προσήκοντος ἐκάστου ὀργάνου τὸν
 διάφορον τρόπον σημαίνοντος: τῷ μὲν ὑπαναθεβηκῶτι
 ἀλπίττοις ἦχον διδοῦς· μεγαλοφωνοσάτῃ γὰρ καὶ
 πλειέστῃς δεομένη τοῦ χρωμένου δυνάμεως· ὅποια ἦν
 τοὺς ἀποστόλους ἰδεῖν, ὡν εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξήλθεν
 ὁ φθόγγος· τὸ γὰρ εὐαγγελικὸν κήρυγμα μεγαλοφώνῶ-
 ται· τὸς δὲ τούτων ἐλάττοις τὰ λοιπὰ διένειμεν ὀρ-
 γανα· δηλοῖ τῷ προφητικῷ λόγῳ γρῆσαι θεολογίαν ὁ
 Παῦλος· *Εἰ ταῖς γλώσσαις λαλήσω, μὴ διερωτησῶν,*
ἀλλ' ἔγω, τὸ ἀκρατοῦ δεχομένου τὸν ἦχον ἄνευ νοῦ,

A *ejus diripiat* ³³? Apostolorum ergo preces, eorum-
 que sermones ac magisterium, et vita his consenta-
 nea, et patrata adversus dæmones acta, vincula
 injiciebant adversariis potestatibus, et harum præ-
 cipue majoribus ac principalioribus: quarum con-
 tra gentes efficaciam prædicationibus suis ac preci-
 bus alligantes Servatoris apostoli, præ quibuslibet
 ferri manicis vires suas exserebant; quibus freti
 hæc illac discurrebant, et gentes omnes captivantes,
 ad regem suum adducebant.

VERS. 9. *Ut faciant in eis judicium conscriptum.*

Tunc autem suscepto gentium magisterio, futuri
 iudicii prædicationem apud eas fecerunt, scriptum
 eis tradentes dogma, ut perpetuum rei faciant
 B Scripturarum lectione, commemorationem. Pos-
 hæc congruentissime addidit: *Gloria hæc est om-
 nibus sanctis ejus.* Unicuique enim sancto, ex iis
 qui nobis traditi sunt sacris libris conficitur gloria,
 exempli causa Pauli exemplo... dicente: *Non est
 nobis colluctatio adversus sanguinem et carnem, sed
 adversus principes potestatis, et rectores tenebrarum
 harum* ³⁴... populi, quos dæmoniaco errore libe-
 rans, Christi prædicatione attraxit, ab Jerusalem et
 circumstantibus regionibus usque ad Illyricum Ec-
 clesiam constituens ³⁵. Gloria vero ejus sunt etiam
 quæ adhuc manent in Ecclesiis scriptæ ejusdem
 C lectiones, in quibus Dei judicium de diaboli expul-
 sione, et de humanarum animarum liberatione scri-
 ptis paginis commendatum est. Sic autem et de
 Petro, atque Joanne, deque reliquis apostolis di-
 cendum est.

PSALMUS CL.

Adverte mentem ut scias, primùm quidem totius
 voluminis psalmum, impiorum exitium prædixisse,
 beatum vero unum aliquem ex paucis appellasse,
 qui impiorum mores vitare potuerit. Illic autem
 omnium postremus psalmus omnem spiritum ad Dei
 hymnologiam excitat. Verumtamen etiamsi omnem

σῶς· γέγονα γὰρ ἡχος ἡ κύμβαλον ἀλαλάζον.
 D Ὑμνητέον ἄρα καὶ προφορὰ κατὰ τοὺς τελείους, περὶ
 ὧν εἴρηται· Διήγησας εὐσεβοῦς διαπαντός τοιαῖς στόμα
 δικαίου μελετήσῃ σοφίαν, καὶ τὰ ἐξῆς· τοῦτό ἐστι νῆψ
 καὶ γλώσση καὶ στόματι ὑμνεῖν τὸν Θεόν. Εἴτηρον
 δὲ κύμβαλον εἶπεν, τὴν ἑμμελῆ καὶ μεμυσωμέ-
 νην φωνὴν, σαφῶς δηλοῦσαν τὰ πράγματα, ἦν
 καὶ ἀλαλαγμοῦ κύμβαλον ἔφη προπρορομένη ἐπικτιψῶ.
 Postremus autem psalmus omnem spiritum ad Dei
 hymnologiam adducit, cum congruis singillatim in-
 strumentis, quatenus hæc diversos modos significant.
 Ei quidem qui jam ascendit, tubæ sonitum attribuit;
 est enim hæc vocalissima, summumque utentis vige-
 rem requirens. Tales cernere erat apostolos, quorum
 in omnem terram sonus exiit. Quippe evangelica
 prædicatio altissime personuit. Iis vero minores,
 reliqua sortiti sunt organa. Esse propheticum ser-
 monem non sine theologia esse oportere docet Pau-
 lus: « Si linguis loquar, neque interprete, ego uti-
 que, quoniam auditor absque intelligentia sermonem
 excipit, factus sum æs resonans, et cymbalum»

spiritum præsens sermo ad hymnologiam provocat, A quia tamen non unus est omnium modus neque animi affectus, non sine analogiæ norma unicuique idoneum organum hymno adhibendum decernit. Namque illi qui omnes virtute superaverit, ad laudem canendam tubæ sonitum attribuit, quia videlicet instrumentorum omnium vocalissima est tuba, et majore fortioreque vi opus est ei qui illa uti velit. Hujusmodi erant sacri apostoli Servatoris, quorum sane in universam terram sonus exivit, atque ad mundi terminos verba ipsorum⁷⁷, dum vocalissimam Evangelii prædicationem facerent, ita ut aures hominum voce illorum repleverunt. Sed cum non omnes valeant tubæ voce, æque ac apostoli, Deum laudare, condescendit sermo Psalmistæ, mandatque aliis quidem uti psalterio aut cithara, aliis tympano, aliis ipso opere et corporis actibus, animæque composito et harmonico motu Deum laudare... Spiritu inhabitante... cum dixerit: *Orabo spiritus, orabo et mente*⁷⁸. Jam cum tria sint in nobis... sermo.

VERS. 1. Laudate Deum in sanctis ejus.

Aquila quidem in sanctificato ejus dicit; Symmachus autem in sancto ejus. *Laudate eum in firmamento virtutis ejus.* Firmamentum coelorum non dicit, neque alicujus loci supra hos altissimi. Alius est sanctus Dei, quem perhorrescentes demones aiebant: *Scimus te quis sis sanctus Dei*⁷⁹; ad quem qui pervenerint, congruum perfecte religionis hymnum attollere poterunt. Quid enim beatius, quam ei esse copulatum, et per illum Patri? Quamquam oportet, nos ad prophetas quoque et apostolos martyresque respicientes, laudare eorumdem Deum, qui talem hominibus egregiorum virorum copiam concessit.

VERS. 2. Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.

Unaquæque enim ejus creatio plurimam hymnologiam requirit: magnitudinis enim ejus nullus est terminus⁸⁰. Porro haud suadet, ut parem ejus dignitati hymnum dicamus, quod fieri nequit; sed postulat ut pro viribus, magnitudinis ejus multitudinem reputantes, id agamus.

ἐπὶ τὴν ὑμνολογίαν ἀνακαλεῖ, ἀλλ' ἐπὶ μὴ τρόπος εἰς τῶν πάντων, μηδὲ [μία] διάθεσις, κατ' ἀναλογίαν ἐκάστῳ ὄργανόν τι πρὸς τὸν ὕμνον ἐπιτήθειον ἀφορίζει· ὁ μὲν γὰρ τις ἐπαναθεσθικῶς τῇ ἀρετῇ κρειτόνως ὑπὲρ πάντας, τὸν αἶνον ἀποδίδωσιν ἐν ἤχη· σάλπιγγος, ἐπειδὴ πάντων ὄργανων μεγαλοφωνοτέρα ἢ σάλπιγξ, καὶ μείζονος καὶ κραταιοτέρας δυνάμειος δαί τοῖς αὐτῇ χρωμένοις· τοιοῦτοι ἦσαν οἱ ἱεροὶ τοῦ Σωτῆρος ἀπόστολοι, ὧν δὴ εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν, τῷ μεγαλοφῶνῳ τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος χρησαμένων ... ἀνθρώπων πληρωθῆναι τῆς φωνῆς αὐτῶν. Ἐπειδὴ μὴ πάντες οἱοὶ τέ εἰσι κατὰ τοὺς ἀποστόλους ἐν φωνῇ σάλπιγγος ὑμνεῖν τὸν Θεόν, συγκαταβαίνει ὁ λόγος καὶ παρακαλεῖται ἐτέροις μὲν ψαλτηρίῳ, ἐτέροις δὲ κιθάρᾳ, καὶ ... ἄλλοις ἐν τυμπάνοις ... τοῖς μὲν δι' ἔργων, καὶ διὰ τῶν τοῦ σώματος πράξεων, τοῖς δὲ δι' αὐτῆς ψυχῆς ... κινήσεως εὐρύθμωσ καὶ ἑναρμονίως ... τοῦ Πνεύματος τοῦ κατοικοῦντος ... ἐπ' ἂν λέγῃ· Προσεύξομαι τῷ πνεύματι, προσεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοῖ· τριῶν δὲ ὄντων τῶν ἐν ἡμῖν ... ἡ ὁ λόγος.

Alreites Θεὸν ἐν τοῖς ἀγίοις αὐτοῦ.

Ἄκυλλας ἐν ἡγιασμένῳ αὐτοῦ φησι· ὁ δὲ Σύμμαχος, ἐν τῷ ἀγίῳ αὐτοῦ. *Alreites αὐτὸν ἐν στερεώματι δυνάμειος αὐτοῦ.* Καὶ μὴ ποτε τῶν οὐρανῶν καὶ τῶν ὑπὲρ τούτου ὕψιστων· ἑτεροῦ ἐστὶν ἅγιος τοῦ Θεοῦ, ὃν καταπλαγέντες καὶ δαίμονες ἔλεγον· *Οἰδαμὲν σε τίς εἶ ὁ ἅγιος τοῦ Θεοῦ*· ἐν ᾧ οἱ γενόμενοι, τὸν πρόποντα τοῖς ἀκρωσ τετελειωμένοις ὕμνον ἀναπέμψαι δυνήσονται. Τί γὰρ μακαριώτερον ἐνωθέντος αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ τῷ Πατρὶ; Χρῆ δὲ καὶ εἰς τοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους καὶ μάρτυρας ἀφορῶντας, ἀνυμνεῖν αὐτῶν τὸν Θεόν, τὸν τοιαύτην ἀνθρώποις ἀγαθῶν ἀνδρῶν φορὰν χαρισάμενον.

Alreites αὐτὸν κατὰ τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ.

Ἐκαστον γὰρ αὐτοῦ δημιουργημὰ δαίται πλειστῆς ὑμνολογίας· τῆς γὰρ μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἐστὶ πέρασ· οὐ λέγει δὲ ἀντίβροπον αὐτοῖς ἀποδοῦναι τὸν ὕμνον· ἀδύνατον γὰρ· ἀλλὰ τὸ κατὰ δύναμιν ἀπατεῖ, ἐννοοῦντας τὸ πλῆθος τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ.

EUSEBII FRAGMENTA IN PROVERBIA.

(*Mat. Bibliotheca nova Patrum, IV, 316.*)

7. *Impleamus domos nostras spoliis.* Eusebii. D Spoilant dæmonia illos quos vicerint: auferunt scilicet ab ipsis Dei armaturam, id est galeam, lo-

⁷⁷ Psal. xviii, 5. ⁷⁸ I Cor. xiv, 15. ⁷⁹ Marc. i, 24; Luc. iv, 34. ⁸⁰ Psal. cxliiv, 3. *tinniens. » Hymni quoque pronuntiandi sunt, de quibus dictum est: Narratio hominis religiosi, semper sapiens. « Os justii meditabitur sapientiam, » et reliqua. Hoc est, mente, lingua, et ore Deum celebrare.*

7. *Πλήσωμεν δὲ οἴκους ἡμετέρους σκύλων* Εὐσεβίου. Σκυλεύουσιν οὖς νικῶσιν οἱ δαίμονες, λαμβάνοντες ἀπ' αὐτῶν τὴν τοῦ Θεοῦ πανοπλίαν, ἡγου-

Bene vero sonans cymbalum dicit Psalmista suavem modulatamque vocem, quæ rem clare exprimit, quam etiam jubilationis cymbalum appellavit victorialis hymno idoneum.

ricam, et gladium spiritus. Sunt autem dæmoniorum domus, maleficorum hominum congregationes, quas etiam implere vellent spoliis, id est bonis quæ justis eripiunt. Atqui quomodo spolia appellas ea, quæ haud belli jure cepisti, sed sola iniquitate male tibi parta sunt?

8. *Et torquem aureum circa collum tuum.* Eusebii. Sicuti caput et collum denotant mentem, ita etiam torquis et corona scientiam.

Α τὴν περικεφαλαίαν καὶ θώρακα καὶ τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος· οἴκοι δὲ αὐτῶν αἱ τῶν κακούργων ἐκκλησίαι, ἃς καὶ ἐμπλῆσαι βούλωνται σκύλων, ἦτοι καρπῶν ὧν ἐκ τῶν δικαίων ἀρπάξουσι· πῶς δὲ καὶ σκύλα προσαγορεύεις τὰ μὴ πολέμου νόμῳ ληφθέντα, ἀλλ' ἐκ γυμνῆς τῆς ἀδικίας κακῶς σοι περιγεγόμενα; ἦ! Καὶ κλοιὸν χρύσειον περὶ τῷ τραχήλῳ. Εὐσεβίου. Ὡσπερ δὲ κεφαλὴ καὶ τράχηλος τὸν νοῦν δηλοῦσιν, οὕτω καὶ κλοιὸς καὶ στέφανος τὴν γνώσιν.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ΕΙΣ ΤΟΝ ΗΣΑΙΑΝ.

EUSEBII PAMPHILI COMMENTARIA IN HESAIAM.

(ΜΟΝΤΠΑΥΣΟΝ, *Collectio nova Patrum*, t. II.)

PRÆFATIO.

Non in animo erat, cum ab initio hanc συλλογὴν B operum publico destinabamus usui, Eusebii in Hesaiam (†) Commentariis manum admovere : nam cum codex S. Taurini Ebroicensis sexdecim solum Hesaiæ capita cum commentariis circumferat ; ut reliqua sarcire possemus, diuturniore opera et perquisitione opus fore putabamus. Verum ubi ad operis restorationem amplam in codicibus Regiis segetem offerri nobis animadvertimus, spe ac cupidine moti bene gerendæ rei, nec deterriti hârumce codicum legendorum difficultate, commentarios demum, ut facultas tulit, eruinus, et in postremam hujusce tomi partem, quod alio tunc non liceret, conjiciendos duximus. Verum tum hac de re, tum de commentario ipso, pro more nostro præfari ue gravemur.

§ I.

De codicibus unde proueniunt Eusebii Commentaria in Hesaiam.

Ut jam dicere occupavimus, codex Ebroicensis, olim cardinalis Perronii, quem ille in Italia ex vestris codicibus exscribi curavit, inter alia bene multa Commentarium Eusebii in Psalmos, et Eusebii ejusdem in Hesaiam sexdecim capita complectitur. Ad hæc vero ex codice Regio num. 2438, duo-

(†) *Hesaiam* non *Isaiam* scribimus, vocem Græcam scribatur.

decimi sæculi, ubi Expositiones Eusebii et aliorum, non excerpti et compendii more, sed fusc, prout in ipsis auctoribus exstabant, assumuntur, Commentarios a vicesimo octavo capite ad quadragesimum primum mutuati sumus. Reliqua vero ex Catenis Regiis manuscriptis sarcimus, num. 1891, 1892 et 2437, quarum prima et postrema, membranaceæ, decimi sæculi sunt. Ea vero quæ 1892 notatur, bombycina, duodecimi sæculi, ac longe melioris notæ et fidei est quam alia. Ut autem ex eorum, quæ integra supersunt, comparatione liquidum est, hæc catena admodum pauca omittit, explicationes integras affert, Eusebiique orationem, nec brevius nec secus exprimit. Hujus item rei argumentum ex Hieronymi in Hesaiam Commentariis eruitur. Nam cum C Hieronymus Eusebii interpretationes non infrequenter ad verbum pene transferat, hinc conjectura est, plenas illas integrasque in Catena afferri, quales nimirum Hieronymus ex Commentariis verterat.

Monere ne pigeat codicem Colbertinum numero 2596, olim Bibliothecæ Thuanæ, initium Commentariorum Basilii in Hesaiam, Eusebii nomine circumferre hoc modo, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐρμηνεία εἰς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν λόγος α'. Init. Εὐξαθε μὴ γενέσθαι τὴν φυγὴν ὑμῶν. Deinde vero hæc,

Ἡσαΐας; sequentes, etsi Hebraice *יְהוֹשָׁעָה*

quæ apud Basilium una serie leguntur, cum hoc titulo exstant, ὑπόθεσις Εὐσεβίου. Init. Ἐπειδὴ κατὰ χρόνους γέγονεν ὁ προφήτης. Post hæc Commentarius incipit his verbis : Ὁρασις α'. Ὁρασις ἦν εἶδεν Ἡσαίας, etc. Init. Τῶν παρ' ἡμῶν αἰσθητηρίων τὸ ἐναργέστατον. Utrum autem hæc Commentaria Basilii sint necne, non satis convenit inter scriptores. At ii etiam qui Basilii esse propugnant, initium illud præstationis more præmissum, assumentem quoddam esse fatentur : quod nec Basilii sit, nec Commentario in Hesaiam conveniat, et aliud prorsus agat. Ego vero Eusebio multo minus ascribi posse puto; tum ob styli discrepantiam plane conspicuam, tum quia subsequentes Commentarii, qui perinde Eusebii nomine eodem in codice subjunguntur, diversi prorsus a Commentariis Eusebii sunt. Cujus porro sit assumentem hujusmodi non satis perspectum. Cæterum ὑπόθεσις illa, cujus initium est, Ἐπειδὴ κατὰ χρόνους, ut supra diximus, ad Commentarium illum qui Basilii nomine insignitur, hauri dubie pertinet : nam in codice Regio bombycino duodecimi sæculi, in fronte Expositionum in Hesaiam Basilii nomine præmittitur. Quæ autem hypothese præeunt, aliena et adjectitia esse videntur.

§ II.

I. Testimonia veterum de Eusebii Commentariis in Hesaiam. II. De genere interpretandi. III. Nihil dubii περὶ γνησιότητος. IV. Quo tempore hæc Commentaria ediderit Eusebius.

I. Testimonia veterum de Eusebii Commentariis in Hesaiam.

Hieronymus lib. *De scriptoribus ecclesiasticis* inter alia Eusebii opera, hoc item recenset. *Et in Hesaiam, inquit, libros decem.* In prologo autem in Expositionem Hesaiæ, sic habet : *Eusebius quoque Pamphili juxta historicam explanationem quindecim edidit volumina.* At Hieronymum sive libros sive volumina memoret, id ipsum significare liquet; nam in eodem prologo de Origene talia satur : *Origenes triginta volumina, e quibus vicesimus sextus liber non invenitur;* unde igitur modo decem, modo quindecim, Eusebii libros, seu volumina exstare dicit ? Id sane vel exemplarium varietati; parem quippe in *Historia ecclesiastica* ejusdem, distinctionum diversitatem deprehendimus; vel amanuensium vitio ascribas. Cæterum hæc seu voluminum, seu librorum distinctio jam diu perit, ejusque ne vestigium quidem in codicibus reperitur.

Idem Hieronymus in prologo ad librum v in *Hesaiam* hæc habet : « Quid igitur faciam? subeamne opus, in quo eruditissimi viri sudaverunt, Origenem loquor et Eusebium Pamphili, quorum alter liberis allegoriæ spatium evagatur, et interpretatis nominibus singulorum, ingenium suum facit Ecclesiæ sacramenta : alter historicam expositionem titulo repromittens, interdum obliviscitur propositi, et in Origenis scita concedit? » Sub hæc autem initio capituli decimi octavi, ita loquitur : « Eusebius Cæsariensis historicam interpretationem titulo repromittens, diversis sensibus evagatur; cujus cum li-

ros legerem, aliud multo reperi, quam indice promittebat. Ubique enim eum historia deseruit, transit ad allegoriam, et ita separata consociat, ut mirer eum nova sermonis fabrica in unum corpus lapidem ferrumque conjungere. Hoc breviter admonui, ne quis nos putet ex illius fontibus mutasse quæ dicimus; nam et in præsentis capitulo adversum Judæos et Hierosolymam dicit prophetiam dirigi : quod in principio fidei Christianæ ad totas gentes epistolas miserint, ne susciperent passionem Christi, et miserint usque ad Æthiopiam et occidentalem plagam, totumque orbem hujus blasphemie disseminatione compleverint. » Quam interpretationem ad eundem locum pluribus prosequitur Eusebius, ut cuique videre liceat. Quod porro ait Hieronymus Eusebium modo litteralem et historicam, modo allegoricam narrationem instituere, omnibus palam erit, si vel primoribus quidem labris hos Commentarios attigerint. Quod autem dicit se non ex Eusebii fontibus hausisse, de toto Commentario intelligas. Tot enim tantaque ibidem enarrat Hieronymus, quæ Eusebius ne nosse quidem, nedum enarrare potuit, ut periniquum esset Hieronymiani Commentarii gloriam in Eusebium conferre. Attamen ille bene nulla ex hisce Commentariis expiscatus est, quorum minimam partem nos variis in locis notavimus. Cæterum hac cautione jure utitur Hieronymus : quia cum censores multi invidio oculo ejus scripta lustrarent, periculum erat ne ipsum plagii nomine incesserent; sed illud injuria factum esset : nam quantuli pretii sunt ea quæ ex Eusebio delibavit, si comparantur cum iis, quæ S. Doctor erudite de Hebraico textu ac de lectione vulgatæ passim diseruit. Nec abs re forte dicitur Eusebium et Hieronymum eadem ipsa ex Origenis Commentariis hausisse.

In Præliminaribus ad Procopii Commentarium in Hesaiam curante Petro Curterio editum, hæc leguntur ex codice Renati Marchali : Μετελήφθη ὁ Ἡσαίας ἀπὸ ἀντιγράφου τοῦ ἀββᾶ Ἀπολλινάριου τοῦ κοινοβιάρχου, ἐν ᾧ καθυπόκειται ταῦτα.... Μετελήφθη ὁ Ἡσαίας ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἐκδόσεις Ἑξαπλῶν, ἀνεβλήθη δὲ καὶ πρὸς ἑτερον Ἑξαπλοῦν, ἔχον τὴν παρασημειωσιν ταύτην.... Διὼρθῶνται ἀκριβῶς πᾶσαι αἱ ἐκδόσεις ἀνεβλήθησαν γὰρ πρὸς τετραπλοῦν Ἡσαίαν ἐτι δὲ καὶ πρὸς Ἑξαπλοῦν. Πρὸς τοῖτοις, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως τοῦ δράματος Τύρου, τόμων ἐξηγητικῶν εἰς τὸν Ἡσαίαν Ὀριγένους, καὶ ἀκριβῶς ἐπιστήσαντες τῇ ἐνοσίᾳ, καθ' ἣν ἐξηγήσατο ἐκάστην λέξιν, καθ' ὡς οἶόν τε ἦν, καὶ πᾶν ἀμφιβόλον κατὰ τὴν ἐκείνου ἐνοσίαν διωρθώσαμεθα. Πρὸς τοῖτοις συνεκρίθη ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα ἐκδοσις, καὶ πρὸς τὰ ὑπὸ Εὐσεβίου εἰς τὴν Ἡσαίαν εἰρημένα, καὶ ἐν οἷς διεφύονον, τῆς ἐξηγήσεως τὴν ἐνοσίαν ζητήσαντες, πρὸς αὐτὴν ἐδιωρθώσαμεν. Id est : « Exscriptus est Hesaias ab exemplari abbatis Apollinarij cœnobiarche, in quo hæc subjiciuntur. Desumptus est Hesaias ab Hexapli editionum, collatus autem est cum Hexaplo alio, in quo ista adnotantur...

A accurate editiones omnes correctæ sunt; collatæ enim fuerunt cum tetraplo Hesaiæ, et cum Hexaplo. Præter hæc, ab initio etiam, usque ad visionem Tyri, accuratius emendatum est. Nam cum tomorum Expositionis Origenis in Hesaiam copia nobis esset, sedulo advertentes quo sensu singulas dictiones accepisset, pro facultate quidquid dubium erat, ad illius sententiam correximus. Præterea collata est etiam Septuaginta Interpretum editio, cum iis, quæ in Hesaiam scriptis Eusebio: et in quibus erat varietas, indagato explanationis sensu, ad ejus fidem emendavimus. » Procopius certe, qui ex veterum collectione suam in Hesaiam Commentarium adornavit, ex Eusebio passim multa decerpit, modo ad litteram et verbum de verbo; modo, et quidem frequentius, Eusebii sensa paucioribus exprimit. Verum hic Procopii Commentarius media fere sui parte truncatus ad nos devenit, lectionibus Hexaplorum refertus, quarum ut nonnullas habet Eusebius, ita plerasque affert, Procopio intactas et inobservatas. Cæterum, allatum istuc de Hesaiæ libro testimonium, palam est scriptum fuisse antequam Hexapla interirent. Quod quandonam acciderit, in collectione Hexaplorum propediem edenda, indagabimus (2).

His subijcere visum est prologum in codice Regio lombycino Catenæ in Hesaiam prælixum, qui lectori nec injucundus nec infructuosus erit.

Πρόλογος τοῦ λογιωτάτου καὶ πανευγενεστάτου κυροῦ Ἰωάννου τῆς Δρουγγαρίας (sic) εἰς τὸν μακάριον Ἡσαΐαν.

Τῆς προφητείας τοῦ θεσπεσίου Ἡσαΐου τοῦ μεγαλοφρονότατου τῶν προφητῶν τὴν βίβλον μετὰ χεῖρας λαβὼν, καὶ ταύτης τὴν ἀνάγνωσιν ποιησάμενος, καὶ μὴ εὐρίσκων τῆς τῶν γεγραμμένων διανοίας ἐφικέσθαι, πρὸς τοὺς ταύτην ἡρμηνευκῶτας, ἤγγον ὑπομνηματίζαντας ἀνέδραμον, καὶ τὴν λύσιν τῶν ζητουμένων δεξιόφως, ὡς οἶόν τε, εὐρῶν, ἀναγκαῖον ἡγησάμην τῆς εἰς τὴν βίβλον παραθέσθαι, ἵνα τοῖς ἐντυγχάνουσι κατὰδὲλος ἢ τῶν ἀπορουμένων σαφήνεια γένηται. Μηδεὶς δὲ ὡς ἑτεροδόξων ἑρμηνείας συναγαγόντι ἐγκραλείτω φημι δὴ Ὀριγένους, καὶ Εὐσεβίου τοῦ Καισαρείας, καὶ Θεοδώρου Ἡρακλείας, καὶ Εὐσεβίου Ἐμέσης, καὶ Ἀπολλιναρίου, καὶ Θεοδώριτου Κύρου· ἐν οἷς γὰρ μὴ περὶ τῶν ἰδίων δογμάτων διαλέγονται, εἶστιν ὅτε καλῶς ἐπιβάλλουσι. Καὶ τοῦτο δὲ οὐκ αὐτονόμως πεποιήκα· ἀλλ' ἀκολουθήσας τῷ ἀγιωτάτῳ ἡμῶν Πατρὶ τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου, φιλοχρίστου, Μεγαλοπάλειως ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ, φήσαντι ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ· *Οὐ πάντα ὅσα λέγουσιν οἱ αἰρετικοὶ γεύειν καὶ παρατείσθαι χρὴ· πολλὰ γὰρ ὁμολογοῦσιν ὧν καὶ ἡμεῖς ὁμολογοῦμεν.* Καὶ τοῦτο δὲ κατὰδὲλον ποιῶ τοῖς ἐντυγχάνουσι, ὡς ὁ ἐν ἁγίοις Βασίλειος, μέρος τι τῆς ἐν χερσὶ προφητείας ἡρμηνεύσεν· ἥτις ἑρμηνεία παρὰ πολλοῖς ἀμφιβάλλεται. Ἀναγκαῖον δὲ ᾤθηται καὶ τοῦτο παραθεῖναι τῷδε τῷ προομίῳ πρὸς φανέρωσιν καὶ σαφήνειαν τοῖς ἐν-

A τυγχάνουσι· ἴστωσαν γὰρ ὡς οὐ μόνον διαφόρως ἡνεχθησαν ἐν τοῖς νοήμασι τῆς θεσπευότου Γραφῆς οἱ ταύτην ἡρμηνευκῶτες, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ ῥήματα τῆς αὐτῆς θείας Γραφῆς οὐκ ἴσως διςτελιαντο, καὶ οὕτω τὴν ἑρμηνείαν ἐπέθεσαν. Ὁ μὲν γὰρ πλείους, ὁ δὲ ἥτους στίχους προθέμενος, τὴν ἐξηγήσιν ἐποίησατο. Καὶ ἐκ τούτου δοκοῦσιν οἱ ἀριθμοὶ τοῖς κεφαλαίοις ἐπικείμενοι, ἀναγκαιῶς τὸ ἕναρος ἀναγινώσκοντας εἰς τὸ πρόσω βαίνειν. Χρὴ οὖν καὶ δευτέρον καὶ τρίτον κεφάλαιον τοῦ ἐδάφους τῆς ἁγίας Γραφῆς ἀναγινώσκειν· καὶ οὕτω τὰς ἐγκριμένους ἑρμηνείας, ἵν' εὐσύνοπτα ἔσται τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ νοήματα.

Prologus eruditissimi et nobilissimi domini Joannis Drungarii in beatum Hesaiam.

« Prophetarum eloquentissimi divini Hesaiæ libro prophetiæ præ manibus accepto, eoquæ perlecto, cum scriptorum assequendæ menti par non essem, ad ejus interpretes, seu commentatores me contuli; ac ubi dubiorum solutionem varie allatam animadverti, necessarium duxi huic libro manum admovere, ut quæ ibidem obscura et dubiæ sententiæ exstant, plana legentibus evaderent. Ne quis vero mihi crimini vertat, quod heterodoxorum interpretationes collegerim, Origenis dico, Eusebii Casariensis, Theodori Heracleotæ, Eusebii Emeseni, Apollinarii et Theodoretii Cyri: nam ii, cum non de suis dogmatibus verba faciunt, interdum pulchre ratiocinantur. Id porro non zutu et arbitrato meo feci; sed obsecutus sanctissimo Patri nostro Cyrillo, Christo addictæ et magnæ Alexandriæ civitatis archiepiscopo, qui in sua ad Eulogium epistola ait: « Non omnia hæreticorum dicta fugienda et respicienda sunt; multa enim consentiunt, quæ nos item constemur. » Hoc item monitum lectorem volui, magnum scilicet Basilium hujus prophetiæ partem interpretatum esse: quæ tamen interpretatio, an ejus sit, a multis in dubium vocatur. Operæ pretium quoque duxi hoc legentibus indicare et notum facere, interpretes et commentatores, non modo, quoad divinæ Scripturæ sensum et intelligentiam, mutuo discrepare, sed etiam ipsa divinæ Scripturæ verba non pari modo distinxisse in suis interpretationibus; nam alii pluribus, alii paucioribus appositis versibus, expositiones suas adornarunt: indeque est quod D numeri capitibus præfixi eos, qui textum ipsum legunt, ad ulteriora remittere videantur. Opus igitur est alterum tertiumve caput textus sanctæ Scripturæ legerè, et postea appositas interpretationes, ut eorum sensus lectori facilis obviusque sit. »

Ii omnes, uti videas, scriptores, videlicet Origenes, Eusebius Casariensis, Theodorus Heracleotes, Eusebius Emesenus, Apollinarius et Theodoretus, inter hæreticos numerabantur: qua de re a septimo sæculo una fuit omnium ferme Græcorum sententia. Basilii vero Commentarius ille imperfectus, in vobelas suspicionem vocatus, ut testificatur Joannes iste Drungarius, a multis hodie inter

(2) Vide hujuscæ *Patrologiæ* t. XV.

dubia opera censetur. Hodiernis porro scriptoribus hæc dubitandi causa est, silentium nempe Hieronymi, qui cum in prologo suo ad Hesaiæ Commentaria omnes, quotquot antea Hesaiæ interpretes egerant, accurate recenseat, ne γὰρ quidem de Basilio commentario habet; Græcis autem hinc haud dubie suspicio nascebatur, quod stylus Commentariorum Basiliano longe absimilis videatur. Rem mittimus nostris, qui Basilio operum editionem novam adornant.

Hæc catena a Joanne Drungario collecta reperitur item in eodice Regio num. 1891, sæculi x, membranaceo, estque ibi magna sui parte mutila ab initio. Catena autem alia in Regio codice 2437 ab hac longe diversa est, ac perquam minimam locorum partem affert, innumerisque mendis fœdatur, etsi perantiqua: nam decimi item sæculi est.

II. De genere interpretandi et de veterum interpretum usu.

Quod ad interpretandi rationem, qua Eusebius hoc in Commentario utitur, adcantur ea quæ in Præliminaribus ad Expositiones in Psalmos hac de re diximus (3): eodem enim utrobique explicandi genere procedit: ac litteralem modo, mox mystagogicum et allegoricum sensum exquirat et affert. Nimirum ea explanandi via in Psalmis et in prophetia Hesaiæ, ubi frequens Christi et Ecclesiæ mentio, præsertim incunda est: quam disciplinam evangelistarum apostolorumque exemplo tenuere SS. Patres. Quamobrem Hieronymus non eo Eusebium carpit, quod Hesaiam allegorico subinde more interpretetur; sed quod promissorum immemor, qui se litteralem historicamque sententiam allaturum professus erat, interdum ad allegoriam declinet. Nam ipse Hieronymus in allegoriis frequens, hanc tradit in prologo regulam: « Unde post historia: veritatem, spiritualiter accipienda sunt omnia: et sic Judæa et Jerusalem, Babylon et Philistiim, Moab et Damascus, Ægyptus et desertum mare, Idumæa et Arabia, ac Vallis visionis; et ad extremum Tyrus et visio quadrupedum, intelligenda sunt; ut cuncta quæramus in sensu: et in omnibus his, quasi sapiens architectus Paulus apostolus jaciat fundamentum, quod non est aliud præter Jesum Christum. »

Hexaplorum ac veterum interpretum lectiones passim affert Eusebius, et quidem multas queis Hieronymus usus non est. Sicubi vero eandem uterque lectionem exscipit, Eusebius proluxiores exhibet: nam Hieronymus una alterave vocula contentus, lectionem item Hebraicam adjicit, quod rarius præstat Eusebius.

III. Nihil dubiti περί γρηγορίου.

Res ex se clara et aperta est, hosce, quos nunc edimus, germanos et veros esse Eusebii in Hesaiam Commentarios. Id Hieronymi testimonio conspi-

(3) Vide tomum superiorem.

cum, qui hinc quamplurima expiscatur, et nunquam Eusebii interpretationes, ut hic habentur, quasi abs re datas depellit et confutat. Imo ipse Eusebius sese prodit hujus Commentarii auctorem, cum motas ab Ethnicis in Christianum nomen vexationes et carnificinas, itemque principum olim infidelium ad fidem conversionem, ut oculatus testis memorat: sed maxime ubi Chronica ab se edita laudat his verbis ad cap. XIII Hesaiæ, Τῷ δὲ φάσκοντι λόγῳ· Ἰδοὺ ἐπετεροῦ ὑμῖν τοὺς Μήδους, μαρτυρεῖ ἡ τῆς ἱστορίας ἐκθεσις ἀνάγραπτος οὕσα παρὰ τοῖς Ἑλλήνων τὰ Χαλδαϊκὰ καὶ τὰ Ἀσσυριακὰ συγγραφεμένοις, τοῖς τε τὰ Μηδικὰ ἱστορηκόσιν· ὧν καὶ ἡμεῖς πλείστας ἀνελεξάμεθα μαρτυρίας ἐν τοῖς πονηθεῖσιν ἡμῖν Χρονικοῖς συγγράμμασι. Id est, « Huic autem dicto: *Ecce suscitabo vobis Medos*, ipse historia: eventus, testimonium et fidem addit: quæ historia apud Græcos, qui Chaldaica, Assyriaca et Medica scripserunt, reperitur: quorum nos testimonia multa collegimus in *Chronicis* nostris. »

IV. Quo tempore hæc Commentaria Eusebius ediderit.

Hæc porro una in his Commentariis temporis nota comparet. Post edita nempe *Chronica*, id est, post annum 324, Expositiones in Hesaiam editis, quo autem anno, ne conjectare quidem possumus.

§ III.

- I. Eusebius parce et sobrie de Filio Dei loquitur in his Commentariis.
- II. Contra atheos et gentilicos interdum agit.
- III. Apostolos quatuordecim numerat.
- IV. Singularis de martyribus narratio.
- V. Principum sæcularium erga Ecclesiam pietas.

I. Eusebius parce et sobrie de Filio Dei loquitur in his Commentariis.

Qui in Commentariis in Psalmos errorem de Filio Dei suum passim insperserat Eusebius, hic parce et sobrie ea de re ut plurimum loquitur: quamobrem Hieronymus qui Psalmorum Expositionem Arianicis erroribus aspersam esse testificatur, nihil hujusmodi observat in hoc commentario. Sed quia arduum est diu multumque scribere, quin ex mente scriptoris aliquid vel imprudenter effluat, non obscure sententiam suam prodit Eusebius ad cap. XLIII, ubi in hæc verba: Ἐγὼ ὁ Θεός, καὶ οὐκ ἔστι πρὸς ἐμοῦ σῶζων, id est: « Ego Deus, et non est præter me qui salvum faciat, » sic ille habet: Μιᾶς γὰρ οὐσης ἀρχῆς, μία εἴη ἂν ἡ θεότης, ἥ συμπαραλαμβάνεται καὶ ἡ τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ θεολογία. Hoc est: « Nam cum unum sit principium, una fuerit et deitas, quacum assumitur Unigeniti ejus theologia: » ubi non ideo Filii theologiam cum paterna deitate assumi vult, quod deitas Filii una eademque sit atque paterna: nam eam ille sententiam ut Sabellianam respuit; sed quod ob similitudinem quamdam, ab ortu Deus appellatus sit, siquidem principii et deitatis unitatem in solo Patre servari ait hic, et passim apertiusque in aliis ope-

ribus, ut commonstratur in præliminaribus ad Commentarium in Psalmos, ubi videsis.

II. Contra atheos et genethliacos interdum agit.

Quia Eusebii ævo, athei multi, et religionis nullius homines erant, qui fato omnes rerum eventus ascriberent; ejusdem farinae homines passim insectatur Eusebius hic, ut in Commentariis in Psalmos: ubi tum ratione, tum exemplis comprobatur, numinis providentia mundum administrari. « Nam cum sapientes hujus sæculi, » sic ille ad cap. xl, « omnia spontaneo cuidam rerum motui, ac fortuito naturali casui et fato ascribant; necessario præsens sermo, nullam rerum fortuito casu existere, sed omnia cum mensura et numero a Domino, qui Deus prædicatur, constituta fuisse, declarat. » Pari modo invehitur in eos qui, motui astrorum omnia ascribentes, genesim cujusque explorabant: qui frequentes illa tempestate erant. Legimus sane Eusebium Emesenum, quod ἀποστασιατικὴν exerceret, a plebe pulsum throno fuisse

III. Apostolos quatuordecim numerat Eusebius.

Apostolos quatuordecim recenset Eusebius, nimirum duodecim illos pristinos, Matthia in locum Judæ proditoris duodecimum locum occupante, Paulum et Jacobum fratrem Domini; nam Jacobum illum fratrem Domini, alium a Jacobo Alphæi putat esse. Tres itaque ὁμωνύμους apostolos numerat Eusebius, Jacobum fratrem Joannis, Jacobum Alphæi, et Jacobum fratrem Domini, quem ait ab ipso Christo episcopum Jerosolymitanum constitutum fuisse. Hunc porro locum Hieronymus ex Eusebio ad verbum pene, ut passim solet, transtulit, qui tamen eam ipsam opinionem in libro *Contra Helvidium* oppugnat, duosque tantum Jacobos esse defendit. Trium porro Jacoborum opinionem Eusebius ex Origene mutuatus videtur: nam is quem sibi alterum ejus opinionis auctorem ascribit Eusebius, lib. II *Hist. eccl.*, cap. 1, Clemens videlicet Alexandrinus, Eusebii sententiæ adversatur, δύο δὲ γεγονασί: Ἰακώβοι, sic ille, εἷς ὁ δίκαιος: ἕτερος δὲ ἀκατατομηθεὶς: « Duo autem Jacobi fuere; alius justus, » sive Minor; « alius qui capite truncatus est, » seu Major. Nec felicius eodem libro, cap. 23, Hegesippum ut sibi astipulantem affert. Ille namque Jacobum quidem cum apostolis Ecclesiam Jerosolymitanam rexisse ait, nec ideo tamen ipsum ex 12 apostolorum numero non fuisse, vel declarat, vel innuit. Quod vero in Commentariis in Psalmos ait Eusebius, haud difficile esse cujusque apostolorum tribum assignare, hic confirmare videtur, dum ait Judam apostolum proditorem ex tribu Ephraim fuisse.

IV. Singularis Eusebit de martyribus narratio.

Singulare prorsus est quod habet Eusebius de iis qui, ex gentilibus ad fidem conversi, ad martyrium accedebant; quod scilicet, propriis positus nominibus, priscorum patriarcharum et prophetarum vocabula, ad necem pro Christo subeundam

accedentes, usurparent. Locum afferre ne pigeat. Ad illum Hesaiæ versum cap. xlii: *Οὗτος ἐρεῖ· Τοῦ Θεοῦ εἰμι, καὶ οὗτος βοήσεται ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰακώβ, καὶ ἕτερος ἐπιγράψει τῇ χειρὶ αὐτοῦ· Τοῦ Θεοῦ εἰμι, καὶ ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰσραὴλ βοήσεται*: id est: « Illic dicet: Dei sum, et hic clamabit in nomine Jacob; et alius describet manu sua: Dei sum, et in nomine Israel clamabit; » sic habet ille: *Θαυμάτι δὲ ἐστι, καὶ καταπληγῆναι ἀληθῶς τὴν τῶν προφητικῶν λόγων δύναμιν, ὡς αὐτοῖς ἔργοις τὰ ἀποτελέσματα παρεπιθήκαμεν. Ἐν γοῦν τοῖς καθ' ἡμᾶς αὐτοῦ γενομένοις διωγμοῖς, πολλοὺς τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν ἐθεασάμεθα, προαρπαζόντας ἑαυτοῖς τὰς τῶν ἁγίων ἀνδρῶν προσηγορίας· ὧν ὁ μὲν ἑκτὸν Ἰακώβ ἐκάλει, καὶ ἕτερος Ἰσραὴλ, ἄλλος δὲ Ἰερριμὴαν, καὶ Ἰωσάβ ἕτερος, καὶ Δανιὴλ πάλιν ἄλλος. Τοιαῦτα γοῦν ἐπιγραφόμενοι ὀνόματα ἐπὶ τῷ μαρτύριον τοῦ Θεοῦ σὺν πολλῷ θάρσει καὶ παρρησίᾳ παρεῖσαν· ἃ δὲ σημαίνουσα ἡ προφητεία φησὶν· Οὗτος ἐρεῖ· Τοῦ Θεοῦ εἰμι, κ. τ. λ.* Hoc est: « Mirari plane subit prophetiæ vim et efficaciam, et quam vere rei eventum oculis perceperimus. Nam in persecutionibus nostro tempore concitatis, multos ex alienigenis gentibus vidimus, qui sanctorum virorum nomina usurpabant; alius quippe sese Jacobum appellabat; alius Israellem, alius Jeremiam; hic Hesaiam, iste Danielem. Etenim his sibi scriptis nominibus, ad martyrium pro Deo subeundum cum fiducia et constantia accedebant. Quæ propheta indicat, dum ait: *Hic dicet: Dei sum, etc.* »

V. Principum sæcularium erga Ecclesiam pietas.

In hunc versum cap. xlii: « Et erunt reges nutritii tui, et reginæ nutrices tuæ, » hæc habet Eusebius memoratu plane digna: « Quod ad litteram impletum ipsis oculis cernimus, dum ii qui supremum imperium obtinent, Ecclesiam, nutritiorum instar, gestant et fovent: ac reginæ gentium, id est, singularum gentium et provinciarum magistratus, superno regi ministrantes, tanquam nutrices, pauperibus Ecclesiæ imperatorio nutu annonam suppeditant: quare nutrices ejus vocantur; sive secundum Symmachum, « lac præbentes; » sic enim habet: *Et reginæ eorum lac præbentur.* Quis autem memoratos præfectos cernens in ecclesia Dei genua flectere, ac in frontem humi procumbere, non fateatur hanc prophetiam ad litteram completam esse, qua diserte ait: « Super faciem terræ adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent. » Ubi vides item morem genuflectendi, ac in terram procumbendi, hic ut in Commentariis in Psalmos prædicari.

§ IV.

I. Deuteroses Judæorum. II. De patriarchis et apostolis apud Judæos. III. Eusebius Hebræo doctore est usus. IV. Ait terram non esse spherica forma.

I. Deuteroses Judæorum.

Judæos perumque insectatur, qui, dimisso Scripturarum vero tramite, « fabulosas deuteroses ad

lectionis explicationem adhiberent. Doctores autem ipsorum, qui doctrinam cauponabantur, e re caupones dicti sunt: qui vinum aqua miscebant, dum sermone in aquam resoluti, meram et restrictam divinarum Scripturarum mentem, per commentitias suas deuteroseos scædarent. Erant porro deuteroseos, sive secundæ traditiones, Epiphonio teste hæc. xxxiii, n. 9, quadruplicis generis; primæ Moysis nomine circumferebantur; secundæ Rabbi Ἀχιζα; tertiæ Addar, sive Judæ; quartæ filiorum Assimonæi erant. Traditiones illas Hebræi vocant מִשְׁנָה, *Misna*, quod idem sonat atque *secunda traditio*. An porro illæ ab antiquis laudatæ traditiones eadem atque hodiernæ sint, edisserere non est instituti nostri.

II. De patriarchis et apostolis apud Judæos.

Quod ad patriarchas Judæorum, quæ dignitas non nisi post urbis excidium usurpata putatur, eorum mentionem facit Eusebius ad caput Ihesaiæ iii, v. 4, his verbis: Τίς οὖν ὄρων τοὺς παρὰ Ἰουδαίοις ὀνομαζομένους πατριάρχας, νεανίσκους ἀληθῶς, οὐ τὴν τῶν σωμάτων ηλικίαν, ἀλλὰ τὰς ψυχὰς ἀτελεῖς, καὶ ἐνδεεῖς φρενῶν; τοὺς τε λοιποὺς αὐτῶν διδασκάλους, οὐκ ἂν εἶποι: ἐμπαίχτας εἶναι, καὶ οὐς ἢ προφητεία ἐδύλου; Id est: « Quis ergo conspectis illis, qui apud Judæos patriarchæ vocantur, eos non corporea statura, sed animi imperfectione, ac mentis indigentia, vere pueros non vocet; reliquosque eorum doctores, non dicat esse derisores, quales prophetia indicat? » Erant porro patriarchæ principes Judaicæ gentis, teste Epiphonio hæc. xxx, num. 4, et Codice Theodosiano l. xvi, tit. 8. Hunc vero Eusebii locum sic exprimit Hieronymus in eundem versiculum: « Consideremus patriarchas Judæorum, et ivenes, sive pueros, effeminatosque ac deliciis affluentes, et impletam prophetiam esse cernemus; » id ex Eusebio, ut et pleraque alia, mutuatus. De apostolis item Judæorum verba facit Eusebius ad caput xviii, v. 1, Ὁ ἀποστέλλων ἐν θαλάσῃ δμῆσα. Id est: « Qui mittit in mare obsoles: » ubi Symmachus vertit, ἀποστέλλων ἀποστόλους ἐν θαλάσῃ. « Qui mittit apostolos in mare; » hæc enim adjicit: Οἱ τε ἀπόστολοι αὐτῶν, ἐπιστολάς βιβλίνας κομιζόμενοι, ὑπεράνω τε τῶν ὑδάτων ναυτιλλόμενοι, καὶ τὴν θάλασσαν ἐμπλέοντες, ἀπανταχοῦ γῆς διέτρεχον, τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνδιαβάλλοντες λόγον. Ἀποστόλους δὲ εἰσέτι καὶ νῦν ἔθος ἐστὶν Ἰουδαίοις ὀνομάζειν τοὺς τὰ ἐγκύκλια γράμματα παρὰ τῶν ἀρχόντων αὐτῶν ἐπιχομιζομένους. Hoc est: « Apostolique eorum, epistolas biblinas deferentes, ac supra dorsum aquarum, et in mari navigantes, ubique terrarum discurrebant, sermonem de Servatore nostro calumniis vellitantes. Apostolos vero etiam nunc Judæi nuncupare solent eos, qui circulares principum suorum literas circumquaque deferunt. » Hæc porro postrema verba, ἀποστόλους δὲ εἰσέτι καὶ νῦν, etc., ascripta habes apud Oecumenium, ad *Epistolam ad Romanos*. De apostolis Judæorum paulum diversa tradere

A videtur Epiphanius hæc. xxxiii, num. 4: Ὅσως γὰρ ὁ Ἰώσηπος τῶν παρ' αὐτοῖς ἀξιώματικῶν ἀνδρῶν ἐναριθμῶς ἦν. Εἰσὶ δὲ οὗτοι μετὰ τὸν πατριάρχην ἀπόστολοι καλούμενοι· προσεδρεύουσι δὲ τῷ πατριάρχῃ, καὶ σὺν αὐτῷ πολλάκις, καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ, συνεχῶς διάγουσι, διὰ τὸ συμβουλεύειν καὶ ἀναφέρειν αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν νόμον. Id est: « Etenim hic ipse Josephus inter dignitate præstantes viros penes Judæos numerabatur: quos post patriarcham apostolos nominant. Assident hi patriarchæ, et cum eo sæpius diu noctuque versantur: quod eidem a consiliis sint, et de iis referant, quæ ad legem pertinere videntur. » Quos igitur ad litteras ultro citroque ferendas constitutos ait Eusebius, eosdem contra, noctu diuque

B astare patriarchæ, ipsique a consiliis esse narrat Epiphanius. Verum Eusebii explicatio cum voce ἀπόστολος, id est *missus*, magis consentit: cui accinit Codex Theodosianus *De Judæis*, lib. xiv, qui sic habet: « Superstitionis, inquit, indignæ est, ut archisynagogi, sive presbyteri Judæorum, vel quos ipsi apostolos vocant, qui ad exigendum aurum atque argentum, a patriarcha certo tempore diriguntur, a singulis exactam summam atque susceptam, ad eundem reportent. » Sed fortasse concilientur opiniones, si dicamus, apostolos Judæorum utrumque præstitisse munus; ut scilicet patriarchæ assiderent, ac ejus jussa et epistolas ultro citroque deferrent.

III. Eusebius Hebræo doctore est usus.

C Ad caput vero v ait Judæos, qui ab atheorum et idololatrarum consortio minime abhorrebant, solum Christianorum contubernium aversari, piæque religionis cultores ubique pellere et vexare. Nec tamen insitum illud Judæorum animis in Christianum nomen odium Eusebium deterruit, quominus in Commentariis suis Hebræo doctore sit usus, a quo non semel se interpretationes mutuari suas profiteretur. Et, quod observes velim, ubicunque Eusebius se ab Hebræo doctore, vel ab Hebræis aliquid edidicisse ait, ibidem Hieronymus se idipsum ab Hebræo doctore accepisse testificatur.

IV. Eusebius ait terram non esse spherica forma.

D Eusebius plerumque in Commentariis in Psalmos dicit mundum spherica forma esse; sed addita cautione, eam esse quorumdam opinionem ait, nec obscure subindicat se item eadem sententia esse: nec tamen id aperte prosteri audet, quia fortassis longe aliud æstimabant illius sæculi Christiani. At hic coactus secundum vulgarem Christianorum mentem illum Hesaiæ locum cap. xi. explanare, « Qui statuit cælum quasi fornicem, et extendit ut tabernaculum ad habitandum, » ad Cosmæ opinionem prorsus accedit: « Deinde, inquit, sermonem e terra erigens, universos excitat, ut cælestem fornicem, et hemisphærium illud supra terram elatum, et cameræ instar omnibus imminens, admirentur; ac cogitent quanta sit virtus ejus, qui cælum condidit;

considerentque, non sine causa ab eo cœlum tabernaculi instar constitutum fuisse, superne quidem expansum supra omnia, quæ intra ipsum continentur; iis vero qui supra cœlum sunt, substratum ad domicilium. Quæ ipsissima est Cosmæ Ægyptii, ac pene omnium veterum Patrum, sententia, Chrysostomi scilicet, Severiani Gabalotum, Augustini et aliorum, qui cœlum in fornicis morem terræ imminere, ac undequaque muris firmissimis terræ iuncti, arbitrati sunt, antipodasque negarunt: rati non posse homines in oppositis terræ partibus a diversis vestigiis stare, sphæræque opinionem cum Scriptura divina pugnare. Nimirum Deus, qui nobis sanctos illos in doctrinæ morumque magistros pro-

vidit, non parem illis in philosophicis astronomicisque peritiâ indidit. Quid enim ad sanctitatem morumque sinceritatem conferat hujusce rei notitia? Verum hæc de re pluribus actum est in præfatione ad Cosmæ Ægyptii *Topographiam Christianam*. Is enim non modo Patrum opinionem pro virili defendit, et ab exterorum conatu vindicare satagit; sed etiam, quantum facultas humana potest, explicat et aperit, qui possint secundum sanctorum Patrum sententiam, cursus solis, eclipses lunæ, astrorum motus, cæteraque omnia intelligi. Ibi videsis. Hæc in eruditorum commodum præmittenda duximus. Tu vero, candide lector, vale et his frue.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ

ΕΙΣ ΗΣΑΙΑΝ.

EUSEBII COMMENTARIA IN HESAIAM.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α΄.

« Ὁμοίως ἦν ἴδεν Ἡσαίας υἱὸς Ἀμώς, ἦν ἴδεν κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ ἐν βασιλείᾳ Ὀζίου, καὶ Ἰωαθὰμ, καὶ Ἀχάζ, καὶ Ἐζεκιίου, οἱ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας. Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐκωφεῖσθε. γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. Υἱὸς ἐγέννησα καὶ ὑψώσα· αὐτοὶ δὲ με ἠθέτησαν. » Σύνθετος ὁ ἄνθρωπος ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος· ἡ σὰρξ ἀπὸ τῆς γῆς, ἡ ψυχὴ οὐρανία. Ἐπεὶ οὖν πρὸς ἀμφοτέρα αὐτῶν ἡ συγγένεια ἔστιν, ἐπὶ τῶν οἰκισιῶν αὐτοῦ τὴν μαρτυρίαν ἐλέγχει· « Υἱὸς ἐγέννησα καὶ ὑψώσα. » Γενήσεως εἴδη δύο· ἡ μὲν ἡ κατὰ Θεὸν μόρφωσις, ἐξ ἔργων καὶ παραδοχῆς δογμάτων ἐπιτελουμένη· ἡ γὰρ γεννᾷ Παῦλος δι' Εὐαγγελίου τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ.

« Ἐγὼ βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτιν τὸν κυρίου αὐτοῦ· Ἰσραὴλ δὲ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαὸς με οὐ συνήκεν. » Βοῦς μὲν καὶ ὄνος, φυσικῆ φαντασία τοῖς τρέφοντάς ἐπιγινώσκουσιν· οἱ δὲ τοσαύτης ἀξιοθύντες παρὰ τοῦ Θεοῦ προνοίας, ὡς μὴ μόνον λογικοὺς καταστῆναι, ἀλλὰ καὶ λαὸν Θεοῦ χρηματίζειν καταξιοθῆναι, οὕτως τε προσγορήσει τιμηθῆναι, οὐδ' ἐμοίως τοῖς ἀλόγοις θρέμμασι τὸν γεννήσαντα καὶ θρέψαντα, τιμησαντά τε καὶ ὑψώσαντα αὐτοὺς Κύριον ἔγνωσαν. Οἶμαι δὲ διὰ τούτων προφητικῶς αἰνέτησθαι, ὡς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ αὐτὸν ὄντα τὸν Κύριον, μόνως αὐτοῖς ἐξ ἀπάντων τῶν ἔθνων ἐπιδημήσαντα κατὰ τὴν ἐνανθρωπήσιν, οὐκ παραδέξονται, οὐδὲ ἐπιγινώσκονται αὐτὸν, οὐδὲ νοήσουσιν, ἀλλ' οὐδὲ συνήσουσι.

« Οὐαὶ ἔθνος ἀμαρτωλῶν, λαὸς πλήρης ἀμαρτίας,

CAPUT I.

VERS. 1, 2. « Visio quam vidit Hesaias filius Amos, quam vidit contra Judæam, et contra Jerusalem, qui regnaverunt in Judæa. Audi cœlum, et auribus percipe terra, quia Dominus locutus est. Filios genui et exaltavi: illi autem spreverunt me. » Homo ex anima et corpore constitutus est: caro ex terra, anima cœlestis existit. Quia vero cum utroque eorum cognationem habet homo, circa ea quæ ipsi maxime propria sunt testimonio suo ipsum coarguit: « Filios genui et exaltavi. » Generationis duæ species sunt, quarum alia est, illa secundum Deum forma, quæ ex operibus et ex mandatorum perceptione perficitur: qua ratioque Paulus discipulos suos per Evangelium gignit.

VERS. 3. « Cognovit bos possessorem, et asinus præsepe domini sui, Israel autem me non cognovit, et populus me non intellexit. » Bos quidem et asinus ex naturali instinctu eos, qui alimentum sibi suppeditant, cognoscunt: qui vero tanta a Deo providentia dignati sunt, ut non modo rationabiles essent, sed etiam populus Dei vocarentur, filiorumque nomine ornarentur, non pari atque bruta jumenta modo eum qui se genuit, enutrivit, honoravit et exaltavit, Dominum agnovere. His porro arbitrator prophetiæ subindicari, fore ut Judæi illum, qui Christus Dei et ipse Dominus, qui apud illos, præ aliis omnibus gentibus, homo peregrinatus est, non susciperent, neque cognoscerent, nec mente intelligerent.

VERS. 4. « Væ genti peccatrici, populo pleno

1 Cor. iv. 15.

iniquitate, senriui malo, filiis iniquis. Dereliquistis A
Dominum, et irritastis sanctum Israel : abalienati
sunt retrorsum.) Ideo ergo Judæorum gentem
coarguit miseramque prædicat Spiritus sanctus,
quia omnium plane gentium deterior est, et quia
illi neque ex adoptione, neque ex honore divinitus
sibi collato, exallati videlicet, ac præcellentibus
muneribus ab eo donati, quidpiam utilitatis perce-
perunt : imo vero ne ex plagis quidem et castiga-
tionibus, queis a Deo frequenter vi amoris per-
moto, impietatis suæ causa affecti sunt, resipue-
runt : nam, « quem diligit Dominus, castigat, fla-
gellat autem omnem filium, quem accipit ¹. » Quis
autem ille fuit, quem dereliquerunt, nisi Christus,
quem quia irritaverunt et dereliquerunt, ea quæ
subsequuntur perpassi sunt ?

VERS. 5, 6. « Quid adhuc percutiamini adjicien-
tes iniquitatem ? omne caput in labore, et omne
cor in tristitia ; a pedibus usque ad caput non est
in eo sanitas. Vulnus, livor, plaga tumens. Non
licet malagma imponere, neque oleum, neque liga-
menta. » Qui fieri poterat, ut aliud ad sanitatem et
salutem restituendam pharmacum reperirent, qui
Dominum abnegarant : quem non noverunt nec
intellexerunt advenisse sibi animarum medicum,
qui solus omnem morbum et omnem animarum
infirmiorem curare poterat ?

VERS. 7, 8. « Terra vestra deserta, civitates
vestrae succensæ igni : regionem vestram coram
vobis alieni devorant : et desolata est, eversa a
populis alienis, sicut tabernaculum in vinea, et sicut
tugurium in cucumerario, sicut civitas obsessa. »
Ad custodiam fructuum in vineis nascentium signi-
tur tentoria. Cum ergo vinea propriis fructibus
probe instructa est, omni cura et sollicitudine
tentorium servatur, ita ut custos diligenter prospici-
at, ne, qui in via prætereunt, fructus ejus decer-
pant. Cum autem vinea infructuosa est, illud a
custode, ut consentaneum est, negligitur. Quamob-
rem Israeliticum populum derelictum in intermi-
natur, utpote qui consentaneum fructum non
emittat. Timendum itaque nobis est, ne infructuosi
simus, ut ne ex ira Dei deseramur. Spiritus sanctus
est qui vos custodit. Cum igitur anima fructus
æternorum penuriorum dignos profert, tum per-
manet ille custos, et singularis feri insidias procul
abigit ; cum autem uvam fellis et botrum amaritu-
dinis profert, infructuosam animam ille deserit :
et tunc in quemvis brutum cogitatum, et in quamvis
irrationabilem concupiscentiam decidit illa. Ple-
rumque porro Scriptura Israeliam vineam tropice
nuncupat ; ut ¹, « Vineam ex Ægypto transtulistis ; »
et, « Vineam facta est dilecto ² ; » et, « Ego autem
plantavi te vineam fructuosam, totam veram ³. »

¹ Prov. III, 12. ² Psal. LXXIX, 9. ³ Jsa. V, 1. ⁴ Jer. II, 21.

(4) His similia habet Hieronymus in hunc locum,
atque ita loquitur : « In cucumerario quoque, quod
LXX pomorum custodiam vocant, parvulæ fiunt
casule propter ardorem solis ac radios declinan-
dos : et inde vel homines, vel bestiolas, quæ insidari

σπέρμα πονηρὸν, υἱοὶ ἀνομοί. Ἐγκατέλιπετε τὸν Κύ-
ριον, καὶ παρωργίσατε τὸν ἅγιον τοῦ Ἰσραὴλ : ἀπηλλο-
τριώθησαν εἰς τὰ ὀπίσω. » Διὰ ταῦτα γοῦν ἀπελέγχει
τὸ Ἰουδαίων ἔθνος, καὶ ταλανίζει αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα
τὸ ἅγιον, ὡς πάντων τῶν ἐθνῶν χεῖρους, καὶ ὡς τὸ
μηδὲν ὠφελήθεντας, μήτε ἐκ τῆς υἰοθεσίας, μήτε ἐξ
τῆς παρὰ Θεοῦ τιμῆς ἡξιώθησαν. ὠφωθέντες καὶ πλεί-
στων ὄσων ἐξαιρέτων παρὰ αὐτοῦ τετυχηκότες. ἀλλ'
οὐδὲ ἐξ ὧν πολλάκις ἐπλήγησαν δι' ὑπερβολὴν ἀγάπης
Θεοῦ τυπτόμενοι καὶ κολαζόμενοι, τῶν ἀσθεμάτων
αὐτῶν ἐνεκεν. « Ὅν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει,
μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν, ὃν παραδέχεται. » Τίς δὲ ἦν ὃν
ἐγκατέλιπον, ἢ ὁ Χριστός. ὃν διὰ τὸ παρωργικῆναι καὶ
ἐγκαταλειομέναι, τὰ ἐξῆς ἐπιλεγόμενα πεπόνθασιν ;

B
« Τί ἐτι πληγῆτε προστιθέντες ἀνομίαν ; πάσα
κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην. ἀπὸ
ποδῶν ἕως κεφαλῆν οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὀλοκληρία.
Τραῦμα, μώλωψ, πληγὴ φλεγμαίνουσα. Οὐκ ἔστι
μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ελαιον, οὔτε καταδεσμούς. »
Πῶς δὲ καὶ οἶόν τε ἦν ἕτερον αὐτοὺς ὑγείας καὶ
σωτηρίας ποιητικῶν εὑρέσθαι φάρμακον ἀρνησάμε-
νους τὸν Κύριον. μηδὲ ἐπεγνωκότας αὐτὸν, μηδὲ
συνιέντας ἐπιδημήσαντα αὐτοῖς τὸν τῶν ψυχῶν ἰατρὸν,
τὸν μόνον πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ψυχῶν
ὁμοῦ καὶ σωμάτων ἰάσασθαι δυνάμενον,

« Ἡ γῆ ὑμῶν ἔρημος, αἱ πόλεις ὑμῶν πυρίζου-
σται τῆν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἄλλοτριον κατε-
σθίουσιν αὐτήν. » καὶ ἡρέμωται κατεστραμμένη ὁπὸ
C
λαῶν ἄλλοτριῶν, ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελῶνι, καὶ ὡς
ὄπωροφυλάκιον ἐν σικυηλάτῳ, ὡς πόλις πολιορκου-
μένη (4). » Εἰς φρουρῶντων ἐν ταῖς ἀμπελοῖς καρπῶν αἱ
σκηναὶ πῆγγυνται. Ὅταν μὲν οὖν εὐθνήγῃ τοῖς οἰκείοις
καρποῖς ἡ ἀμπελος, σπουδάζεται ἡ σκηνὴ καὶ πάσης
ἀξιοῦται ἐπιμελείας. ὥστε ἀπ' αὐτῆς κατοπτεῦσειν
τὸν φύλακα, μήποτε τρυγῶσιν αὐτήν οἱ παραπορευό-
μενοι τὴν ὁδόν. Ὅταν δὲ ἀκαρπος ἦ, ἀμελεῖται
ἀναγκαίως τῆς ἀμπελοῦ τὰ φυλακτήρια. Διὰ τοῦτο
τοῦ Ἰσραηλιτικοῦ λαοῦ τὴν ἐγκατάλειψιν ἀπειλεῖ, ὡς
μὴ καρποφοροῦντος καὶ ἐπιθάλοντα. Φοβηθῶμεν οὖν
εἶναι ἀκαρποι, μὴ ἐγκαταλειφθῶμεν ὑπὸ τῆς ὀργῆς
τοῦ Θεοῦ. Τὸ φυλάσσειν ἡμᾶς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν
ἐστιν. Ὅταν μὲν οὖν καρποφορῇ ἡ ψυχὴ ἀξία τῶν
D
αἰωνίων ἀποθηκῶν, παραμένει καὶ φυλάσσει, καὶ
πόρρωθεν ἀπέργει τὰς τοῦ μονίου τοῦ ἀγγρίου ἐπι-
βουλὰς. ὅταν δὲ σταφυλὴν χολῆς γεωργῇ καὶ βότρυν
πικρίας ἐκφέρῃ, ἐγκαταλιμπάνει τὴν ἀκαρπον ψυχὴν.
καὶ τότε ὑπὸ παντὸς λογισμοῦ θηριώδους καὶ πάσης
ἀλόγου ἐπιθυμίας καταπεσεῖται. Πολλαχοῦ δὲ τροπι-
κῶς ἀμπελῶνα τὸν Ἰσραὴλ ὁ λόγος προσαγορεύει. ὡς
τὸ, « Ἀμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετήρας ; » καὶ, « Ἀμπε-
λὸν ἐγενήθη τῷ ἡγαπημένῳ ; » καὶ, « Ἐγὼ δὲ ἐφύτευσα
σε ἀμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν. » Εἰ δὲ ὁ

solent natis frugibus, abigunt. Cum autem ablata
fuerint istiusmodi genimina, remanent arentia fru-
ticum umbracula, casulaeque recedente custode :
quia non habet ultra quod servet, » et cætera, quæ
item ille transtulit, sed συνοπτικῶς.

Ἰσραὴλ ἀμπελών, σκηνὴ τῆς ἀμπέλου ταύτης ὁ οἶκος ἂν ἴσται ὁ τοῦ ναοῦ· σκηνώμα γὰρ δόξης ἐλέγετο, καὶ, σκηνώμα, οὐ κατεσκήνωσεν ἐν ἀνθρώποις. » Ἔως ἔτι οὐν ὅτε ἐποίησε καρπὸν πολὺν, καὶ ἡ σκηνὴ διὰ τὴν τῶν καρπῶν φυλακὴν συνειστήκει· ἐπεὶ δὲ ὁ φυτεύσας αὐτὴν ἔμεινε τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας, αἷς τὸν Κύριον ἐστεφάνωσαν, καὶ ἐστράφη πᾶσα εἰς πικρίαν· ἐποίησε γὰρ σταφυλὴν χολῆς καὶ βότρυν πικρίας· διὸ καὶ εἰς τὸ βρώμα ἔδωκαν τῷ Κυρίῳ χολὴν· διὰ τοῦτο ἐγκατελείφθη ἡ σκηνὴ τοῦ ἀμπελώνος. « Ἰδοὺ γὰρ, φησὶν, ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. » τότε ἐπληρώθη ἡ ἀπειλὴ αὕτη· « Ἐγκατελείφθη γὰρ ὡς σκηνὴ ἐν ἀμπελώνι. » Ἐξ ἐκείνου λοιπὸν καὶ ταῖς νεφέλαις ἐνετειλάτο τοῦ μὴ βρέξαι ἐπὶ τὸν ἀμπελῶνα. Διὰ τοῦτο οὐκέτι προφητῶν παρ' αὐτοῖς, οὐκέτι οὐρανία χάρις· ἀλλὰ γέγονεν εἰς χέρσον καὶ καταπάτημα, οἷ τε φραγμοὶ τοῦ ναοῦ ἐκείνου καθηρέθησαν, ὁ ὑπερασπισμὸς τῶν ἁγίων δυνάμεων, καὶ ἅν τι ἐργάσωνται κατὰ τὸν νόμον, εἰς ἀπώλειάν ἐστι. « Καὶ ὡς ὀπωροφυλάκιον, φησὶν, ἐν σικυηλάτῳ. » Σημαίνει τοίνυν διὰ τοῦτου τὴν παντελῆ αὐτῶν ἀκαρπίαν· ἔως μὲν γὰρ καρπῶν ἀγαθῶν πεπλήρωται, τὸν φρουροῦντα καὶ φυλάσσοντα ἐκέκασεν ἡ σκηνὴν πηξάμενος, ἀνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ ἀφορᾷ καὶ περισκοπεῖ, καὶ φυλάττει τὸν ἀμπελῶνα. Εἰ δ' ὁ τοῦτου καρπὸς ἀφαιρεθῆ, τηνηκαῦτα ὁ φύλαξ, ὡς μὴ εἰς μάταιον κάμνη, τὴν σκηνὴν ἔρημον ἀπολιπὼν, ἀναχωρεῖ τῆς φυλακῆς.

Καὶ εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμορρα ἂν ὁμοιωθῆμεν. Ἀκούσατε λόγον Κυρίου, ἄρχοντες Σοδόμων· προσέχετε νόμον Θεοῦ, λαὸς Γομορράς. » Ἐπειδὴ περ ἐπὶ τῆ τῶν πατέρων ἀρετῇ σεμνυόμενοι, μέγα ἐφρόνου, ὡς τοῦ Ἀβραάμ ὄντες σπέρμα καὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἀπόγονοι· εἰκότως τὸ μέγαλαυχον αὐτῶν ὁ λόγος ταπεινοῖ, καὶ τὸ μάταιον σῆμα καθαιρεῖ· τοὺς μὲν ἄρχοντας τοῦ διαδοχῆτου Ἰσραὴλ, Σοδόμων ἄρχοντας ὀνομάζων, αὐτὸν δὲ τὸν χρηματίζοντα λαὸν τοῦ Θεοῦ, λαὸν Γομορράς ἀποκαλῶν, ὡς διὰ τῶν ἱσῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς πάλαι ἀσεβήσασιν ὁμοιωθέντα· Σοδόμων ἄρχουσι καὶ Γομορράς λαῶν παραβάλλει αὐτοὺς, διὰ τὴν μέλλουσαν αὐτοῖς ἐπελευθεσθαι καταστροφὴν· ὡς τοῖς τὰ Σόδομα καὶ Γόμορρα οἰκησασιν ἀνδράσι πάντων ἀνθρώπων ἀσεβεστάτοις γενέσθαι μνημονευόμενοις.

« Τί μοι πλῆθος τῶν θυσῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος; Πλήρης εἶμι ὀλοκαυτωμάτων κριῶν· καὶ στέαρ ἀρνῶν, καὶ αἷμα ταύρων καὶ τράγων οὐ βούλομαι, οὐδ' ἂν ἐρχῆσθε ὀφθῆναι μοι. Τίς γὰρ ἐξεζήτησε ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; » Πρὸς οὖν τοὺς τὰ δεινότατα κατὰ τοῦ Κυρίου τολμήσαντας, θυσίαις δὲ καὶ σπονδαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις κατὰ τὸν νόμον σωματικαῖς λατρείαις ἰλάσκεσθαι τὸν Θεὸν νομίζοντας, ὁ λόγος ἀποτείνεται φάσκων, « Τί μοι πλῆθος τῶν θυσῶν ὑμῶν, λέγει Κύριος; » καὶ τὰ ἐξῆς.

¹ Psal. LXXVII, 60. ² Matth. XXI, 58.

Quod si Israel vinea fuerit, tabernaculum sane ejus domus templi erit : nam tabernaculum gloriae dicitur, et, « tabernaculum, ubi habitavit in hominibus ». Donec itaque multum fructum protulit, tabernaculum ad fructuum custodiam substituit : quia vero qui plantavit eam, exspectavit ut faceret uvam, fecit autem spinas, quibus Dominum coronarunt, tota conversa est in amaritudinem : fecit enim uvam fellis et botrum amaritudinis : ideoque in potum Domino fel dederunt ; ut sane de causa tabernaculum vineae derelictum est : nam « ecce, inquit, relinquetur vobis domus vestra deserta ». Tunc vere impleta est illa comminatio, etenim « derelicta est sicut tabernaculum in vinea » : exinde vero nubibus mandavit ne pluerent super vineam. Idcirco non ultra prophetæ penes illos sunt, non cœlestis gratia ; sed conversa est in aridam et in conculcationem, sepes templi illius destruxit sunt, necnon sanctarum virtutum propugnaculum : ac etiamsi quidpiam secundum legem agant, id illis in perniciem verit. « Et sicut tugarium, ait, in cucumerario. » His itaque significat omnimodam apud illos fructuum vacuitatem : donec enim bonis fructibus implebatur, eodem ad præsidium obtinebat eum, qui structo tabernaculo, et sublimi observat et respicit vineam. Quod si fructus ejus auferatur, tunc custos, ne in vanum laboret, tabernaculum desertum relinquens, abscedit a custodia.

VERS. 9, 10. « Et nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissetis, et Gomorrhæ similes essemus. Audite verbum Domini, principes Sodomorum, attendite legi Dei, populus Gomorrhæ. » Quia de patrum virtute gloriantes, magna sapiebant, utpote qui Abraham semen et Israelis nepotes essent, illorum arrogantiam-jure deprimit, vanamque eorum opinionem de medio tollit, dum præclari illius Israelis principes, Sodomorum principes nuncupat, et populum illum Dei, populum Gomorrhæ vocat ; utpote qui ob paria studia illis olim impiis similis evaserit : sive illos principibus Sodomorum et Gomorrhæ comparat, ob venturum illis excidium ; ut accidit populis Sodoma et Gomorrhæ incolentibus, qui omnium hominum impiissimi olim fuisse memorantur.

VERS 11, 12. « Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus ? Plenus sum holocaustis arietum : et adipem agnorum, et sanguinem taurorum et hircorum nolo, nec veniatis in conspectum meum. Quis enim requisivit hæc de manibus vestris ? » Eos itaque sermo respicit, qui atrociter contra Dominum aggredi ausi, sacrificiis, libaminibus aliisque secundum legem corporeis ministeriis Deum se placare posse putant : atque : « Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus ? » et cætera.

VERS. 13-15. « Calcare atrium meum non adjicietis. Si tuleritis simillam, vanum thymiam, abominatio mihi est. Neomenias vestras, et Sabbata, et diem magnam non fero : jejunium et cessationem et neomenias vestras et solemnitates vestras odit anima mea. Facti estis mihi in satietatem : non ultra tolerabo peccata vestra. Et cum extendieritis manus vestras ad me, avertam oculos meos a vobis : et si multiplicaveritis supplicationem, non exaudiam vos : nam manus vestrae sanguine plenae. » **Sed quia non cognoverunt Dominum, et quia non intellexerunt eum, quia dereliquerunt eum, et irritaverunt sanctum Israel : et ad hæc omnia, quia manus eorum sanguine plenae fuerunt, ob eandem Christi, quam post sexcentos interemptos prophetas, perpetrarunt, et sanguine repleti sunt ; his omnibus recensitis, necnon legis solutione, templi excidio, ac omnimodis suppliciis ; peccati, cujus causa hæc perpassi sunt, speciem edocet : ipsosque accusat, non de idolorum cultu, non de adulterio, nec de avaritia ; sed de cæde. Nam omni impietate et iniquitate deterior est eorum contra Dominum insania ; hæc quippe vox illorum est : « Sanguis ejus super nos et super filios nostros ». » Hic sanguis illos pristinis optimisque possessionibus privavit : hic sanguis illos per totum orbem inquilinos effecit.**

VERS. 16, 17. « Lavamini, mundi estote, auferte malitias de animabus vestris ab oculis vestris : quiescite a malitiis vestris, discite bene facere. » **Admodum consequenter postquam prima dixerat Deus, his item memoratos Sodomorum principes, ac populum Gomorrhæ in spem bonam transfert et evocat ; si malitiam deponentes, et a voluntario illo secundum corpoream legem cultu abscedentes fuerint. Quamobrem postquam ea quæ Veteris Testamenti erant, carptim tetigit, Novi Testamenti mysteria inducit. Quæ ipse in Evangeliiis tradidit, dicens, « Nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non intrabit in regnum cælorum ». — « Quærite judicium, liberate oppressum, judicate pupillo, defendite viduam. » Id est a malitia translatis, ne in eo steteritis ; sed vitam virtute ornatam suscipite.**

VERS. 18. « Et venite, et disceptemus, dicit Dominus : et si fuerint peccata vestra ut purpura, quasi nivem dealbabo ; et si fuerint ut coccinum, quasi lanam dealbabo. » Deinde quasi in tribunali ego et vos disceptemus : ego quidem enumerans quanta sim a vobis perpassus, et quanta vobis munera contulerim : ac quomodo post tanta facinora, omnium malorum vestrorum oblitus, vestras prædicto sanguine purpureas animas emundaverim, ac per lavacrum regenerationis nive splendidiore

* Math. xxvii, 25. † Joan. iiii, 5.

(5) Hæc item exprimit Hieronymus ad hunc loc.

« Πατεῖν τὴν αὐλὴν μου οὐ προσθήσεσθε. Ἐὰν φέρετε σερμίδαλι, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἔστι. Τὰς νομηνίας ὑμῶν, καὶ τὰ Σάββατα, καὶ ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι, νηστείαν καὶ ἀργίαν καὶ τὰς νομηνίας ὑμῶν καὶ τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχὴ μου. Ἐγενήθητέ μοι εἰς πλησμονὴν· οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἀμαρτίας ὑμῶν. Ὅταν τὰς χεῖρας ἐκτείνητε πρὸς μὲ, ἀποστρέψω τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπ' ὑμῶν· καὶ ἐὰν πληθύνητε τὴν δέτησιν, οὐκ εἰσακούσομαι ὑμῶν· αἱ γὰρ χεῖρες ὑμῶν αἵματος πλήρεις. » **Ἄλλ' ὅτι μὴ ἔγνωσαν τὸν Κύριον, καὶ ὅτι μὴ συνήκων αὐτὸν, ὅτι ἐγκατέλιπον αὐτὸν, καὶ παρώξυναν τὸν ἄγιον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ πρὸς ἅπασιν τοῦτοις, ὅτι αἱ χεῖρες αὐτῶν γεγόνασιν αἵματος πλήρεις διὰ τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ μαιφονίας, ἣν μετὰ μυρίας προφητοκτονίας εἰργάταντο, καὶ γεγόνασιν αἵματος πλήρεις, πάντα γοῦν διεξελθῶν, καὶ τὴν τοῦ νόμου λύσιν, καὶ τοῦ ναοῦ τὴν κατάλυσιν, καὶ τὰς παντοδαπὰς τιμωρίας, τὸ εἶδος τῆς ἀμαρτίας ἐδίδαξεν, οὐ χάριν πεπόνθασι· καὶ κατηγορεῖ αὐτῶν, οὐκ εἰδῶλων θεραπείαν, οὐδὲ μοιχείαν καὶ πλεονεξίαν, ἀλλὰ μαιφονίαν. Πάσης γὰρ δυσσεβείας καὶ παρανομίας, χαλεπώτερα ἢ κατὰ τοῦ Κυρίου μανία· αὐτῶν γὰρ ἔστιν ἡ φωνὴ, « Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. » Τοῦτο τὸ αἷμα, τῆς παλαιᾶς αὐτοῦ ἐστέρησεν εὐκληρίας· τοῦτο τὸ αἷμα μετοίκους τῆς οἰκουμένης ἀπέφηνε.**

« Λούσασθε, καθαροὶ γένεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν· παύσασθε ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε καλὸν ποιεῖν. » **Σφόδρα γοῦν ἀκολούθως τὰ πρῶτα εἰρηκῶς ὁ Θεὸς, ἔτι καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς δηλωθέντας ἄρχοντας Σοδόμων, καὶ τὸν λαὸν Γομόρρας διεξέρχεται (5), ἐπὶ ἀγαθὰς ἐλπίδας αὐτοὺς προκαλούμενος, εἰ μεταθέμενοι τῆς κακίας καὶ τῆς ἐθελοθησείας τῆς κατὰ τὸν σωματικὸν νόμον ἀναχωρήσαντες, ὑπήκοοι γένοιτο τῆς Καινῆς Διαθήκης καὶ τοῦ καινοῦ νόμου καὶ λόγου. Διὸ μετὰ τὴν παρόρασιν τῶν ἐν τῇ Παλαιᾷ Διαθήκῃ, τὰ τῆς Καινῆς Διαθήκης εἰσάγει μυστήρια. Ἄ δὴ καὶ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις αὐτὸς παρεδίδου λέγων· « Ἐὰν μὴ τις ἀναγεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. » — « Ἐκζητήσατε κρίσιν, ῥύσασθε ἀδικούμενον, κρίνατε ὄρφανῶν, καὶ δικαιοῦσατε χήρᾶ. » **Ἦγουν μεταβαλόντες τῆς κακίας, μὴ μέχρι τούτου στήτε, τὸν δὲ κατ' ἀρετὴν ἀναλάβετε βίον.****

« Καὶ δεῦτε, καὶ διαλεχθῶμεν (6), λέγει Κύριος· καὶ ἐὰν ὡσιν αἱ ἀμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶν· ἐὰν δὲ ὡσιν ὡς κόκκινον, ὡς ἔριον λευκανῶν. » **Εἴθ' ὡς ἐν δικαστηρίῳ διελεγχθῶμεν ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς· ἐγὼ μὲν ὅσα πέπονθα ὑφ' ὑμῶν, ὅσα τε ὑμᾶς ἔτυχον εὐεργετήσας καταριθμούμενος, καὶ ὡς μετὰ τῶσαῦτα πλημμελήματα πάντων κακῶν ἀμνηστειαν ποιούμενος, πεφοινιγμένος ὑμῶν τὰς ψυχὰς ἐκ τοῦ προλεχθέντος αἵματος ἐκάθηρα, λαμπροτέρας χιόνας αὐτὰς διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας κα-**

(6) Reg. secunda manu, διελεγχθῶμεν.

ταπεινάς· ὑμεῖς δὲ εἰ τις ὑμῖν πρὸς τὴν τοσαύτην χάριν ἔνεσται λόγος, εἰς φανερὴν τοῦτον ἄγετε.

« Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσῃτέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν μὴ θέλητε, μὴδὲ εἰσακούσῃτέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέβηται· τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. » Ἐνταῦθα δὲ ὁ λόγος ὡς πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενος, οἷα νηπίους αὐτοῦς διὰ τῆς σωματικῆς ἐπαγγελίας πείθεσθαι τοῖς εἰρημένους προτρέπει· πρὸς δὲ τὸν ἀληθῆ λόγον, γῆς τῆς ψυχῆς νοουμένης· κατὰ τὴν σωτήριον παραβολὴν· ἢ τὸν ἐπουράνιον λέγεται παραδέχασθαι σπῆρον, ἀχόλουθόν ἐστιν ἀγαθὰ ψυχῆς νοσῖν ἕτοιμάς κατ' ἀρετὴν προκοπᾶς καὶ τελειώσεως, ἢ τὰ ἐπηγγελμένα αὐτῇ ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν βασιλείᾳ. Ὅθεν πρὸς μὲν τὴν λέξιν, αὐτίκα τοῖς λόγοις ἐπηκολούθει ἡ διὰ τῶν ἔργων ἔκβασις· παραχρῆμα γὰρ καὶ οὐκ εἰς μακρὰν οἱ ἀπειθήσαντες, τῇ τῶν πολεμίων μαχαίρᾳ παρεδόθησαν· ἐπιθρόντων αὐτοῖς Ῥωμαίων, καὶ πολέμου νόμφ πάντας χειρωσαμένων· εἰ δὲ καὶ διαβολικὴ τις ἐστὶ μάχαιρα, καὶ ταύτῃ ἐκδοτοὶ γεγονᾶσι, διὰ τὸ ἀπειθῆσαι τῇ κλήσει τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος.

« Πῶς ἐγένετο πόρνη πόλις πιστὴ Σιών, πλήρης κρίσεως; ἐν ἧ δικαιοσύνη ἐκοιμήθη ἐν αὐτῇ, νῦν δὲ φονευταί. » — « Τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἀπέκτειναν οἱ πατέρες ὑμῶν καὶ ὑμεῖς; » Διδάσκει τοίνυν ὁ λόγος (7), ὡς πάλαι μὲν τὴν πόλιν ἔκρησαν ἄνδρες πιστοί, δι' ὧν πιστὴ πόλις ἐχρημάτισεν· ὡσπερ ἂν εἰ τις εἰποι, πιστῶν πόλις· ἀλλὰ καὶ πλήρης κρίσεως ἦν καὶ δικαιοσύνης, ὡς ἂν ἐναρέτων ψυχῶν οἰκητήριον ποτε γενομένη· διὸ κεκοιμάσθαι ἐν αὐτῇ δικαιοσύνην, τοῦτέστιν, ἐνοικῆσαι καὶ ἀναπαυθῆσαι εἰρηταί. Πάλαι γὰρ πλήρης τούτων ἐτύγγανε· τάχα πού κατὰ τοὺς χρόνους Δαυὶδ, ὃς πρῶτος ἔκρινεν τὴν πόλιν ἐκ χειρὸς ἀλλοφύλων, τὴν κιβωτὸν τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν σκηνὴν ἐν αὐτῇ κατεστήσατο, αὐτὸς τε αὐτὴν ἔκρησε βασιλείῳ ἀποδείξας ἑαυτοῦ, ὡς χρηματίσαι πόλιν Δαυὶδ.

« Τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον· οἱ κάπηλοι σου μίσχουσι τὸν οἶνον ὕδατι. » Ἦν γὰρ τὸ ἀργύριον αὐτῶν ἀδόκιμον, ἐπειδὴ μετὰ τὸ ἐκπορευῆσαι, καὶ φονευτῆς γενέσθαι, προσεποιούντο θεοσεβείας λόγον ἀπαγγέλλειν καὶ τὰς θείας Γραφὰς διερμηνεύειν καὶ δευτερώσεις μυθικὰς ποιεῖσθαι τῶν ἀναγνωσμάτων. Καὶ αὐτοὶ δὲ οἱ διδάσκαλοι αὐτῶν καπηλεύοντες τὴν διδασκαλίαν, κάπηλοι προσφυῶς ὠνομάσθησαν μιγνύντες τὸν οἶνον ὕδατι, λόγῳ ἐξυδαροῦντι τὸν ἄκρατον καὶ ἐπιστυπτικὸν τῶν θεοσκεύστων Γραφῶν νοῦν διὰ τῆς μυθικῆς· αὐτῶν καὶ ληρώδους δευτερώσεως.

« Οἱ ἱρχοντές σου ἀπειθοῦσι, κοινωνοὶ κλεπτῶν. » Ὅτω καλούμενοι ὑπὸ τοῦ Σωτήρος οὐχ ὑπήκουον· ἐπιπλῶς δὲ εἰπεῖν, Θεῷ ἀπειθοῦσιν, ἐκκλίνοντες ἀπ' αὐτοῦ καὶ τοῖς διατεταγμένοις ὑπ' αὐτοῦ μὴ ἐμμένοντες, « ἀγαπῶντες ὄψα, διώκοντες ἀνατίδομα, ὄψα φανοῖς; οὐ κρίνοντες, καὶ κρίσιν χερῶν οὐ προσέχον-

• A I VII, 52.

(7) Hæc nonnullis adjectis manifeste transtulit Hieronymus, qui ait : *Nec ambigo fuisse in ca sca-*

illas constituerim, vos autem, si aliqua contra tantam gratiam adest ratio, eam publice proferte.

VERS. 19, 20. « Et si volueritis et audieritis me, bona terræ comedetis; quod si nolueritis, nec audieritis me, gladius vos devorabit: nam os Domini hæc locutum est. » Hic quasi Judæos alloquens, ipsos ceu infantes per corpoream promissionem hortatur, ut dictis obtemperant; at secundum veram intelligendi rationem, cum terra pro anima reputanda sit, secundum Salvatoris parabolam: quæ terra cœleste semen suscipere dicitur; hinc consequitur animæ bona hic esse intelligendæ, scilicet profectum et perfectionem secundum virtutem acceptam, vel bona ipsi in regno cœlorum promissa. Quapropter secundum litteram quidem, verba rerum eventus mox consecutus est; nam festinum, nec multo post elapso tempore, immorigeri illi gladio inimicorum traditi sunt, irrumpentibus Romanis ac belli lege cunctis in captivitatem redactis; quod si diabolicus gladius fuerit, huic quoque dediti sunt, quod vocanti gratiæ Dei non obtemperarent.

VERS. 21. « Quomodo facta est meretrix civitas fidelis Sion, plena iudicii? in qua iustitia dormivit, nunc autem homicidæ. » — « Quem prophetarum non interfecerunt patres vestri et vos? » Docet igitur olim quidem civitatem incoluisse fideles viros, quorum causa civitas fidelis vocabatur; ac si quis diceret, civitas fidelium; imo etiam plena iudicii erat et iustitiæ, utpote quæ probarum olim animarum domicilium fuerit: quare iustitia in ea dormivisse, id est, inhabitasse et quievisse dicitur. Olim quippe talibus plena viris erat; ut fortasse tempore Davidis, qui primus urbem eripuit ex manibus allophylosum, arcam Dei et tabernaculum ibi posuit, in eaque ipse habitavit, regiamque constituit, ita ut civitas David appellaretur.

VERS. 22. « Argentum vestrum non probatum: caupones tui vinum aqua miscent. » Eratque argentum eorum non probatum, quia postquam fornicarii et homicidæ sunt effecti, se veræ religionis verbum annuntiare et divinas Scripturas interpretari simulabant, dum fabulosas deuteroseas ad lectionis explicationem adhiberent. Doctores vero ipsorum, qui doctrinam cauponabantur, e re caupones dicti sunt, qui vinum aqua miscebant, dum sermone in aquam resoluta, mæram et restrictam divinarum Scripturarum mentem per commentitias suas deuteroseas fondarent.

VERS. 23. « Principes tui non obtemperant, socii furum. » Sic vocati a Servatore non obtemperabant: in summa, Deo repugnant, declinantes ab eo, et in præceptis ejus non manentes, « diligentes munera, retributionem persequentes, pupillo non judicantes, et causam viduæ non attendentes: »

Hieronymus, qui ait : *Nec ambigo fuisse in ca sca-*

cum proditore Juda furante concurrentes, juris æquitate donis venundabant.

VERS. 24-26. « Propterea hæc dicit Dominus Dominus Sabaoth : Væ potentibus Israël : non cessabit enim furor meus in adversariis, et iudicium de hostibus meis faciam. Et inferam inane meam contra te, et inflammabo te ad purum : immorigeros autem perdam et consiliarios tuos sicut a principio. » Inflammabo te igitur ad purum, id est, ad purgandum et discernendum improbos ab urbanis. Quare secundum Symmachum dicitur : « Et inflammabo ad purum scoriam tuam ; » secundum Aquilam vero : « Et inflammabo ad purum acinum tuum. » Quemadmodum enim qui æs et ferrum igne purgant, scoriam abjiciunt, et qui botrus vineæ in torcularibus premunt, acinum et superflua calcatarum uvarum expellunt ; eodem, inquit, modo et ego inflammabo ad purum acinum tuum.

VERS. 27. « Et post hæc vocaberis civitas justitiæ, metropolis fidelis Sion : nam cum iudicio salvabitur captivitas ejus. » Communem civitatem postea constituendam alloquitur, quam justitiæ civitatem vocat, et metropolim fidelem Sion, præ religionis institutum et cœtum hoc nomine exornans. Sane vero ille olim apud Judæos sapiens exciderat ; nunc autem in universa terra per Christi Ecclesiam erigitur, fundatus supra petram. Hi vero sunt pulchræ civitatis præsules, iudices et consiliarii, qui intuitum ab apostolis et discipulis Salvatoris nostri acceperunt : ex eorum vero successione etiamnum, quasi ex bono semine orti resplendent, Dei Ecclesiæ præsides constituti. Etenim qui apud Deum salute digni iudicati fuerint, ii, inquit, soli promissa consequentur : dum Judæi frustra imaginantur totius gentis suæ conversionem fore. Liberationem autem a captivitate intelligendum est esse mutationem animarum ab errore ad veram Dei cognitionem : quam Salvator declaravit, cum, accepto in synagoga Hesiæ libro, lectaque clausula ex persona ejus hæc dicente : « Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus misit me, » etc., replicato libro intulit : « Hodie hæc Scriptura impleta est in auribus vestris, » docens se redemptorem humanarum animarum esse.

VERS. 28. « Et conterentur iniqui, et peccatores simul, et qui dereliquerunt Dominum conficiantur. » Sed de medio tollendos esse ait nequitia doctores. Quinam vero ii essent, in præcedentibus declaratur his verbis : « Væ genti peccatrici populo pleno iniquitatis. »

VERS. 29. « Quia confundentur super idola sua, quæ ipsi volebant, et confundentur super hortos suos, quos concupiverunt. » Cæterum pudoris sen-

Luc, iv, 18, 21.

(8) Hæc interpretatio, teste Hieronymo, est videtur.

τες. » Τῷ οὖν προδότη Ἰουδᾷ κλέπτοντι συνιόντες, τὴν ὀρθότητα τοῦ δικαίου δώροις ἐπίπρασκον.

« Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ Δεσπότης Σαβαώθ, Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραὴλ· οὐ παύσεται γὰρ μου ὁ θυμὸς ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, καὶ κρίσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ποιήσω· καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μου ἐπὶ σέ, καὶ πυρώσω σε εἰς καθαρὸν, τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἀπολέσω, καὶ τοὺς συμβούλους σου ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς. » Πυρώσω σε οὖν εἰς καθαρὸν, τουτέστιν, ἐπὶ τῷ καθάραι καὶ διακρίναι τοὺς φαύλους ἀπὸ τῶν ἀστειῶν. Διὸ κατὰ τὸν Σύμμαχον εἴρηται· « Καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τὴν σκωρίαν σου· » κατὰ δὲ (8) τὸν Ἀκύλαν· « Καὶ πυρώσω εἰς καθαρὸν τὸ γιγαρτώδες σου. » Ὡσπερ γὰρ οἱ καθαίροντες διὰ τοῦ πυρὸς χαλκὸν ἢ σίδηρον, τὴν σκωρίαν ἀποβάλλουσι, καὶ οἱ τοὺς βότρυς τῆς ἀμπέλου ἐν ταῖς ληνοῖς πιέζοντες, τὸ γιγαρτώδες καὶ τὰ περισσὰ τῶν ἐκπατηθέντων βοτρυῶν ἀποβρίπτουσι, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ γὰρ, φησὶ, πυρώσω εἰς καθαρὸν τὸ γιγαρτώδες σου.

« Καὶ μετὰ ταῦτα κληθήσῃ πόλις δικαιοσύνης, μητρόπολις πιστῆ Σιών· μετὰ γὰρ κρίματος σωθήσεται ἡ αἰχμαλωσία αὐτῆς. » Τῇ μετὰ ταῦτα συστησομένη κοινῇ πόλει, ἦν τινα καὶ πόλιν δικαιοσύνης ὀνομάζει, καὶ μητρόπολιν πιστῆν Σιών, οὕτω προσειπὼν τὸ σύστημα τοῦ θεοφιλοῦς πολιτεύματος. Ὁ πάλαι μὲν συνετὸς παρὰ Ἰουδαίους διεπεπτῶκει· νῦν δὲ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας ἐγγήγερται θεμελιωμένος ἐπὶ τὴν πέτραν. Αὐτοὶ δὲ τῆς καλῆς πόλεως οἱ προσετώτες, κριταὶ, καὶ σύμβουλοι, οἱ ἀρχὴν μὲν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰλήψασιν· ἐκ δὲ τῆς ἐκείνων διαδοχῆς εἰσέτι καὶ νῦν, ὥσπερ ἐκ σπέρματος ἀγαθοῦ φύντες διαλάμπουσι, πρόεδροι τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας καθεστῶτες. Οἱ γὰρ σωτηρίας ἄξιοι παρὰ Θεῷ κριθέντες, μόνοι τεύζονται, φησὶ, τῆς ἐπαγγελίας, τῶν Ἰουδαίων μάτην φανταζομένων ἐπιστροφῆν ἔσεσθαι τοῦ παντὸς αὐτῶν ἔθνους. Αἰχμαλωσίας δὲ ἐλευθερίαν χρῆ νοεῖν, τὴν ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπὶ τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν μεταβολὴν τῶν ψυχῶν· ἦν καὶ ὁ Σωτὴρ παρίστη, ὀπηνίκα ἐν τῇ συναγωγῇ λαβὼν τὴν βίβλον τοῦ Ἠσαίου, τὴν τε περικοπήν ἀναγνοῦς τὴν ἐκ προσώπου αὐτοῦ φήσασαν· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὐ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἀφροσίν· » καὶ πτύξας τὴν βίβλον, εἶπε· « Σήμερον ἡ Γραφὴ αὕτη πεπλήρωται ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν· » διδάσκων δὲ, ὡς αὐτὸς εἶη ὁ λυτρωτῆς τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν.

« Καὶ συντριβήσονται οἱ ἄνομοι, καὶ οἱ ἀμαρτωλοὶ ἅμα, καὶ οἱ ἐγκαταλιπόντες τὸν Κύριον συντελεσθήσονται. » Ἄλλ' ἐκποδῶν γίνεσθαι τοὺς τῆς πονηρίας διδασκάλους. Τίνας δὲ ἦσαν οὗτοι, ἐδίδαξεν ὁ λόγος διὰ τῶν ἔμπροσθεν, εἰπὼν· « Οὐαὶ ἔθνος ἀμαρτωλῶν· λαὸς πλήρης ἀνομίας. »

« Διότι κατασχυνθήσονται ἐπὶ τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, ἃ αὐτοὶ ἠβούλοντο, καὶ ἐπαισχυνθήσονται ἐπὶ τοῖς κήποις αὐτῶν, ἃ ἐπεθύμησαν. » Πλὴν ἐπὶ τοῖς αἰ-

Theodotionis ; quare Aquilæ nomen irrepsisse

σχροῖς αἰσχύνῃ ἐκ συναισθήσεως αὐτοῖς ἐγγενομένη, τῆς ἀναισχύντου καὶ ἀναιδοῦς προαιρέσεως μεταβολὴν αὐτοῖς ἐμελλεν ἐμποιήσῃν.

« Ἔσονται γὰρ ὡς τερέβινθος ἀποθεβληκυῖα τὰ φύλλα, καὶ ὡς παράδεισος ὕδωρ μὴ ἔχων : » οἱ πάλαι ὄντες ἀμπελῶν Κυρίου Σαβαώθ, καὶ ἐλαία εὐσχοῖας. Εἰ γοῦν τις θεάζαιτο τὰς παρ' αὐτοῖς τῶν θεῶν Γραφῶν ἐπαγγελίας, νομικῶν τε καὶ προφητικῶν Γραφῶν ἀναγνώσεις, βιβλῶν τε ἱστορικῶν καὶ στιχηρῶν λόγον, ὑμνῶν τε τρόπους, καὶ ψαλμῶν δέξεται παράδεισον ἀληθῶς, καὶ λειμῶνα παντοίων ἀγαθῶν. Εἰ δὲ ζητήσῃ παρ' αὐτοῖς τὸν ἐμψυχον καὶ γόνιμον καὶ ζῶντα Λόγον, οὗ ὁ πίνων πηγὴν ἐξεῖ ὕδατος ζῶντος· ἀλλομένου εἰς ζῶν αἰώνων· οὐκ ἂν εὑροί.

« Καὶ ἔσται ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ὡς καλάμη στυππείου, καὶ αἱ ἐργασίαι αὐτῶν ὡς σπινθῆρες· καὶ κατακαυθήσονται οἱ ἄνομοι, καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἅμα· καὶ οὐκ ἔσται ὁ σέσωκ. » Οὐ σίτου, οὐδέ τινος ἐτέρου τῶν ἀναγκαίων καλάμη, διὰ τὸ ἀφρηθῆσαι ἀπ' αὐτῶν ἰσχύοντα καὶ ἰσχύουσαν, καὶ ἰσχὺν ἄρτου, καὶ τὰ ἐξῆς. Διὸ οὐδὲ δύνανται λέγειν τοῖς Χριστοῦ μαθηταῖς ὁμοίως· « Πάντα ἰσχύομεν ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντι ἡμᾶς Θεῷ· » καὶ, « Τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις ἢ στενοχωρία; » καὶ τὰ ἐξῆς. Οὕτω δὲ γέγονεν αὐτῶν ἡ ἰσχὺς ὡς καλάμη στυππείου, ὡς μὴ μόνον ἀπολέσαι τὴν ἐλευθερίαν, ἐν ᾗ πρότερον ἐκόμουν, αὐτονομίᾳ καὶ βασιλείᾳ οἰκείᾳ χρώμενοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς τυχοῦσι Ῥωμαίων στρατιώταις ἀνδράσι δουλεύειν. Καὶ αὐτῶν γὰρ αἱ ἐργασίαι πυρὶ αἵται, ἅτε οὐ χρυσὸν οὐδὲ ἀργυρον οὐδὲ λίθους τιμίους, ἐύλον δὲ μόνον καὶ καλάμην οἰκοδομούντων. Ὁρᾶς ὅπως πυρπολήσῃν καὶ ἐμπρησμὸν ἀπειλεῖ αὐτοῖς ὁ λόγος· καὶ τοῦτο τέλος τῆς παρουσίας κατ' αὐτῶν προφητείας· ὃ δὴ καὶ παραχρῆμα πρὸς λέξιν ἀπέβη, καὶ οὐκ εἰς μακρὰν μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πόλεμον πυρποληθείσης αὐτοῖς τῆς μητροπόλεως, τῶν τε ἐν αὐτῇ ἀσέβων ἐκ τῶν οἰκείων σπινθήρων τὸ ἀσέβητον πῦρ τὸ αἰώνιον, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ ὄργην ἐν ἡμέρᾳ ὄργης αὐτοῖς ταμειουσαμένων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β΄.

« Ὁ λόγος ὁ γεγόμενος παρὰ Κυρίου πρὸς Ἰσραὴλ υἱὸν Ἀμώς περὶ τῆς Ἰουδαίας καὶ περὶ Ἱερουσαλήμ· ὅτι ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ ὁ οἶκος τοῦ Θεοῦ ἐπ' ἄκρων τῶν ὄρεων, καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν, καὶ ἤξουσιν ἐπ' αὐτὸ πάντα τὰ ἔθνη καὶ πορεύσονται ἔθνη πολλὰ, καὶ ἔροῦσι· Δεῦτε, καὶ ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορεύσομεθα ἐν αὐτῇ. Ἐκ γὰρ Σιών ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. Καὶ κρινεῖ ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐξελέγξει λαὸν πολὺν αὐτός. » Αὐτὸς δὲ καὶ διεκρίνεν ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν, ἀφορίσας ἑαυτῷ τοὺς ἀξίους, καὶ ἐκλεξάμενος τοὺς κλητοὺς ἀπὸ τῶν μὴ τοιοῦτων. Οὕτως οὖν ἀνὰ μέσον τῶν ἐθνῶν διακρίνας ὁ εὐαγγελικὸς νόμος, λαὸν πολὺν ἤλεγξεν, ἦτοι τοὺς

¹⁰ Philipp. iv, 15. ¹¹ Rom. viii, 35.

sus, quem de scedis suis gestis perecepturi sunt, impudenti et inverecundo eorum proposito mutationem afferet.

VERS. 30. « Erunt enim sicut terebinthus defluentibus foliis, et sicut paradisi sine aqua : » qui olim erant vinea Domini Sabaoth, et oliva umbrosa. Si quis enim respexerit ad promissa quæ in divinis Scripturis penes illos habentur, ad legalium et propheticarum Scripturarum lectiones, ad librorum tam historicorum, quam metricorum concentum, modos et psalmodias, is vere paradisi, et pratium bonis omnibus repletum videat. Quod si quis apud illos animatum, fertile ac vivens Verbum quæsierit, ex quo quisquis biberit, habebit fontem aquæ vivæ, salientis in vitam æternam; nequiquam inveniat.

VERS. 31. « Et erit fortitudo illorum ut calamus stuppæ et opus eorum ut scintillæ: et comburentur iniqui et peccatores simul, et non erit qui extinguat. » Non frumenti, aut alterius cuiuspiam necessariæ rei, calamus, quia ablatus est ab illis robustus et robusta, robur panis, etc. Ideo dicere nequeunt perinde atque Christi discipuli: « Omnia possumus in eo, qui nos confortat Deo¹⁰; » et: « Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia¹¹? » et cætera. Ita porro fortitudo eorum ut calamus stuppæ facta est; ut non modò libertatem, qua prius proprio jure ac regno utentes florebant, amitterent, sed etiam quibusvis Romanis militibus servirent. Eorum quippe opera ignis causa fuerunt: quippe qui non aurum, non argentum, non lapides pretiosos, sed lignum tantum et calamum ædificarent. Viden' quomodo flammam et incendium comminetur ipsis? Et hic finis est præsentis contra illos prophetiæ, cujus eventus statim, neque ita multo post perpetratum contra Salvatorem nostrum facinus, ad litteram contigit, cum eorum metropolis incendio tradita est, et impii homines in ea commemorantes ex scintillis suis ignem inextinguibilem ac æternum, iramque Dei in die iræ sibi recondidissent.

CAPUT II.

VERS. 1-4. « Verbum quod factum est a Domino ad Hesaiam filium Amos circa Judæam et Jerusalem: quia erit in novissimis diebus conspicuus mons Domini et domus Dei supra verticem montium: et elevabitur super colles: et venient ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi et dicent: Venite, ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei Jacob: et annuntiabit nobis viam suam, et incedemus in ea. Nam ex Sion exhibit lex, et verbum Domini ex Jerusalem. Et judicabit inter gentes, et arguet populum multum ipse. » Ipse autem judicavit inter gentes, eos qui se digni erant sibi segregans, vocatosque a non vocatis seligens. Sic itaque lex evangelica, in medio gentium dijudicans, multum populum coarguit; sive iis, qui in se crediderunt de pristino errore suo convicti; sive

iis, qui non crediderunt, ut suapte culpa pereuntibus, confutatis.

« Et confringent gladios suos in aratra, et lanceas suas in falces: et non levabit gens contra gentem gladium, et non exercebuntur ultra ad prælium. » Non ultra bellicam artem ediscunt, in qua se prius a puero, quasi necessaria, per agros et urbes exercebant, vicinorum hostium formidine commoti. Imo etiam qui Dominum nostrum Jesum Christum susceperunt, omni præliandi studio exempti, in pace demum versantur; ita ut non ulterius ab adversariis potestatibus oppugnentur, neque dæmonibus in se olim imperium obtinentibus subditi sint. Quibus Servator ipse pacem procurans suam ait: « Pacem meam do vobis¹¹. »

VERS. 5. « Et nunc, domus Jacob, venite, ambulemus in lumine Domini. » Consequenter itaque propheta, postquam gentium vocationem, et effusam in omnes homines pacem recensuit, suum erga familiares suos affectum commonstrat: populum suum commonefaciens, ut Christi gratiam omnibus gentibus datam et lumen evangelicum suscipiat: seseque, ad concitandum instigandumque populum, iisdem adnumerat, auctorque est ut lucem Domini adeant. Lucem porro Domini vocat legem Novi Testamenti ex Sion prodeuntem, et salutare evangelicumque verbum.

VERS. 6. « Dimisit enim populum suum, domum Israel: quia repleta est ut a principio terra eorum vaticiniis, ut terra alienigenarum: et multi filii alienigenæ facti sunt eis. » Illic quasi Deo defensionem parans, causam affert cur eos dimiserit his verbis: « Quia repleta est, ut a principio, terra eorum vaticiniis, » et cætera: quibus declarat ipsum non sine causa eos dimis-
 C

VERS. 7-9. « Repleta est enim terra eorum argento et auro, et non erat numerus thesaurorum illorum: et repleta est terra equis, et innumerabiles currus ejus: et repleta est terra abominationibus operum manuum eorum, et adoraverunt ea quæ fecerunt digiti eorum: et incurvavit se homo, et humiliatus est vir. » Eorum, quorumnam, nisi alienigenarum habitatorum qui adoraverunt ea quæ fecerunt digiti eorum? Hæc porro omnia gentes significant alienigenas, quæ in Jerusalem et in Judæa habitaturæ erant. Quæ post Salvatoris nostri adventum, et post emissam lucem evangelicam, quæ illuminavit omnes gentes, completa sunt: quia prophetam non audierunt, se ita compellantem, « Venite, ambulemus in lumine Domini. »

VERS. 10-12. « Et non dimittam eos: et ingredimini in petras, et abscondimini in terra a facie timoris Domini et a gloria fortitudinis ejus: cum

¹¹ Joan. xiv, 27.

Α εις αὐτὸν πεπιστευκότας ἀπελέγξας τὴν ἐν αὐτοῖς προτέραν πλάνην, ἢ τοὺς μὴ εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας ἐλέγξας παρὰ τὴν αὐτῶν αἰτίαν ἀπολλυμένους.

« Καὶ συγκόψουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἀροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας αὐτῶν εἰς δρέπανα· καὶ οὐ μὴ ἄρη ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Οὐκέτι γὰρ διδάσκονται τὰ πολεμικὰ, & δὴ πρότερον ὡς ἀναγκαῖα ἐκ παίδων κατ' ἀγροὺς καὶ κατὰ πόλεις ἤσκούοντο διὰ τὸν ἀπὸ τῶν πλησιοχώρων πολεμίων φόβον· ἀλλὰ καὶ οἱ καταδεξάμενοι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, πάσης πολεμικῆς προαιρέσεως ἀπαλλαγέντες, ἐν εἰρήνῃ λοιπὸν διάγουσιν· ὡς μηκέτι ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων δυνάμεων πολεμεῖσθαι, μηδὲ ὑποχειρίου; εἶναι τῶν πάλαι κρατούντων αὐτῶν δαιμόνων. Οὐς καὶ ὁ Σωτὴρ αὐτοῦς τὴν ἐαυτοῦ προσηνῶν εἰρήνην φησὶ· « Εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.

« Καὶ νῦν, ὁ οἶκος τοῦ Ἰακώβ, δεῦτε, πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ Κυρίου. » Ἀκολουθῶν τὸν ὁ προφήτης, διεξελθὼν τῶν ἔθνων τὴν κλήσιν, καὶ τὴν χυθεῖσαν εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰρήνην, τὴν εἰς τοὺς οικεῖους ἐνδείκνυται φιλοστοργίαν, παρακαλῶν τὸν λαὸν αὐτοῦ, ὑποδέξασθαι τὴν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι δωρηθεῖσαν τοῦ Χριστοῦ χάριν, καὶ τὸ φῶς τὸ εὐαγγελικόν. Συγκαταλέγει δὲ ἐκείνοις καὶ ἑαυτὸν, εἰς προτροπὴν καὶ παρόρμωσιν τοῦ λαοῦ, παραινεντικῶς παρακαλῶν τοῦ φωτὸς Κυρίου μεταλαγχάνειν· φῶς Κυρίου ὀνομάζων τὸν ἐκ Σιών προελθόντα νόμον τῆς Καινῆς Διαθήκης, καὶ τὸν σωτήριον καὶ εὐαγγελικὸν λόγον.

« Ἀνῆκε γὰρ τὸν λαὸν αὐτοῦ, τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπλήσθη ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς ἡ χώρα αὐτῶν κληδονισμῶν, ὡς ἡ τῶν ἀλλοφύλων, καὶ τέκνα πολλὰ ἀλλόφυλα ἐγενήθη αὐτοῖς. » Διὰ τὴν δὲ αὐτὸν ἀνῆκεν, ὡς περ ἀπολογούμενος ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ, τὰς αἰτίας τίθησιν ἐξῆς ἐπιπέρων· « Ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ χώρα αὐτῶν ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς κληδονισμῶν, » καὶ τὰ ἐξῆς· δι' ὧν παρίστησιν, ὅτι μὴ ἀλόγως αὐτοὺς ἀνῆκεν.

« Ἐνεπλήσθη γὰρ ἡ χώρα αὐτῶν ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ, καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τῶν θησαυρῶν αὐτῶν· καὶ ἐνεπλήσθη ἡ γῆ ἵππων, καὶ οὐκ ἦν ἀριθμὸς τῶν ἀρμάτων αὐτῶν· καὶ ἐνεπλήσθη ἡ γῆ βδελυγμάτων τῶν ἔργων τῶν χειρῶν αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν οἱς ἐποίησαν οἱ δάκτυλοι αὐτῶν· καὶ ἐκύβηεν ἄνθρωπος, καὶ ἐταπεινώθη ἄνθρωπος. » Τίνων αὐτῶν, ἢ τῶν ἀλλοφύλων οικητόρων οἱ καὶ προσεκύνησαν οἱς ἐποίησαν οἱ δάκτυλοι αὐτῶν; Ταῦτα πάντα σημαντικὰ τυγχάνει ἀλλοφύλων ἔθνων, μελλόντων οικεῖν αὐτῆν τε τὴν Ἰερουσαλήμ καὶ τὴν Ἰουδαίαν χώραν. Ἡ δὲ ἐπληροῦτο μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίαν, καὶ μετὰ τὸν λόγον τὸν φωτίσαντα πάντα τὰ ἔθνη· ἐπειδὴ μὴ ὑπήκουσαν τοῦ κεκληκτότος αὐτοὺς προφήτου· « Δεῦτε καὶ πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ Κυρίου. »

« Καὶ οὐ μὴ ἀνῆσω αὐτοὺς, καὶ συνεισέλθετε εἰς τὰς πέτρας, καὶ κρύπτεσθε εἰς τὴν γῆν ἀπὸ προσώπου τοῦ φόβου Κυρίου, καὶ ἀπὸ τῆς ὀφθῆς τῆς ἰσχυῆς

VERS. 1, 2. « Audite hæc, domus Jacob, qui vocamini nomine Israel, et existis ex Juda, qui juratis in nomine Domini Dei Israel, qui recordamini, non cum veritate, neque cum justitia: qui ad hæretis nomini civitatis sanctæ, et super Deum Israel constabiliti estis: Dominus Sabaoth nomen illi. » Postquam ea quæ Babyloni, ac incolis regibusque ejus eventura sunt prænantia vit, Judaicum populum præmissis verbis coarguit dicens: Quod penes me justitia sit, hæc Chaldæis inferam, non quod tu auxilio dignus sis. Et hæc prædicere occupavi, antequam res eveniant, præscientia divina vaticinatus: ut postquam ad rem et terminum deducta fuerint ea, quæ contra Chaldæos prædicta fuerint, ne horum causam iis, quos deos arbitraris, ascribas.

VERS. 3-5. « Priora adhuc annuntiavi, et ex ore meo exierunt, et auditum factum est: repente feci, et venerunt. Scio quia durus es, et nervus ferreus collum tuum, et frons tua ænea. Et annuntiavi tibi vetera, antequam veniant in te. Auditum tibi feci, ne forte dicas, Sculpilia et conflilia mandaverunt mihi. » Ne forte rebus evenientibus, te ipse decipiens, putes eos errando deos arbitraris, hæc effecisse. Verum hæc præscientiæ meæ non latent, te ne ex his quidem verbis quidpiam utilitatis percepturum esse. Verumtamen clementia motus mea, etiam nunc testificor, ac annuntio tibi ea, quæ Babyloni et Chaldæis te oppugnaturis eventura sunt.

γάτηρ Βαβυλωνός. » Προσωποποιεῖται δὲ ἐν τούτοις τὴν βασιλείαν αὐτῶν, θυγατέρα Βαβυλωνός ὀνομάζων αὐτὴν· καλεῖ δὲ αὐτὴν καὶ παρθένον, διὰ τὸ ὠραϊζεσθαι καὶ καλλωπιζεσθαι παρθένου δίκην, βούλεσθαι τε φαίνεσθαι νέαν, καὶ κόρην εἶναι νομίζεσθαι. Εἰθ' ὡς ἐν ὕψει καθημένην, διαναστῆναι αὐτῇ προστάττει καὶ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ ἑαυτῆς θρόνου, καὶ καθεσθῆναι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἀποκρῦψαι ἑαυτῆς τὴν ἀσχημοσύνην, ἣν πείσεται ἐκ τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῆς

« Κάθισον εἰς τὴν γῆν, θυγατερ Χαλδαίων· λάβε μύλον, ἄλεσον ἄλευρον. Ἀποκάλυψαι τὸ κατακάλυμμα σου, ἀνακάλυψαι τὰς πολιὰς, ἀνάστρεψε τὰς κνήμας, διάβηθι ποταμούς. » Ἀποθεμένη, φησὶ, τὴν βασιλικὴν ἐκείνην τρυφὴν, θεραπευτικῆς τρόπον κακοπαθοῦσιν τοῖς καὶ μυλωθρίδος παρασκευάσαν σαυτοῦ δουλεύειν τοῖς ἑαυτῆς δεσπόταις. Μύλον δηλαδὴ αἰθούσα, ἐν αὐτῷ ἄλεσον, τὴν σκληρὰν ταύτην, καὶ ἐπίπονον θητείαν, τῆς πάλαι τρυφῆς ἀντικαταλαξάμενη...

« Παρωξύνθη ἐπὶ τῷ λαῷ μου, ἐμίανας τὴν κληρονομίαν μου. Ἐγὼ ἔδωκα αὐτοὺς εἰς τὴν χεῖρά σου· σὺ δὲ οὐκ ἔδωκας αὐτοῖς ἔλεος. » Ταῦτα γὰρ σοῦ ἦν τὰ μαθήματα, ἃ ἐμάνθανες ἐξ ἀρχῆς χρόνων, καὶ ἐκ νεότητός σου...

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΗ΄.

« Ἀκούσατε ταῦτα, οἶκος Ἰακώβ, οἱ κεκλημένοι ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰσραὴλ, καὶ ἐξ Ἰουδα ἐξεληθόντες, οἱ ὀμνύοντες τῷ ὀνόματι Κυρίου Θεοῦ Ἰσραὴλ, μνησκόμοι οὐ μετ' ἀληθείας, οὐδὲ μετὰ δικαιοσύνης· καὶ ἀνεχόμενοι τῷ ὀνόματι τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ ἐπὶ τῷ Θεῷ Ἰσραὴλ ἀντιστηριζόμενοι· Κύριος Σαβαὼθ ἦνομα αὐτῶν. » Τὰ ἐπελευσόμενα τῆς Βαβυλωνί, τοῖς τε οἰκητοῖσι καὶ τοῖς βασιλεῦσι αὐτῆς προαναφανήσας ὁ λόγος, τὸν τῶν Ἰουδαίων ἀπέλεγε· λαὸν δὲ τῶν προκειμένων φάσκων, ὅτι δικὰ τὸ παρ' ἐμοὶ δίκαιον ἐπάξω ταῦτα κατὰ τῶν Χαλδαίων· οὐ μὴν ὅτι σὺ βοθησίας ἦσθα ἄξιος. Καὶ ταῦτα προλαθὼν προεῖπον πρὶν γενέσθαι τὰ πράγματα, προγνώσει θεῆς ἰσχυρῆς· ἵν' ἐπειδὴν εἰς πέρας ἄχθῃ, καὶ δι' ἔργων χωρήσῃ τὰ κατὰ τῶν Χαλδαίων προηγορευμένα, μὴ οἷς νομίζεις θεοὺς τὴν αἰτίαν ἀναθεῖς.

« Τὰ πρότερα ἔτι ἀνήγγεila, καὶ ἐκ τοῦ στόματός μου ἐξῆλθε, καὶ ἀκουστὸν ἐγένετο· ἐξάπινα ἐποίησα, καὶ ἐπῆλθε. Γινώσκω, ὅτι σκληρὸς εἶ, καὶ νεῦρον σιδηροῦν ὁ τράχηλός σου, καὶ τὸ μέτωπόν σου χαλκοῦν. Καὶ ἀνήγγεila σοὶ παλαιὰ, πρὶν ἔλθειν ἐπὶ σέ· ἀκουστὸν σοὶ ἐποίησα, μήποτε εἴπης, ὅτι Τὰ γλυπτὰ καὶ τὰ χωνευτὰ ἐνετείλατό μοι. » Μήποτε τῶν πραγμάτων ἐπελθόντων, ἀπατῶν σαυτὸν, τοὺς πεπλανημένους νομίζομένους σοὶ θεοὺς πεποιημένους αὐτὰ νομίσεις. Πλὴν καὶ τοῦτο τὴν ἐμὴν οὐ λανθάνει πρόγνωσιν, τὸ μὴδ' ἐκ τούτων ὠφελήθησθαι τῶν λόγων. Ὅμως δ' οὖν ἐπὶ μὲν τῇ ἑαυτοῦ φιλανθρωπίᾳ, ἔτι καὶ νῦν μαρτύρομαι, καὶ διαστέλλομαι σε τὰ συμβησόμενα τῇ Βαβυλωνί καὶ τοῖς Χαλδαίοις τοῖς μέλλουσι σε καταπολεμεῖν.

« Ἦκουσατε πάντα, καὶ ὑμεῖς οὐκ ἔγνωτε. Ἄλλ' ἀκούσατέ μοι ἐποίησα τὰ καινὰ ἀπὸ τοῦ νῦν, & μέλλει γίνεσθαι· καὶ οὐκ εἶπας, Νῦν γίνεται, καὶ οὐ πάλα, καὶ οὐ προτέρας ἡμέρας ἤκουσας αὐτά. Μὴ εἶπης, Ναὶ γινώσκω αὐτά. Οὐτ' ἔγνωσ, οὐτ' ἠπίστω, ὅτε ἀπ' ἀρχῆς ἠνοιξά σοι τὰ ὤτα· ἔγνω γάρ, ὅτι ἀθετῶν ἀθετήσεις, καὶ ἄνομος ἔτι ἐκ κοιλίας κληθήσῃ. » Μὴ γάρ σουτὸν ἀπάτα· μὴ λέγῃς, ὅτι καὶ πρὸ τῆς ἐμῆς προφητείας ἐγίνωσκας αὐτά· πόθεν γάρ σοι παρῆν ταῦτα γινώσκειν; Πλὴν οὐδὲν σε ἐκ τούτων ὠφελήθησεσθαι τῶν λόγων πέπεισμαι.

« Ἐνεκεν τοῦ ἐμοῦ ὀνόματος δείξω σοι τὸν θυμὸν μου, καὶ τὰ ἐνδοξά μου ἐπέξω ἐπὶ σέ, ἵνα μὴ ἐξολοθρεύσω σε. » Ὅμως γοῦν οὐ διὰ σέ, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐμαυτοῦ φιλανθρωπίαν ἐντεῦθεν ἦδη καὶ προείπον καὶ ἐπέδειξά σοι τὰ μέλλοντα, καὶ τὸν κατὰ τῶν πολεμίων μέλλοντα ἐπιέναι ἔλεθρον, σπουδάζων διὰ πάσης προφάσεως σωθῆναι σε.

« Ἰδοὺ πέπρακά σε οὐχ ἔνεκεν ἀργυρίου· ἐξειλάμην δέ σε ἐκ καμίνου πτωχείας· ἔνεκεν ἐμοῦ ποιήσω σοι, ὅτι τὸ ἐμὸν ὄνομα βεβηλοῦται, καὶ τὴν δόξαν μου ἐτέρῳ οὐ δώσω. » Οὐχ ἔνεκεν ἀργυρίου ἐπίπρασκόν σε· ἐπ' ὠφελεία δὲ τῇ σῆ καὶ ταῦτα ἔπραττον, ὡς ἂν τούτον σωφρονισθεῖ τὸν τρόπον· ὅτι μὴ τὴν διὰ λόγων καὶ παραινήσεων ὑπεδέξω παιδείαν. Τοῖς δὲ πολεμίοις οὐχ ἔνεκεν ἀργυρίου ἐπίπρασκόν σε, ἀλλὰ τῶν σῶν ἀμαρτημάτων καὶ ἀσεπημάτων χάριν· τῆς γὰρ ἀμαρτίας ὑμῶν ἐπράθητε. Καὶ ὅμως οὐδ' εὐτως ἐάσω ὑμᾶς τοῖς ἐχθροῖς δουλεύειν· ἀλλὰ πάλιν λυτρώσομαι, καὶ ὡσπερ ἀπὸ καμίνου πτωχείας ἐκ τῆς ὑπὸ τοῖς Βαβυλωνίοις κκώσεως αὔθις ἐλευθερώσω.

« Ἄκουέ μου, Ἰακώβ, καὶ Ἰσραὴλ ὃν ἐγὼ καλῶ. Ἐγὼ εἰμι πρῶτος, καὶ ἐγὼ εἰμι εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἡ χεὶρ μου ἐθεμελίωσε τὴν γῆν, καὶ ἡ δεξιὰ μου ἐστερέωσε τὸν οὐρανόν· καλέσω αὐτοὺς, καὶ στήσονται ἔμα. » Ἐν τούτοις τοὺς κατορθούοντας ἀνακαλεῖται, διὰ τῶν ἐμπροσθεν ἐτέρους τοὺς παρ' αὐτοῖς διαβεβημένους ὀνομάσας· ἀλλ' ἐνταῦθα τοῖς κρείττοσι διαλέγεται, οὗς « κλητοὺς » ὀνομάζει. Ἦσαν γὰρ ἐξ ἐκείνου πολλοὶ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί· πλὴν οἱ δηλούμενοι, οὐκ ἦσαν ἐκλεκτοί, ἀλλὰ κλητοί.

« Καὶ συναχθήσονται πάντες, καὶ ἀκούσονται. Τίς αὐτοῖς ἀνήγγειλε ταῦτα; » Ὡς γὰρ δεσπότην προσάττοντι ὑπακούουσιν αἱ προλεχθεῖσαι δυνάμεις· ἀλλὰ καὶ συναχθεῖσαι ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἑστᾶσιν ἀκουσόμεναι τῶν αὐτοῦ λόγων. Τοῦτ' οἱ ἐδήλου καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς βίβλου φάσκων ὁ λόγος, « Ἄκουε, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, ἡ γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησεν. »

« Ἀγαπῶν σε ἐποίησα τὸ θέλημά σου ἐπὶ Βαβυλῶνα, τοῦ ἄρα· σπέρμα Χαλδαίων. Ἐγὼ ἐλάλησα, ἐγὼ ἐκάλεσα. Ἦγαγον αὐτὸν, καὶ εὐώδωσα τὴν ὁδὸν αὐτοῦ. Προσαγάγετε πρὸς με, καὶ ἀκούσατε ταῦτα· οὐκ ἀπ' ἀρχῆς ἐν κρυφῇ κέκάληκα· ἠνίκα ἐγένετο, καὶ ἐκείνη ἡμῶν. Καὶ νῦν Κύριος Κύριος ἀπέστρεψέ με,

VERS. 6-8. « Audistis omnia, et vos non cognovistis. Sed audita tibi feci nova ab hoc tempore, quæ futura sunt. Et non dixisti, Nunc fiunt, et non olim, et non in pristinis diebus audisti ea. Ne dicas, Etiam cognosco ea. Neque novisti, neque scivisti, quando a principio aperui tibi aures: novi enim quod prævaricans prævaricaberis, et iniquus adhuc ab utero vocaberis. » Ne teipsum decipias: ne dicas te etiam ante prophetiam meam hæc scivisse: nam unde tibi hæc notitia? Cæterum persuasum habeo te ex hisce verbis utilitatis nihil accepturum.

VERS. 9. « Propter nomen meum ostendam tibi iram meam, et gloriosa mea inducam super te, ut non destruas te. » Attamen non propter te, sed ob clementiam meam jam hinc prædixi et ostendi tibi futura, atque perniciem inimicis tuis obventuram: omni modo occasioneque utens ad salutem tuam.

VERS. 10, 11. « Ecce vendidi te, non propter argentum: erui autem te de fornace mendicitatis: propter me faciam tibi, quia nomen meum profanatum est, et gloriam meam alteri non dabo. » Non ob argentum vendidi te, sed ad utilitatem tuam id feci, ut hoc modo ad sanam mentem reducaris: quoniam verbis et monitis allatam institutionem non admisisti. Inimicis autem non argenti gratia vendidi te; sed peccatorum et impietatum tuarum causa: nam peccatis vestris venditi estis. Attamen ne ita quidem vos inimicis servire permittam; sed iterum redimam, et, ceu ex fornace mendicitatis, ex illa calamitate Babylonica iterum eripiam.

VERS. 12, 13. « Audi me, Jacob, et Israel quem ego voco. Ego sum primus, et ego sum in sæculum, et manus mea fundavit terram, et dextera mea firmavit cælum: vocabo eos, et stabunt simul. » In his eos evocat, qui bene se gerunt, postquam in præcedentibus alios, qui apud ipsos male audiebant, evocaverat. Verum hic præstantioribus loquitur, quos « vocatos » appellat. Nam tunc quoque erant multi vocati, pauci electi: memorati porro homines non electi, sed tantum vocati erant.

VERS. 14. « Et congregabuntur omnes, et audient. Quis ipsis hæc annuntiavit? » Nam prædictæ virtutes ut jubenti Domino parent; quia etiam in unum congregatæ, stant ut ejus sermonem audiant. Id sane initio declarabat his verbis, « Audi, cælum, et auribus percipe, terra, quia Dominus locutus est. »

VERS. 15-20. « Diligens te feci voluntatem tuam super Babylonem, ut auferrem semen Chaldaeorum. Ego locutus sum, et ego vocavi. Adduxi eum, et prosperam feci viam ejus. Adducte ad me, et audite hæc, Non ab initio in abscondito locutus sum: cum fierent, ibi eram. Et nunc Dominus Dominus

⁹⁹ Isa. 1, 1.

avertit me, et Spiritus ejus. Sic dicit Dominus, qui A
 cruit te, Sanctus Israel : Ego sum Deus tuus, ostendi tibi, ut invenires viam in qua ambulares. Et si audisses mandata mea, fuisset quasi fluvius pax tua, et justitia tua ut fluctus maris : et fuisset quasi arena semen tuum, et fructus ventris tui sicut pulvis terræ : neque nunc exterminaberis, neque peribit nomen tuum in conspectu meo. Egrederere ex Babylone, fugiens a Chaldæis. Vocem jucunditatis annuntiate usque ad extremum terræ : dicite, Liberavit Dominus servum suum Jacob. » Quamobrem, cum jam hinc pollicear me non exterminaturum te, neque nomen tuum deleturum esse, dixi tibi, ut exires de Babylone, dimissus ac liber ab inimicorum metu. Accepta autem ad propria revertendi potestate, ne supine et oscitanter viam capesses, sed cum omni diligentia. Nam occurret tibi vox lætitiæ, quam vel jam hinc audias : quin etiam omnes qui sermones meos audierint, de salute tua una gaudebunt. Et hæc quidem secundum historiam, non reditus ex captivitate Babylonica tempore gesta sunt, cum ii, qui a Cyro et Dario Persarum regibus libertate donati fuerant, revertentur. Ac secundum intelligendi rationem, cum in historia ad litteram reperiri nequeat petra illa aquas emittens in reditu populi, dicemus in iis qui a spirituali captivitate in perpetuum liberati sunt, de quibus Christus dicebat, « Evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis dimissionem⁸³, » veram deprehendi promissionem. His quippe ipsis C
 apostolicus ex vera petra potus instillatur : « Petra autem erat Christus⁸⁴, » secundum Apostolum.

VERS. 21. « Quod si sitierint, per desertum du-
 cet eos : aquam ex petra educet illis. Scindetur petra, et fluet aqua, et bibit populus meus. Non est gaudium impiis, dicit Dominus. » Etenim pie agentibus omnis a Deo adest voluptas, gaudium et lætitia, necnon alia omnia, quæ in promissis habentur, impiis vero nulla promissorum ratio habetur.

CAPUT XLIX.

VERS. 1. « Audite me, insulæ, et attendite, gentes. » Aperte significat se non Judæos in præsentì compellere, neque ad quasvis obvias insulas verba facere, sed ad gentes et ad Dei Ecclesias in medio gentium positas. Quapropter secundum Symmachum, sic legitur : « Audite me, insulæ, et auscultate, gentes. » Quid igitur Ecclesiæ suæ declarare expetat, ita subdit : « Per multum tempus stabit Dominus. » Ac primo observandum est, hæc et quæ postea subsequuntur, ex persona Domini proferri. Ubi ipse Dominus, qui sermonem exorsus est, quæ adjiciuntur quasi de alio dicta declarat : imo etiam sese genitum esse fatetur, et servum nuncupat, et multa alia in sequentibus aperit. Ne jam, inquit, dum hæc eloquor, verborum effectum vos visuros

και τὸ Πνεῦμα αὐτοῦ. Οὕτω λέγει Κύριος, ὁ ρυσά-
 μένος σε, Ἅγιος Ἰσραὴλ· Ἐγὼ εἰμι ὁ Θεός σου, δέδειχά σοι τὸ εὐρεῖν σε τὴν ὁδὸν ἐν ἣ πορεύσῃ ἐν αὐτῇ. Καὶ εἰ ἤκουσας τῶν ἐντολῶν μου, ἐγένετο ἂν ὡσεὶ ποταμὸς ἡ εἰρήνη σου, καὶ ἡ δικαιοσύνη σου ὡς κῶμα θαλάσσης· καὶ ἐγένετο ἂν ὡσεὶ ἡ ἀμμος τὸ σπέρμα σου, καὶ τὰ ἔγγονα τῆς κοιλίας σου ὡς ὁ χοῦς τῆς γῆς. Οὐδὲ νῦν οὐ μὴ ἐξολοθρευθῆς, οὐδ' ἀπολείπεται τὸ θνομά σου ἐνώπιον ἐμοῦ. Ἐξελθε ἐκ Βαβυλῶνος, φεύγων ἀπὸ τῶν Χαλδαίων. Φωνὴν εὐφροσύνης ἀναγγεῖλατε ἕως ἑσχάτου τῆς γῆς· λέγετε, Ἐρρύσατο Κύριος τὸν δούλον αὐτοῦ Ἰακώβ. » Διὰ περ ἐντεῦθεν ἤδη ἐπαγγελλόμενος μὴ ἐξολοθρευθῆσαι σε, μηδ' ἐξαλεῖψαι τὸ θνομά σου, εἰπά σοι ἐξέναι B
 ἀπὸ Βαβυλῶνος, ἄφետον καὶ ἐλεύθερον τοῦ τῶν πολεμίων φόβου γενόμενον. Λαβῶν δὲ τὴν ἐξουσίαν τῆς εἰς τὰ οἰκεία ἐπανόδου, μὴ ὑπτίως μηδὲ νοηλῶς ποιῶ τὴν πορείαν, σὺν ἀπάσῃ δὲ σπουδῇ. Ἀπαντή-
 σει γάρ σοι φωνὴ εὐφροσύνης, ἐντεῦθεν ἤδη ἀκουσμένης· ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ τῶν ἐμῶν λόγων ἀκούοντες συγχαρήσονται σοι τῇ σωτηρίᾳ. Καὶ ταῦτα δὲ πρὸς μὲν Ἰσραὴλ οὐκ ἐπληροῦτο κατὰ τὸν χρόνον τῆς ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπανόδου, τῶν ἡλευθερωμένων ὑπὸ Κύρου καὶ Δαρείου τῶν βασιλευσάντων ἐν Πέρσαις· καὶ πρὸς δὲ διάνοιαν, ἐπεὶ μὴ ἔστι πρὸς λέξιν εὐρεῖν ἐν τῇ ἱστορίᾳ πέτραν ὑδάτων ρέουσαν κατὰ τὴν ἐπάνοδον τοῦ λαοῦ, φήσομεν γοῦν τοῖς τῆς αἰχμαλωσίας ἀεὶ ἡλευθερωμένοις, περὶ ὧν ὁ Χριστὸς ἔλεγεν, « Εὐαγγελισασθαὶ πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, κηρῦξαι αἰχμαλωτοῖς ἄφρασι, » ἐπαληθεῖν τὴν ἐπαγγελίαν. Τούτοις γὰρ αὐτοῖς τὸ ἀποστολικὸν πόμα τὸ ἐκ τῆς ἀληθινῆς πέτρας ἐξομβρεῖ· « Ἡ πέτρα δὲ ἦν ὁ Χριστὸς, » κατὰ τὸν Ἀπόστολον.

« Καὶ ἐὰν διψῆσωσι, δι' ἐρήμου ἄξει αὐτούς· ὕδωρ ἐκ πέτρας ἐξέλξει αὐτοῖς. Σχισθήσεται πέτρα, καὶ ρυήσεται ὕδωρ, καὶ πίεται ὁ λαός μου. Οὐκ ἔστι χαίρειν, λέγει Κύριος, τοῖς ἀσεβέτιν. » Εὐσεβοῦσι γὰρ πᾶσα πάραστιν ἡ παρὰ τοῦ Θεοῦ τρυφή καὶ εὐφροσύνη, καὶ ὅσα ἐπήγγελλται ἀγαθὰ ἄλλα· τοῖς δὲ ἀσεβέσιν οὐδεὶς λόγος πρὸς τὰ ἐπηγγελμένα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΘ'.

« Ἀκούσατέ μου, νῆσοι, καὶ προσέχετε, ἔθνη. » Μονονουχὶ σαφῶς διαστελλόμενος, δτι, μὴ πρὸς Ἰουδαίους τὰ παρόντα συντείνει, μηδ' ὡς ἔτυχε πρὸς τινὰς προχείρους νοουμένας νήσους, ἀλλὰ πρὸς τὰ ἔθνη καὶ τὰς μεταξὺ τῶν ἐθνῶν μεσολαβουμένας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Ὅθεν καὶ κατὰ τὸν Σύμμαχον τοῦτον εἴρηται τὸν τρόπον, « Ἀκούσατέ μου, νῆσοι, καὶ ἀκρόασασθε, ἔθνη. » Τί τοίνυν βούλεται διδάξαι τὴν Ἐκκλησίαν αὐτοῦ, ἐπιλέγει, « Διὰ χρόνου πολλοῦ στήσεται Κύριος. » Καὶ πρῶτον ἐπιτηρητέον, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Κυρίου ταῦτα φέρεται καὶ τὰ ἐξῆς τούτοις ἐπιφερόμενα· ἐν οἷς αὐτὸς ὁ τοῦ λόγου κατάρξας Κύριος ὡς περὶ ἐτέρου διδάσκει πᾶ ἐπιλεγόμενα· ἀλλὰ καὶ γεγενῆσθαι ἑαυτὸν ὁμολογεῖ, καὶ δούλον ἑαυτὸν ὀνομάζει, καὶ ὅσα ἄλλα παρίστησι εἰπῆ

⁸³ Luc. 17, 18. ⁸⁴ 1 Cor. x, 4.

τῶν ἐξῆς ἐπιφερομένων. Μὴ νῦν, φησὶν, ὅτε ταῦτα διεξέρχομαι, προσδοκῆσθε τῶν λόγων ὑπεσθαι τὰ ἀποτελέσματα· μακρὸς γὰρ ἔσται μεταξύ χρόνος ἐν ᾧ δι' ἔργων συστήσεται τὰ προφητευόμενα. Ἐκ κοιλίας μητρὸς μου ἐκάλεσε τὸ ὄνομά μου. Τοῦτο γὰρ παιδεύθητε, ὡς ἔθνη, καὶ ὑμεῖς, αἱ νῆσοι. Ποῖον δὲ τοῦτο, ἢ ὅτι Κύριος ὁ πάντων δεσπότης, καὶ πρὶν εἰς ἀνθρώπους ἐμὲ τὸν Κύριον εἰσελθεῖν, ἔτι κυόμενον, καὶ κατὰ γαστρὸς ἀνεκαλέσατο, αὐτὸς δὲ μοι καὶ ὄνομα ἔδωκ' ἵνα εἶπα· Ὅτι μὲν ὡς αὐτῷ μόνῳ γνώριμὸν ἔστι· κατὰ καιρὸν δὲ καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, λέγω

A esse sperate: nam diuturnum intercedet tempus, antequam ea quæ in prophetia enuntiantur, eveniant. « Ex utero matris meæ vocavit nomen meum. » Id ediscite, gentes, et vos, insulæ. Quidnam illud, nisi quod Dominus omnium dominator, vel antequam ego Dominus ad homines accederem, et dum in utero gestarer, me vocaverit, mihi que nomen indiderit? Quia quemadmodum ipsi soli jam notum illud est; sic et vobis ipsis, omnibus nempe gentibus, suo tempore manifestum erit.

πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, φανερὸν γενήσεται.

Ἐ καὶ ἔθηκε τὸ στόμα μου ὡς μάχαιραν ὀξεῖαν. Ἄλλὰ καὶ ἔθηκεν ὁ αὐτὸς Θεὸς καὶ Πατὴρ τὸ ἐμὸν τοῦ ταῦτα λέγοντος Κυρίου στόμα, ὡς μάχαιραν ὀξεῖαν, τμητικὴν οὖσαν, εἰς τὸ διαίρειν καὶ ἀφορίζειν τοὺς ἀξίους τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῶν μὴ τοιούτων· ὁ δὲ καὶ ἐν Ἐβραγγελίοις ὁ αὐτὸς ἐμαρτυρεῖ λέγων, « Μὴ νομίσθε, ὅτι ἦλθον βαλεῖν εἰρήνην ἐπὶ τῆς γῆς, » καὶ τὰ ἐξῆς. « Καὶ ὑπὸ τὴν σκέπην τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἔκρυψέ με· ἔθηκε με ὡς βέλος ἐκλεκτὸν, καὶ ἐν τῇ φαρέτρᾳ αὐτοῦ ἔκρυψέ με. » Τὴν κρύφιον καὶ τοῖς πολλοῖς λαυθάνουσαν οἰκονομίαν τῆς ἐνσάρχου παρουσίας αὐτοῦ ὡδὲ πη ἀνιπτόμενος. Ὡς περ δὲ μάχαιραν ὀξεῖαν τὴν γλώσσαν αὐτοῦ ὠνόμασεν, οὕτω καὶ βέλος ἐκλεκτὸν φησὶ θεθεῖσθαι ἑαυτὸν ὑπὸ τοῦ Πατρὸς· ἵν' ὅτε βούλοιο, τιτρώσκῃ τοὺς ἀξίους τῶν αὐτοῦ κέντρων· ὅποια ἦν ἡ ψυχὴ ἡ λέγουσα, « Ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ. » Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο τὸ βέλος ὡς ἐν φαρέτρᾳ καὶ θήκῃ βελῶν ἀπέκρυψεν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ· ἵνα μὴ πάντες αὐτὸ θεωρῶσι, μηδὲ νομιῶσιν, εἰ μὴ μόνοι οἱ ἀξιοί. Καταλλήλως δὲ ἐπὶ τῇ τοῦ βέλους ἐπιγορίᾳ τῷ τῆς φαρέτρας ὀνόματι κέχρηται. Φαρέτραν δὲ καὶ βελοθήκην οὐκ ἂν ἀμάρτους εἰπὼν τὸ σαρκίον ὃ ἀνέληφεν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος ἐπιδημῶν ἀνθρώποις. Τοιοῦτον δὲ κατεσκευασμένον τὸν ταῦτα λέγοντα Κύριον ὁ ἐμὸς Θεὸς καὶ Πατὴρ εἶπέ μοι·

B VERS. 2. « Et posuit os meum ut gladium acutum. » Sed etiam idem Deus et Pater, mei ista loquentis Dominus os posuit ut gladium acutum, ac tenui ad scissionem acie, ad separandos et sequestrandos eos, qui Deo digni sunt, ab iis, qui non pari modo se habent. Quod etiam ipse in Evangeliiis testificabatur dicens: « Nolite putare, quoniam venerin pacem mittere super terram », et cætera. « Et sub tegumento manus suæ abscondit me: posuit me quasi sagittam electam, et in pharetra sua abscondit me. » Occultam ac multis hominibus latentem æconomiam sui in carne adventus his subindicat. Sicut autem linguam suam gladium acutum vocavit, ita et se a Patre sagittam electam positum fuisse testatur; ut quoties velle, feriret eos, qui hujusmodi spiculo digni essent: qualis erat anima illa, quæ dicebat, « Quia vulnerata amore ego ». Cæterum hanc sagittam, quasi in pharetra et sagittarum theca Deus Pater reposuit; ne illam omnes viderent ac æstimare possent, dignis tantum exceptis. Consentaneæ autem ad sagittæ vocabulum, pharetræ nomine usus est. Pharetram vero et sagittarum thecam neutiquam aberres, si dicas esse carnem, quam Dei Verbum apud homines peregrinans assumpsit. His modis instructo mihi, qui hæc loquor, Domino, Deus et Pater dixit:

Ἐ Δούλος μου εἶ σύ, Ἰσραὴλ, καὶ ἐν σοὶ δοξασθήσομαι. Ἐπειδὴ γὰρ προήλθες ἐκ κοιλίας μητρὸς, καὶ γένεσιν ὑπέμεινας τὴν ἐκ σπέρματος Ἰσραὴλ, οὐκ ἐν ἐτέρῳ γένει, οὐδὲ ἐν ἀλλοφύλοις ἔθνεσι τὴν ἐνανθρώπησιν ἐποίησας· ἀλλ' ἐν τῷ Ἰσραὴλ ἐκ σπέρματος Δαυὶδ κατὰ σάρκα, καὶ ἐκ φυλῆς Ἰούδα γενόμενος, εἰκότως καὶ αὐτὸς Ἰσραὴλ χρηματίσας ἂν καὶ δούλος, διὰ τὸ μορφήν δούλου ἀνέληφέναι, καίτοι μονογενὴ ὄντα Θεόν· ἀλλὰ γὰρ ὁμοίως τοῖς ἐμπροσθεν καὶ ἐνταῦθα τὸ μὲν τοῦ υἱοῦ ὄνομα ἀποκρύπτει, δούλον δὲ ὀνομάζει, τὴν τοῦ υἱοῦ προσηγορίαν τῇ αὐτοῦ παρουσίᾳ καὶ τῇ δι' αὐτοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνακαλυφθείσῃ χάριτι ταμειούμενος. Ἐἴθ' ὅπερ οὐδεὶς τῶν πάνποτε δούλων ὑπέβρε, τοῦτο διὰ σοῦ, φησὶ, γενήσεται· ἐν σοὶ γὰρ δοξασθήσομαι. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ· ἐγὼ δὲ ὁ ταῦτα λέγων Κύριος, τούτων ἀκούσας τῶν λόγων, ἀπεκρινάμην καὶ εἶπον· Καὶ πῶς δοξασθήσῃ ἐν ἐμοί, ὡς Πάτερ! ὅποτε πολλὰ

D VERS. 3. « Servus meus es tu, Israel, et in te gloriabor. » Quia enim ex utero matris prodiisti, et ortum ex semine Israel tulisti; non alio in genere, neque in alienigenis gentibus, incarnationem edidisti; sed in Israel ex semine David, et ex tribu Juda secundum carnem ortus, jure et ipse quoque Israel vocaris, et servus, quia servi formam accepisti, etsi unigenitus sis Deus. At hic, ut in præcedentibus, filii quidem nomen tacet, servumque vocat, filii nomen adventui suo et gratiæ per ipsum hominibus omnibus revelatæ, reservans. Deinde, quod nemini unquam servorum concessum est, id per te, inquit, peragetur: nam in te gloriabor. Hæc quidem Deus et Pater. Ego vero, qui hæc dico, Dominus, his auditis verbis, ita respondi: Et quomodo in me gloriaberis, o Pater! cum multis laboribus doloribusque pro salute hominum profunctus, nihil perfecim? multi namque ex illis in In-

⁸⁸ Matth. x, 34. ⁸⁹ Cant. ii, 5.

credulitate manserunt; atque in primis Judæi: A quare dico:

γὰρ αὐτῶν ἐναπέμειναν τῇ ἀπιστίᾳ· καὶ πρῶτόν γε τὸ Ἰουδαίων ἔθνος διὸ φημι·

VERS. 4-5. « Sine causa laboravi, in vanum et in nihilum dedi fortitudinem meam. Propterea iudicium meum a Domino, et labor meus in conspectu Dei mei. Et nunc sic dicit Dominus, qui formavit me ex utero servum sibi, ut congregarem Jacob ad eum, et Israel; congregabor et glorificabor in conspectu Domini, et Deus meus erit mihi fortitudo. » Etiam si enim homines non recte agant, nec ex laboribus meis, quos ipsorum causa perpeusus sum, dignam utilitatem accipiant; at ego iis, quæ penes me erant, perfunctus, in conspectu Dei mei paternam explevi voluntatem: quamobrem iis, qui ex circumcisione sunt, primum salutarem et paternam gratiam prædicavi. Nam qui formavit me ab utero servum sibi, et ex Israele corpus meum concinnavit, is voluit ut ipsis prioribus gratiam meam prædicarem, ut Jacob et Israel ad eum congregarem. Jure itaque hæc monita tradit: « In viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne intraveritis: ite potius ad oves, quæ perierunt, domus Israel⁹⁷. » Patri ergo placuit, ut ad congregandum Jacob et Israel, ad homines transitum facerem, unde ait, « In te gloriabor. » Ego vero incredulitatem et duritiam Israelis conspicatus, jam pridem dixi: « Sine causa laboravi: in vanum et in nihilum dedi fortitudinem meam. » In aliis quoque idipsum declarat his verbis: « Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem⁹⁸? » Sola quippe mihi ea, quæ ab ipso est, gloria servatur, et ipse quidem est fortitudo. Admiranda enim et stupenda ejus opera, virtutis ejus argumentum erant.

VERS. 6. « Et dixit mihi, Magnum est tibi ut voceris puer meus, ut statuas tribus Jacob, et dispersionem Israel convertas. » Nam revera maximum erat Salvatoris nostri opus, quod formam servi acceperit, et humanam generationem subierit. Causa porro cur Salvator servus effectus sit, hæc erat, uti scilicet tribus Jacob statueret, et dispersiones Israelis converteret. Ideo ipsis primum prædicabat, qui animis captivi erant, dimissionem, et cæcis visus restitutionem. Quoniam illi gratiam non susceperunt, consequenter dicitur postea: « Ecce posui te in testamentum generis, in lucem gentium; ut sis in salutem usque ad extremum terræ. »

VERS. 7,8. « Sic dicit Dominus, qui eruit te, Deus Israel. » Ipse namque, qui olim Israel eruit de manu Ægyptiorum, vobis quoque gentibus hæc annuntiat, et præcipit dicens, « Sanctificate eum, qui despicit animam suam; » quanto enim magis ille sese humiliavit usque ad inortem, et inor-

καμῶν, καὶ μυρίους κόπους ὀπομείνας ὑπὲρ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, οὐδὲν ἤνυσα· οἱ πλείους τῶν Ἰουδαίων ἔθνος διὸ φημι·

« Κενῶς ἐκοπίασα, εἰς μάταιον καὶ εἰς οὐδὲν ἔδωκα τὴν ἰσχύον μου. Διὰ τοῦτο ἡ κρίσις μου παρὰ Κυρίου, καὶ ὁ πόνος μου ἐναντίον τοῦ Θεοῦ μου. Καὶ νῦν οὕτως λέγει Κύριος, ὁ πλάσας με ἐκ κοιλίας δοῦλον αὐτοῦ, τοῦ συναγαγεῖν τὸν Ἰακώβ πρὸς αὐτόν, καὶ Ἰσραὴλ συναχθῆσθαι καὶ δοξασθῆσθαι ἐναντίον Κυρίου, καὶ ὁ Θεός μου ἔσται μοι ἰσχύς. » Εἰ γὰρ καὶ μὴ ἀνθρώποι κατορθῶσι, μηδ' ἀξίως τῶν ἐμῶν πόνων, ὧν ὑπέμεινα δι' αὐτοὺς, ὠφελούνται· ἀλλ' ἐγώ, τὰ παρ' ἐμαυτοῦ πράξας, ἐναντίον τοῦ Θεοῦ μου τὸ πατρικὸν ἐτελείωσα βούλημα· διὸ πρῶτοις αὐτοῖς ἐκήρυξα τοῖς ἐκ περιτομῆς τὴν σωτηρίαν καὶ πατρικὴν χάριν. Ὁ γὰρ πλάσας με ἐκ κοιλίας δοῦλον αὐτοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Ἰσραὴλ τὸ σῶμά μου κατασκευάσας, πρῶτοις αὐτοῖς κηρύξαι βεβούληται τὴν ἐμαυτοῦ χάριν, εἰς τὸ συναγαγεῖν τὸν Ἰακώβ πρὸς αὐτόν, καὶ τὸν Ἰσραὴλ. Εἰκότως οὖν παραινέει λέγων, « Εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθῃτε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰσελθῃτε· πορεύεσθε δὲ μᾶλλον εἰς τὰ προβάτα τὰ ἀπωλωλότα οἴκου Ἰσραὴλ. » Ὁ μὲν οὖν Πατὴρ εἰς τὸ συναγαγεῖν τὸν Ἰακώβ καὶ τὸν Ἰσραὴλ, ἠδύοχησε τὴν εἰς ἀνθρώπους πάροδόν με ποιήσασθαι, εἰπὼν, « Ἐν σοὶ δοξασθήσομαι. » ἐγὼ δὲ τὴν ἀπιστίαν καὶ τὴν σκληροκαρδίαν θεωρῶν τοῦ Ἰσραὴλ, εἶπον ἤδη πρότερον, ὅτι, « Κενῶς ἐκοπίασα· εἰς μάτην καὶ εἰς οὐδὲν ἔδωκα τὴν ἰσχύον μου. » Καὶ ἐν ἐτέροις τοῦτο αὐτὸ δηλοῖ εἰπὼν, « Τίς ὠφέλεια ἐν τῷ αἵματί μου, ἐν τῷ καταβαίνειν με εἰς διαφθοράν; » Μόνη γὰρ ἡ παρ' αὐτοῦ μοι δόξα πεφυλάκται, καὶ αὐτὸς μὲν ἔστιν ἡ ἰσχύς. Τὰ γούν θαυμάσια καὶ τὰ παράδοξα ἔργα διεμπειπραγμένα τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἦν παραστατικά.

« Καὶ εἶπέ μοι, Μέγα σοὶ ἔστι τοῦ κληθῆναι σε πατὴρά μου, τοῦ στήσαι τὰς φυλάς Ἰακώβ, καὶ τὴν διασπορὰν τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι. » Καὶ γὰρ ὡς ἀληθῶς μέγιστον ἔργον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὸ μορφήν δοῦλου ἀναλαβεῖν, καὶ τὴν ἐν ἀνθρώποις ὑπομένειν γέννησιν. Τὸ δὲ αἴτιον τοῦ δοῦλον γενέσθαι τὸν Σωτῆρα, τοῦτο ἦν· λέγω δὲ στήσαι τὰς φυλάς Ἰακώβ, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπιστρέψαι. Διὸ αὐτοῖς πρῶτοις ἐκήρυττεν, αἰχμαλώτοις οὖσι τὰς ψυχὰς τὴν ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς οὖσι τὴν ἀνάβλεψιν. Ἐπειδὴ μὴ παρεδέχοντο τὴν χάριν ἐκείνην, ἀκολούθως εἰρηται ἐξῆς· « Ἴδου τέθεικά σε εἰς διαθήκην γένους, εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναι σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου γῆς. »

« Οὕτως λέγει Κύριος, ὁ ρυσάμενός σε, ὁ Θεός Ἰσραὴλ. » Αὐτὸς γὰρ, φησὶν, ἐκεῖνος, ὁ παλαιὸν τὸν Ἰσραὴλ ρυσάμενος ἐκ χειρὸς Αἰγυπτίων, αὐτὸς καὶ ὑμῖν τοῖς ἔθνεσι ταῦτα προσφωνεῖ, καὶ διατάττεται λέγων· « Ἀγιάσατε τὸν φαυλίζοντα τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· ὅσον γὰρ ἐζυτὸν ἐταπείνωσε μέχρι θανάτου, καὶ θανάτου

⁹⁷ Matth. x, 5, 6. ⁹⁸ Psal. cxix, 10.

σταυροῦ, τοσοῦτο ὑμῖς αὐτὸν δοξάζετε. « Τὸν βδελυσ-
σόμενον ὑπὸ τῶν ἔθνῶν, τῶν δούλων τῶν ἀρχόντων.
Βασιλεῖς ὄψονται αὐτὸν, καὶ ἀναστήσονται ἄρχον-
τες, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ, ἔνεκεν Κυρίου· ὅτι
πιστὸς ἔστιν ὁ Ἅγιος Ἰσραὴλ, καὶ ἐξελεξάμην σε τῶν
δούλων τῶν ἀρχόντων· » λέγω δὴ τοῖς πονηροῖς δαί-
μοσιν, οἱ γὰρ ἐτι τοῦτοις καταδεδουλωμένοι τὸν
Χριστὸν τοῦ Θεοῦ βλασφημοῦνται. Βδελύσσονται δὲ
σύροντες καὶ χλευάζοντες, καὶ φαυλίζοντες αὐτοῦ
τὸν θάνατον. Ἄλλὰ γὰρ ὑμεῖς οἷς ὁ λόγος προσ-
φωνεῖ, τοῦτον αὐτὸν ἀγιάσατε δοξάζοντες, ἐπεὶ καὶ
« πᾶν γόνυ κάμψει αὐτῷ ἐπουρανίων καὶ ἐπιγίων,
καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται,
ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρὸς, »
ἔταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξᾳ τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν
ἀγγέλων αὐτοῦ, καὶ καθίσῃ ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ
κρίνων ζῶντας καὶ νεκρούς· τότε γὰρ πάντες προσκυ-
νήσουσιν αὐτῷ ἔνεκεν Κυρίου τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ, ὅτι
πιστὸς ἔστιν ὁ Ἅγιος Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεξάμενος αὐτόν.
Ἄντι δὲ τοῦ, « Καὶ ἐξελεξάμην σε, » ὁ Σύμμαχος,
« Ἐξελέξατό σε, » εἶρηκε. Ταῦτα μὲν οὖν τοῖς ἔθνεσι
παραδίδεται· τὰ δὲ ἐπιλεγόμενα εἰς αὐτοῦ πρόσω-
πον τοῦ Σωτῆρος θεοσιζέται· ἢ καὶ φησι τὸ Πνεῦμα
τὸ προφητικὸν ἐκ προσώπου τοῦ Πατρὸς· « Καὶ ρῶ
δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ πωτηρίας ἐβο-
ήθησά σοι. » Σφόδρα δὲ θαυμαστῶς εἴρηται τὸ,
« Καὶ ρῶ δεκτῷ ἐπήκουσά σου· » οὗτος δὲ ἦν ὁ τῆς
ἀναστάσεως αὐτοῦ χρόνος. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν καιρὸν
τοῦ πάθους ἀνεδόξασεν ὁ Σωτὴρ εἰπών· « Ἥλει,
Ἥλει· λιμὰ σαβαθθανεῖ· » τούτέστι, « Θεέ μου,
Θεέ μου, ἵνα τί με ἐγκατέλιπες; » Ἄλλὰ καὶ προσ-
εύχεται λέγων· « Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω
ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· » εἴθ' ὡς ἀνανεύοντα
τὸν Πατέρα ἐώρα, ἐπήγαγε· « Πάτερ, εἰ μὴ δυνα-
τὸν παρελθεῖν αὐτὸ, γεννηθῆτω τὸ θέλημά σου. » Ταύ-
την οὖν τὴν εὐχὴν εἰς καιρὸν δεχόμενος ὁ Πατὴρ,
μετὰ τὸ πάθος καὶ μετὰ τὴν εἰς ἄδου κάθοδον, και-
ρὸν τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ δεικνύς φησι πρὸς αὐ-
τόν· « Καὶ ρῶ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, » καὶ τὰ ἐξῆς.
« Καὶ ἐπλάσα σε, καὶ ἔδωκά σε εἰς διαθήκην ἔθνῶν,
τοῦ καταστῆσαι τὴν γῆν, καὶ κληρονομηῆσαι κληρο-
νομίας ἐρήμων. » Τοιαῦτα δὲ ἔσαν αἱ τῶν ἀθέων
καὶ πολυθέων ψυχῶν, ἐρημοὶ Θεοῦ καὶ ἀληθῶς ἑφανισμένοι, » κατὰ τοὺς λοιπούς.

« Λέγοντα τοῖς ἐν δεσμοῖς, Ἐξέλθετε, καὶ τοῖς ἐν τῷ
σκότει, ἀνακαλυφθῆναι. » — « Ἦμεν γὰρ ποτε τέκνα
ὀργῆς, καὶ ἡμεῖν ποτε σκότος· νῦν δὲ φῶς ἐν Κυρίῳ. »
Εὐαγγελίζεται τοῖς τῶν προτέρων δεσμῶν, καὶ τοῦ
προτέρου σκότους ἡλευθερωμένους, λέγων· « Ἐν πά-
σαις ταῖς ὁδοῖς βοσκῆθήσονται, καὶ ἐν πάσαις ταῖς
τριβίβοις ἡ νομὴ αὐτῶν. » Ὅδοι δὲ καὶ τρίβοι, ἃς
διώδευσαν οἱ πάλαι τοῦ Θεοῦ ἄνδρες, αἱ θεόπνευστοὶ
εἰσι Γραφαί, ἐν αἷς βοσκόμενοι οἱ τῆς ἐπαγγελίας
τυχόντες, τῆς ἐνθέου καὶ λογικῆς τροφῆς ἀπολαύου-
σιν, ἀγαθὴν νομὴν ταύτην εὐράμενοι, καὶ τὰ ἐξῆς.

« Οὐ πεινάσουσιν, οὐδὲ διψήσουσιν, οὐδὲ πατάξει
αὐτούς ὁ καύσων, οὐδ' ὁ ἥλιος. Ἄλλ' ὁ ἔλεων αὐτούς

A tem crucis, tanto magis vos ipsum celebrato. « Qui
est abominationi gentibus, servis principum. Re-
ges videbunt eum, et consurgent principes: et
adorabunt eum propter Dominum, quia fidelis est
Sanctus Israel, et elegi te a servis principum; » id
est, malignorum dæmonum: nam ii qui ab ipsis in
servitute redacti sunt, in Christum Dei blasphema
dicta proferunt. Ipsum autem abominationi habent,
traducetes, irridentes ac vilipendentes mortem
ejus. At vos, quos sermo compellat, eundem ipsum
sanctificate et gloria afficite, quoniam ipsi « omne
genus flectetur cælestium, terrestrium et inferno-
rum, et omnis lingua confitebitur quia Dominus
Jesus Christus in gloria est Dei Patris », quando
veniet in gloria Patris sui cum angelis ejus, et sede-
bit in throno gloriæ ejus judicans vivos et mortuos.
Tunc enim omnes ipsum adorabunt, propter Domi-
num Patrem ejus, quia fidelis est Sanctus Israel,
qui elegit eum. Pro illo autem, « Et elegi te, » Sym-
machus habet, « Elegit te. » Hæc itaque gentibus
tradita sunt; quæ vero subjiciuntur, de persona
Salvatoris prænuntiantur: cui etiam propheticus
Spiritus ex persona Patris ait, « Tempore accepto
exaudivi te, et in die salutis adjuvi te. » Mirum
autem in modum dicitur, « Tempore accepto exau-
divi te; » illud porro erat tempus resurrectionis
ejus. Nam passionis tempore clamavit Servator
his verbis: « Eli, Eli, lima sabachthani? » id est,
« Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti
me? » Quinetiam precatur his verbis: « Pater,
si possibile est, transeat a me calix iste »; et
deinde ut abnuentem Patrem videret, ait: « Pater,
si non potest hic transire, fiat voluntas tua. » Hanc
itaque orationem ad tempus accipiens Pater, post
passionem, et post descensum in infernum, ipsum
resurrectionis ejus tempus significans, ait illi,
« Tempore accepto exaudivi te, » et cætera. « Et for-
mavi te, et dedi te in testamentum gentium, ut consti-
tueres terram, et possideres hereditates desertarum. »
Tales erant impiorum, et multis numinibus dedito-
rum hominum animæ, desertæ a Deo, ac vere
« destructæ, » secundum reliquos interpretes

D VERS. 9. « Dicentem iis qui vincti sunt, Exite,
et iis qui in tenebris, ut revelentur. » — « Era-
mus enim aliquando filii iræ, et eramus aliquando
tenebræ; nunc autem lux in Domino ». Bona
nuntia profert iis qui ex pristinis illis vinculis,
exque priscis tenebris liberi evaserant, dicens:
« In omnibus viis pascentur, et in omnibus semitis
pascua eorum. » Viæ semitæque quas pertransie-
runt illi olim Dei viri, sunt Scripturæ divinitus
inspiratæ, ubi pascentes ii, qui promissa tenent,
divino et rationabili cibo fruuntur, hæc bona pascua
nacti, et cætera.

VERS. 10. « Non esurient, neque sitient, neque
percutiet eos æstus, neque sol. Sed qui miseretur

⁹⁰ Philip. II, 10. ⁹¹ Matth. xxvii, 46. ⁹² Matth. xxvi, 39. ⁹³ ibid. 42. ⁹⁴ Ephes. II, 5; v, 8.

eorum consolabitur eos, et per fontes aquarum A ducet eos. » Æstum et solem, humanæ vitæ ardorem vocat, ac temporariam ejus, quæ apud homines lux æstimatur, usuram. Sed hæc, inquit, non comburent eos. Multi vero sunt fontes Israel et fontes Salutaris; alii Veteris, alii vero Novi Testamenti. « Et ponam, ait, omnes montes in viam, » ut nihil ipsis acclive, nihil arduum asperumque superesset. Quinetiam omnem semitam in pascua ipsis se positurum esse pollicetur his verbis:

VERS. 11. « Et ponam omnem montem in viam, et omnem semitam in pascua ipsis. » Jam prius audivimus tribus oportere modis Sion et Jerusalem intelligere: uno quidem humili et Judaico; altero autem modo accipitur pro toto piæ religionis Instituto ex coalitione et conjunctione animarum intellecto; alio demum, qui supernus est, pro cœlesti et angelica conversatione, de qua ait Apostolus: « Illa autem, quæ sursum est Jerusalem, libera est, quæ est mater nostra¹⁴; » et, « Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem¹⁵. » Quibus ad istum modum se habentibus, præsens sermo, piæ religionis Instituto, quod olim apud Judæos erat, sed penes ipsos destructum et ceu in exitium deductum, in gentium Ecclesiam mutatum fuerat, hæc vaticinatur. Montes igitur, utpote rationabiles, de hominum salute gaudere et exultare jubet. Montes autem illi fuerint animæ, quæ adhuc quidem in terra vivunt, sed virtutum exercitio admodum sublimes sunt; sive divinæ et cœlestes virtutes, queis gaudere et lætari præcipit.

VERS. 12. « Ecce hi de longe venient: hi ab Aquilone et mari; alii de terra Persarum. » Quoniam hi erant, nisi superius memorati, nimirum qui e quatuor universi climatibus vocati fuerant?

VERS. 13. « Lætamini, cœli, et exsultet terra, erumpant montes in lætitiā; quia misertus est Deus populi sui, et humiles populi sui consolatus est. » Neque enim Deus cœleste illud institutum oblivisci potest: exemploque utitur naturali: Quemadmodum enim non potest mater filium suum oblivisci, et sicut non potest quæ genuit, uteri sui prolem non miserari; ita fieri nequit, ut ego, qui rationabiles hominum animas pro filiis meis constitui, piæ religionis Institutum in hominibus stabilitum obliviscar. Quare ait:

VERS. 14, 15. « Dixit Sion, Dereliquit me Dominus, et Dominus oblitus est mei. Numquid obliviscetur mulier filii sui, ut non misereatur partus uteri sui? Etiam si autem horum oblita fuerit mulier, ego tamen tui non obliviscar, dicit Dominus. » Queis aperte significat veram Sion ruinæ et exitio obnoxiam non esse, sed semper manere et consistere. Itaque si quis eam contemplari cupiat, ne deorsum respiciat, neque illam in Pa-

παρακαλέσει, καὶ διὰ πηγῶν ὑδάτων ἄξει αὐτούς. » Καύσωνα δὲ καὶ ἥλιον τὸν φλογμὸν τοῦ θνητοῦ βίου ἀποκαλεῖ, καὶ τοῦ νομιζομένου ἐν ἀνθρώποις φωτὸς τὴν πρόσκαιρον ἀπόλαυσιν. Ἄλλ' οὐδὲ, φησὶ, ταῦτα καθάψονται αὐτῶν. Πολλὰ δὲ πηγὰ Ἰσραὴλ, καὶ πηγὰ Σωτηρίου· αἱ μὲν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, αἱ δὲ τῆς Καινῆς. « Καὶ θήσω δὲ, φησὶ, πᾶν ὄρος εἰς ὄδον, » ἵνα μηδὲν αὐτοῖς ἀναντες ἦ, μηδὲ δύσβατον, ἢ τραχύ. Ἄλλὰ καὶ πᾶσαν τρίβον πάλιν εἰς βόσκημα θήσειν αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται, λέγων·

« Καὶ θήσω πᾶν ὄρος εἰς ὄδον, καὶ πᾶσαν τρίβον εἰς βόσκημα αὐτοῖς. » Ἡδὴ καὶ πρότερον ἡμῖν εἰρηται, ὡς κατὰ τρόπους τρεῖς προσήκει νοεῖν τὴν Σιών καὶ τὴν Ἰερουσαλήμ· καθ' ἓνα μὲν τρόπον, ταπεινὸν καὶ Ἰουδαϊκόν· καθ' ἕτερον δὲ, πᾶν τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα συγχρίματι ψυχῶν νοούμενον· κατὰ δὲ τὸν ἐπαναβεβηκότα τρόπον ἢ ἐν οὐρανοῖς ἀγγελικῆ πολιτεία, περὶ ἧς φησὶν ὁ Ἀπόστολος· « Ἡ δὲ ἄνω Ἰερουσαλήμ ἐλευθέρη ἐστίν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν » καὶ, « Προσεληλύθατε Σιών ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἰερουσαλήμ ἐπουρανίῳ. » Ὡν οὕτως ἐχόντων, ὁ παρῶν λόγος πρὸς τὸ θεοσεβὲς πολίτευμα, ὃ πάλαι μὲν παρὰ Ἰουδαίους συνειστήκει, καθαιρεθὲν δὲ καὶ ὡσπερ πτώσιν πεπονθὸς παρ' αὐτοῖς μεταβέβηται ἐπὶ τὴν ἐξ ἔθνων Ἐκκλησίαν, τὰ προκειμένα θεσπίζει. Οὐκοῦν καὶ τὰ ὄρη ὡς λογικὰ χαιρεῖν καὶ ἀγαλλιάσθαι ἐπὶ τῇ τῶν ἀνθρώπων σωτηρίᾳ προστάττεται. Ἐλεν δ' ἂν ὄρη ψυχὰς, ἐπὶ γῆς μὲν ἔτι βιωῦσαι, σφόδρα δὲ εἰς ὕψος ἐπηρμέναι διὰ τῆς τῶν ἀρετῶν κατορθώσεως· ἢ καὶ θείαι καὶ οὐράναι δυνάμεις, αἷς εὐφραίνεσθαι παρακελεύεται

« Ἰδοὺ οὗτοι πόρρωθεν ἤξουσιν, οὗτοι ἀπὸ Βορρᾶ καὶ θαλάσσης, ἄλλοι δὲ ἐκ γῆς Περσῶν. » Τίνες δὲ ἦσαν οὗτοι ἄλλ' ἢ οἱ προδηλωθέντες, δηλαδὴ οἱ ἀπὸ τῶν τεσσάρων κλιμάτων τοῦ παντὸς ἀνακεκλημένοι;

« Εὐφραίνεσθε, οὐρανοί, καὶ ἀγαλλιᾶσθε ἡ γῆ, ῥηξάτωσαν τὰ ὄρη εὐφροσύνην, ὅτι ἠλέησεν ὁ Θεὸς τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ταπεινοὺς τοῦ λαοῦ αὐτοῦ παρεκάλεσεν. » Οὕτε γὰρ δυνατὸν λήθην ποιήσασθαι τὸν Θεὸν τοῦ ἐν οὐρανοῖς πολιτεύματος· καὶ παραδείγματι κέχρηται φυσικῶ· Ὡς γὰρ ἀδύνατον μήτέρα τοῦ ἰδίου τέκνου λαθεῖν, καὶ ὡς οὐ δυνατὸν μὴ ἐλεῆσαι τὴν γεννήσασαν τὰ τέκνα αὐτῆς τῆς κοιλίας· οὕτως καμὲ τὰς ἐν ἀνθρώποις λογικὰς ψυχὰς ὡσπερ τέκνα συστησάμενον, ἀδύνατον ἐστὶν ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἐν ἀνθρώποις θεοσεβοῦς πολιτεύματος. Διὸ φησὶν·

« Εἶπε Σιών, Ἐγκατέλιπέ με Κύριος, καὶ ὅτι, Κύριος ἐπελάθετό μου. Μὴ ἐπιλήσεται γυνὴ τοῦ παιδίου αὐτῆς, ἢ τοῦ μὴ ἐλεῆσαι τὰ ἔχοντα τῆς κοιλίας αὐτῆς; Εἰ δὲ καὶ ταῦτα ἐπιλάθοιτο γυνή, ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαι σου, εἶπε Κύριος. » Δι' ὧν ἀντικρυς παρίστησι τὴν ἀληθινὴν Σιών ἀπτωτων εἶναι καὶ ἀκαθαίρετον, ἀεὶ μένουσαν καὶ διὰ παντὸς συνεστῶσαν. Ὡστε εἰ τις ἐν θεωρίᾳ αὐτῆς γενέσθαι ποθεῖ, μὴ κάτω περιδλεπέσθω, μὴδ' ἐπὶ τῆς Παλαιστίνων χύ-

¹⁴ Gal. iv, 26. ¹⁵ Hebr. xii, 22.

ρας αὐτὴν ἀναζητεῖτω· ἀκούετω δὲ τοῦ Θεοῦ λέγον-
τος αὐτῇ·

« Ἰδοὺ ἐπὶ τῶν χειρῶν μου ἐζωγράφησά σου τα-
τελεῖαν, καὶ ἐνώπιόν μου εἶ διὰ παντός. » Χεῖρες γὰρ
ὡς ἀληθῶς Θεοῦ τὴν τοιαύτην οἰκοδομοῦσι πόλιν,
μᾶλλον δὲ διατυποῦσιν αὐτὴν καὶ διαζωγράφουσιν,
ὡσπερ ἐν πίνακος γραφῇ, καὶ διαχαράττουσι τὴν θέ-
σιν καὶ τοὺς τόπους τῆς κατὰ Θεοῦ πολιτείας ἐν ταῖς
τῶν ἀνθρώπων ψυχαῖς συνεστῶσης. Ὁ δὲ καὶ αὐτὸς
τῆς ἑαυτοῦ πόλεως οἰκοδόμος, δηλαδὴ ὁ τοῦ Θεοῦ
Λόγος, ἐδίδασκε, λέγων, « Ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδο-
μήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ἕδου οὐ κατ-
ισχύσουσιν αὐτῆς. »

« Καὶ ταχὺ οἰκοδομηθήσῃ ὑφ' ὧν καθηρέθης, καὶ
ἂ ἐρημώσαντές σε ἐξελεύσονται ἐκ σοῦ. » Ὡσπερ
γὰρ Ἰουδαῖοι τῆς καθαιρέσεως αὐτῆς γεγονόσιν
αἵτιοι, οὕτω πάλιν ἐξ αὐτῆς ἦσαν οἱ τῆς νέας οἰκοδο-
μῆς ἐργάται· ἀπόστολοι δηλονότι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν,
μαθηταὶ τε καὶ εὐαγγελισταί, δι' ὧν ἡ Ἐκκλησία
τοῦ Θεοῦ ἀνεγέρθηται.

« Ἄρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε πάν-
τας· Ἰδοὺ συνήχθησαν καὶ ἤλθοσαν πρὸς σέ. Ζῶ ἐγώ,
λέγει Κύριος, ὅτι πάντας αὐτοὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ,
καὶ περιθήσεις αὐτοὺς ὡς κόσμον νύμφη· ὅτι τὰ
ἔρημά σου, καὶ τὰ κατεφθαρμμένα καὶ πεπτωκότα,
ὅτι νῦν στενοχωρήσει ἀπὸ τῶν κτεινομένων, καὶ
μακρυνθήσονται ἀπὸ σοῦ οἱ καταπόντες σε. »
Θαυμάσαι δὲ ἔστιν, ὅπως πρὸς τῇ διανοίᾳ καὶ κατὰ
τὴν ἱστορίαν ὁ λόγος ἐπληροῦτο τοῦ παντός Ἰουδαίων
ἔθνους, μετὰ τὴν σύστασιν τῆς ἐξ ἔθνῶν Ἐκκλησίας
ἀποδλήτους γενομένου τῆς αἰσθητῆς πόλεως τῆς
κατὰ Παλαιστίνην κειμένης, πρὸς τὸ καὶ τοῦ θεοσε-
βοῦς πολιτεύματος ἐκπεσεῖν.

« Ἐροῦσι γὰρ εἰς τὰ ὠτά σου οἱ υἱοὶ σου, οὓς ἀπο-
λώλεκας· στενός μοι ὁ τόπος· ποίησόν μοι τόπον,
ἵνα κατοικήσω. Καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τίς
ἐγέννησέ μοι τούτους; Ἐγὼ δὲ ἀτεκνος καὶ χήρα·
τούτους δὲ τίς ἐξέθρεψέ μοι; ἐγὼ δὲ κατελείφθην
μόνη, οὗτοι δὲ μοι ποῦ ἦσαν; » Τοῦ ἐκ περιτομῆς
λαοῦ τὸ πολὺ πλῆθος τῆς Ἐκκλησίας καθ' ὅλης τῆς
οἰκουμένης ἐξ ἀπάντων ἀντεισαχθήσεται ἔθνῶν.
Ἦσαν γὰρ ποτε ἐν ἀπωλείᾳ οἱ διὰ τῆς σωτηρίου χά-
ριτος τῇ πολιτεῖᾳ τοῦ Θεοῦ προσδραμόντες· οὓς
ὀρώσα ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἀποθαυμάσει λέγουσα,
« Τίς ἐγέννησέ μοι τούτους; » τὸ ξένον τῆς τῶν ἔθνῶν
κλίσεως ἐκπληττομένη· ὁμολογήσει τε τὴν ἐπισυμ-
βάσαν αὐτῇ ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἀτεκνίαν.

« Οὕτως λέγει Κύριος Κύριος· Ἰδοὺ ἀίρω εἰς τὰ
ἔθνη τὴν χειρά μου, καὶ εἰς τὰς νήσους ἀρῶ σύ-
σσημόν μου, καὶ ἀξούσι τοὺς υἱούς σου ἐν κόλπῳ, τὰς
δὲ θυγατέρας σου ἐπ' ὤμων ἀρούσι· » διδάσκων,
ὅτι υἱούς αὐτῆς καὶ θυγατέρας, περὶ ὧν εἶπεν, ὅτι
« Οὗτοι δὲ μοι ποῦ ἦσαν; » ἐκ τῆς ἐκλογῆς τῶν
ἔθνῶν πρὸς αὐτὴν συνάξει. Τίνας δὲ τοῦτο πράξουσιν,
ἢ πάντως ποῦ οἱ τοὺς εἰσαγομένους εἰς τὴν Ἐκκλη-
σίαν τοῦ Θεοῦ χειραγωγούντες διὰ τὴν φρενῶν νηπιό-
τητα;

«⁹⁵ Matth. xvi, 18.

laestinatorum regione perquirat; sed audiat Deum
sic eam alloquentem :

VERS. 16. « Ecce super manus meas depinxi mu-
ros tuos, et in conspectu meo es semper. » Nam
manus Dei revera hujusmodi urbem aedificant, imo
potius ipsam delineant et depingunt, quasi in
tabella quæ depingitur, ac divini instituti in ani-
mabus hominum stabiliti positionem et loca, linea-
mentis designant. Quod etiam ipse quoque civitatis
fundator et opifex, videlicet Dei Verbum, docuit
his verbis, « Supra petram aedificabo Ecclesiam
meam, et portæ inferi non prævalebunt adversus
eam⁹⁵. »

VERS. 17. « Citoque aedificaberis, a quibus de-
structa es, et qui te desolaverunt, egredientur ex te. »
Quemadmodum enim Judæi hujus excidii auctores
fuere, sic rursum ex illa prodierunt novi aedificii
artifices : apostoli videlicet Salvatoris nostri, disci-
puli et evangelistæ, quorum opera Ecclesia Dei
excitata fuit.

VERS. 18, 19. « Leva in circuitu oculos tuos, et
vide omnes : ecce congregati sunt, et venerunt ad
te. Vivo ego, dicit Dominus, quoniam omnibus illis,
tamquam ornamento, indueris, et circumpones illos
tamquam ornatum sponsæ : quoniam deserta tua
et dissipata tua, et quæ ceciderunt, nunc angustiora
sunt præ habitatoribus, et longe arcebuntur a te
qui absorbent te. » Mirari subit quo pacto hæc, tum
quoad spiritualem intelligendi rationem, tum quoad
historiam, completa sint; nempe cum gens Judaica,
post fundatam Ecclesiam ex gentibus, a sensili illi
urbe Palæstinæ expulsa est, quod a piæ religionis
cultu delapsa esset.

VERS. 20, 21. « Dicent enim ad aures tuas filii
tui, quos perdidisti : Angustus mihi locus est : fac
mihi locum, ut habitem. Et dices in corde tuo : Quis
genuit mihi istos? at ego absque liberis et vidua :
hos autem quis enutrivit mihi? Ego autem dere-
licta sum sola : hi vero ubi erant mihi? » Vice
populi ex circumcissione, multitudo magna totum
per orbem in Ecclesiam ex omnibus gentibus indu-
cetur. Olim quippe in pernicie erant ii, qui per
salutarem gratiam ad divinæ religionis institutum
accurrerunt : quibus conspectis Ecclesia Dei admi-
rabunda dicet, « Quis mihi hosce genuit? » ad no-
vam et insolentem gentium vocationem attonita : ac
sterilitatem sibi a Judaica gente inductam fate-
bitur.

VERS. 22. » Sic dicit Dominus Dominus : Ecce
elevo super gentes manus meas, et ad insulas
levabo signum meum : et adducent filios tuos in
sinu, et filias tuas humeris portabunt : » docens, se
filios et filias ejus, de quibus dixit, « Hi vero ubi
erant mihi? » ex electione gentium ad Ecclesiam
deducturum esse. Quinam vero id acturi sunt, nisi
qui alios ad Ecclesiam Dei accedentes manu ducunt
ob eorum mentis imbecillitatem et infantiam?

VERS. 23. « Et erunt reges nutritii tui, et reginæ eorum, nutrices tuæ. » Quod ad litteram impletum ipsis oculis cernimus, dum ii, qui supremum imperium obtinent, Ecclesiam Dei nutritiorum instar gestant et fovent: ac reginæ gentium, id est, singularum gentium et provinciarum præfecti et magistratus, superno regno ministrantes, tanquam nutrices, pauperibus Ecclesiæ imperatorum nutu annonam suppeditant: quare nutrices ejus vocantur, sive secundum Symmachum, « lac præbentes; » sic enim habet, « Et reginæ eorum lac præbent. » Quis autem memoratos præfectos cernens in Ecclesia Dei genu flectere, ac in frontem humi procumbere, non fateatur hanc prophetiam ad litteram completam esse, quæ diserte ait: « Super faciem terræ adorabunt te, et pulverem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego sum Dominus, et non confundentur, qui exspectant te? » Par est enim non in segnitiam delabi, neque spem promissorum amittere ante rerum eventum.

ὀλιγωρεῖν μηδὲ ἀπογινώσκειν τὴν ἐλπίδα τῶν ἐπηγγελμένων πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐχθάσεως.

VERS. 24. « Num accipiet quis a gigante spolia? et si quis captivum duxerit injuste, salvabitur? » Gigantem vocat diabolum et adversariam potestatem. Numquid igitur, ait, contra gigantem quisvis congrederi, ac tanti roboris viro spolia eripere valeat? Quod si quis talem hominem captivum abducere tentaverit, etsi juste agat, an pro insonte habebitur? Annon a gigante, utpote a fortiore, correptus, de salute periclitabitur? Pro illo autem, « injuste, » Hebraica lectio, « juste, » habet. Nam qui gigantem captivum duxerit, juste sane agat, puriterque qui ejus spolia diripuerit.

VERS. 25. « Quoniam sic dicit Dominus: Si quis ceperit gigantem, accipiet spolia: qui autem acceperit a forti, salvabitur. Ego autem iudicium tuum iudicabo, et filios meos etiam. » Aperte declarans nobis, id solum fieri posse, ut prædicti hominis spolia auferantur; filios suos his significans; quare subdit, « Filios etiam; » quibus ereptis, qui ipsos violenter abstulerant, suas ipsi carnes comedent. Cum enim aliorum carnes non ultra comedere possent, suas comedent, et cum animarum hominum sanguinem ebibere non valeant, sanguinem suum bibent, ut illo inebrientur.

VERS. 26. « Et comedent qui tribulaverunt te carnes suas, et bibent, quasi vinum novum, sanguinem suum, et inebriabuntur. » Hæc possunt ad persecutores Ecclesiæ Dei, qui per tempora fuerunt, referri, hisque eorum finis et exitus describitur, quomodo scilicet futurum sit, ut carnes suas comedant, et sanguinem suum bibant.

« Et sentiet omnis caro, quia ego Dominus, qui erui te, et adjuvi fortitudinem Jacob. » Incorporeum Numen est, materiæ expers, intactile et simplex, nec quispiam, si quidem uti fas est egerit, speciem de illo corpoream imaginetur. Attamen sacra Scriptura hos alloquens, humano more de ipso (1) Fortè legendum τροφοί, ut supra. Edit.

« Καὶ ἔσονται βασιλεῖς τιθηνοί σου, αἱ δὲ ἀρχουσαι αὐτῶν, τροφοί σου. » Ὅπερ καὶ αὐτὸ κατὰ λέξιν πληρούμενον αὐτοῖς ἴδομεν ὀφθαλμοῖς, τῶν κρατούντων τῆς ἀνωτάτης ἀρχῆς τιθῶν τὸν τρόπον διαβασαζόντων τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν· αἱ δὲ τούτων ἀρχουσαι, δηλαδὴ αἱ καθ' ἕκαστον ἔθνος, καὶ καθ' ἕκαστην ἐπαρχίαν ἀρχαὶ καὶ ἐξουσίαι, τῇ ἀνωτάτῃ βασιλείᾳ διακονούμεναι τροφῶν δίκην ἐξυπηρετούμεναι τὰς ἐνδεέσι τῆς Ἐκκλησίας, νεύματι βασιλικῷ, τὰ σιτηρέσια χορηγοῦσαι αὐτοῖς· διὸ τροφή (1) αὐτῆς ὠνομάσθησαν, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον, « γαλοῦχοι, » φήσαντα, « Καὶ ἀρχουσαι αὐτῶν γαλοῦχουσαι. » Τίς δὲ ὀφθαλμοῖς ὄρων τὰς εἰρημένας ἀρχὰς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ γόνυ καμπτούσας, καὶ τὸ μέτωπον ἐρειδούσας ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, οὐχ ὁμολογήσειε πρὸς λέξιν καὶ πρὸς ἱστορίαν τέλος εἰληφέναι ταύτην τὴν προφητείαν, διαβρήθην φήσασαν, « Ἐπὶ πρόσωπον τῆς γῆς προσκυνήσουσί σοι, καὶ τὸν χεῖρα τῶν ποδῶν σου λείψουσι. Καὶ γνώσῃ, ὅτι ἐγὼ Κύριος, καὶ οὐκ αἰσχυθήσονται οἱ ὑπομένοντές σε; » Καλὸν γὰρ τὸ μὴ

« Μὴ λήψεται τις παρὰ γίγαντος σκῦλα; καὶ ἐὰν αἰχμαλωτεύῃ τις ἀδίκως, σωθήσεται; » γίγαντα σημαίνων τὸν διάβολον καὶ τὴν ἀντικειμένην δύναμιν. Μῆτι οὖν τῷ τυχόντι, φησὶ, δυνατόν ἐστι γίγαντι παρατάξασθαι, καὶ σκυλεῦσαι τὸν οὕτως ἰσχυρόν; Εἰ δὲ καὶ ἐπιχειρήσειε τις τὸν τοιοῦτον αἰχμαλωτεύσαι, δικαίως δὲ ποιῶν, ἄρα ἀθωωθήσεται; Οὐχὶ κρατηθεὶς ὑπὸ τοῦ γίγαντος, ὡς ὑπ' ἰσχυροτέρου, κινδυνεύσει περὶ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας; Ἄντι δὲ τοῦ, « ἀδίκως, » ἢ Ἐβραϊκῇ λέξει, « δικαίως, » περιέχει. Ὁ γὰρ αἰχμαλωτεύων γίγαντα, δικαίως τοῦτο ποιήσεται, καὶ ὁ σκυλεύων αὐτὸν, ὁμοίως.

« Ὅτι οὕτως λέγει Κύριος· Ἐὰν τις αἰχμαλωτεύσῃ γίγαντα, λήψεται σκῦλα, λαμβάνων δὲ παρ' ἰσχυρότος, σωθήσεται. Ἐγὼ δὲ τὴν κρίσιν σου κρινῶ, καὶ ἐγὼ τοὺς υἱοὺς μου ῥύσομαι. » σαφῶς διδάξας ἡμᾶς, εἶναι τοῦτο μόνον δυνατόν, ἀφελεῖσθαι τοῦ δηλωθέντος τὰ σκῦλα· τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ εἶναι λέγων· διὸ ἐπιφέρει· « Τοὺς υἱοὺς μου ῥύσομαι. » ὣν ῥυσθέντων, οἱ ἀφηρημένοι αὐτοῖς ἐξ ἐπιρρείας, αὐτοὶ τὰς ἑαυτῶν σάρκας φάγονται· οὐκέτι γὰρ ἐτέρων σάρκας ἐσθίειν δυνάμενοι, τὰς ἑαυτῶν φάγονται· οὐδ' ἐκπίνειν ἐτι τὸ αἷμα τῶν ἀνθρωπίνων ψυχῶν δυνάμενοι, τὸ ἑαυτῶν αἷμα πίνονται, ὡς καὶ μεθυσθῆναι αὐτοὺς ἐξ αὐτοῦ.

« Καὶ φάγονται οἱ θλίψαντές σε τὰς σάρκας αὐτῶν, καὶ πίνονται ὡς οἶνον νέον τὸ αἷμα αὐτῶν, καὶ μεθυσθήσονται. » Δύναται ταῦτα ἐπὶ τοὺς κατὰ καιρὸν διώκοντας τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ἀναφέρεισθαι, τοῦ λόγου τὸ τέλος αὐτῶν καὶ τὴν καταστροφὴν διαγράφοντος, καὶ ὡς τὰς ἑαυτῶν σάρκας φάγονται, καὶ τὸ αἷμα αὐτῶν πίνονται.

« Καὶ αἰσθανθήσεται πᾶσα σὰρξ, ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ ῥυσάμενός σε, καὶ ἀντιλαμβανόμενος ἰσχύος Ἰακώβ. » Ἀσώματον τὸ Θεῖον, ἄυλον, ἀναφές καὶ ἀπλοῦν· καὶ οὐκ ἂν τις ἐπ' αὐτῷ, τὰ εἰκότα δρῶν, φαντασίαν τινὰ λάβοι σωματικὴν. Πλὴν τὸ Γράμμα τὸ λερὸν ἀνθρωπίνως ἡμῖν τὰ περὶ αὐτοῦ διαλέγεται. Οὐ γὰρ ἦν ἐπὶ

πως δυναθῆναι νοεῖν τοὺς ἐν αὐτοῖς καὶ παχέσιν δυνατοῖς σώμασιν, εἰ μὴ καθάπερ ἐν τάξει παραδειγμάτων παρεκορίσθη τὰ καθ' ἡμᾶς· ἴν' ἐκ τῶν ἐν αἰσθήσει καὶ ὁρατῶν πραγμάτων κἄν οὕτως εἰς μέρους νοεῖν ἰσχύσωμεν τὰ περὶ τῆς θείας οὐσίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν'.

« Οὕτως λέγει Κύριος· Ποῖον τὸ βιβλίον τοῦ αποστασίου τῆς μητρὸς ὑμῶν, ᾧ ἐξαπέστειλα αὐτήν; ἢ τινι ὑποχρέω πέπρακα ὑμᾶς; Ἰδοὺ ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν ἐξαπέστειλα τὴν μητέρα ὑμῶν. Τί ὅτι ἤλθον, καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων; Μὴ οὐκ ἰσχύει ἡ χεὶρ μου τοῦ ῥύσασθαι; Μὴ οὐκ ἰσχύω τοῦ ἐξελεῖσθαι; Ἰδοὺ τῷ ἐλεγμῷ μου ἐξερημώσω τὴν θάλασσαν· καὶ θήσω ποταμούς ἐρήμους, καὶ ξηρανθήσονται οἱ ἰχθυῖες αὐτῶν ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι ὕδατα, καὶ ἀποθανοῦνται ἐν δίψει. Ἐνδύσω τὸν οὐρανὸν σκότος, καὶ ὡς σάκκον θήσω τὸ περιβόλαιον αὐτοῦ. Κύριος Κύριος δίδωσί μοι γλώσσαν παιδείας, τοῦ γινῶναι ἡνίκα δεῖ εἰπεῖν λόγον. Ἐβηκέ μοι πρῶτ', προσέθηκέ μοι ὠτίον ἀκούειν, καὶ ἡ παιδεία Κυρίου Κυρίου ἀνοίγει μοι τὰ ὦτα. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἀπειθῶ, οὐδὲ ἀντιλέγω. Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σαγόνας μου εἰς βαπίσματα· τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπ' αἰσχύνῃς ἐμπυτυμάτων· καὶ Κύριος Κύριός μου βοηθός μοι ἐγενήθη· διὰ τοῦτο οὐκ ἐνετράπην, ἀλλ' ἔβηκα τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν. » Διὸ καὶ τὸ πρόσωπόν μου ὡς στερεὰν πέτραν παρέστησα πεπιστευμένος, ὡς οὐ φέρει μοι αἰσχύνῃν ἢ πρὸς τὸν Πατέρα ὑπακοή· καὶ πλησίον μου ἐστῶτα καὶ ὡσπερ ἀγνωθετοῦντα τοῖς γινομένοις, καὶ τὴν ἐμὴν δικαιοσύνην ὑπομονὴν διὰ παντὸς ἐύρων. Εἰ δέ τις ἔχοι πᾶς κατ' ἐμοῦ ὕβρεις, καὶ τὸν θάνατον αὐτὸν ἐνδίκως ἐπενηγέθαι μοι φάναι διὰ τινὰ πλημμελήματα, δεικνύτω παρελθὼν εἰς μέσον, εἰ τις αἰτία ἢ πρόφασις ἐξ ἐμοῦ τῆς τοιαύτης κατ' ἐμοῦ ὕβρεως γέγονεν· εἰς μέσον παρελθὼν στήτω καὶ ἐλεγχέτω. Οὐδενὸς δὲ ἔχοντος μέμψιν μετελθεῖν, μήτε τῇ διδασκαλίᾳ μήτε ταῖς πράξεσι ταῖς ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμέναις, εἰκότως ὁ Κύριος βοηθός μοι παρέσται.

« Ὅτι ἐγγίζει ὁ δικαιοσύνας με. Τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἀντιστήτω μοι ἅμα. Καὶ τίς ὁ κρινόμενός μοι; ἐγγισάτω μοι. » Ἐπαμύνοτος γὰρ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ πᾶσαν ὑμῶν ἐπήρειαν ἀφανίζοντος, καὶ τὴν ἐμὴν ἰστάντος δόξαν, τίς ἔσται τοσοῦτος ἐν ὑμῖν, ὡς ἀντιτάξασθαι τῇ ἀνικητῷ (1) βουλῇ, καὶ κακῶσα δύνασθαι τὸν παρ' αὐτοῦ βοηθούμενον; Οὐκοῦν εἴπερ τινὲς ἦσαν νουνεχεῖς, οἱ Γραμματεῖς τε καὶ Φαρισαῖοι, ἀπόσχοντο ἀν τῶν κατ' αὐτοῦ σχεμμάτων τε καὶ ἐγγειρημάτων, διὰ προφητῶν ἁγίων προεγνωκότες, ὡς οὐκ ἂν ἰσχύσειαν ἀδικῆσαι Χριστόν, Θεὸν δυνατὸν καὶ Κύριον, καὶ Υἱὸν ἀληθινὸν τοῦ Πατρὸς.

« Ἰδοὺ Κύριος Κύριος βοηθήσει μοι· τίς κακώσει με; Ἰδοὺ πάντες ὑμεῖς ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσεσθε, καὶ σῆς καταφάγεται ὑμᾶς. » Δι' ὧν σημαίνει τὴν παλαιώσιν τῆς κατ' αὐτοῦ σωματικῆς λατρείας· πᾶν γὰρ τὸ παλαιούμενον καὶ γηράσκον ἐγγὺς ἀφ' (1) Ἀνικητῷ legit interpret. Edit.

A edisserit. Neque enim alias eum intelligere possent ii qui in corpore, ipsoque crasso et materiali, degunt, nisi ea quæ penes nos sunt ad exemplum usurparentur; ut ex iis quæ sub sensum et aspectum cadunt, ea quæ divinam substantiam spectant, saltem ex parte, cogitare possemus.

CAPUT L.

δαξεν εἰπών· Ἐγὼ εἰμι ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς· τοῦ γὰρ ἐν ἀρχῇ πρὸς Θεὸν Θεοῦ Λόγου μεταλήψει πᾶσα ἡ τῶν ἀγίων λογικὴ φύσις ζωοποιεῖται. Ἄ δὴ δοκεῖ μοι ἐκ προτέρων μαθημάτων πεπαιδευμένος ὁ συνανακείμενος τῷ Ἰησοῦ εἰρηκέναι· Μακάριος ὅστις φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ! Οὐδὲ γὰρ τῶν τυχόντων τις ἦν ὁ ταύτην ἀφείς τὴν φωνήν, ἀλλ' ὡς οἶμαι τῶν σφόδρα μεγάλων καὶ παρὰ τῷ Σωτῆρι τιμῆς ἤξιωμένων. Διὸ καὶ συνανακλίνεται αὐτῷ, καὶ τοῖς αὐτοῦ λόγοις συνετώσ προσείχεν, ὡς καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν μὴ ἀγνοεῖν, γνωρίζειν δὲ καὶ τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς τὸν θρεπτικὸν τῶν τῆς βασιλείας ἀξίων· τσαζήτην τε ἀγειν παρῶρησιαν, ὡς ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἀνακινεῖν δόγματα, καὶ δι' αὐτὸν τὴν πᾶσαν εἰρηκέναι παραβολὴν Σωτῆρα διδάσκοντα, τὶς ἂν γένοιτο οὗτος ὁ ἀληθῶς μακάριος, ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ.

Πολλοὺς μὲν οὖν κεκληθῆσθαι λέγει διὰ τῆς παραβολῆς ἐπὶ τὸ μέγα δεῖπνον, καὶ τὸν ἐν τούτῳ δεδορημένον ἄρτον, μὴ μὴν τοὺς πάντας τῆς χάριτος ἐπιτυχάνειν· ἀποστερεῖσθαι γὰρ αὐτῆς τῶν κεκλημένων τοὺς περὶ ἕτερον ἡσυχολημένους· περισπᾶν γὰρ καὶ ἀφέλκειν τῆς κλήσεως τὰς τοῦ βίου φροντίδας διδάσκει· ταύτας δ' εἶναι διαφόρους· ἢ γὰρ περὶ χρήματα καὶ ἀγροὺς ἀσχολούμενοι ταῦτα τῆς κλήσεως προτετιμήκασιν, ὡς παραιτησασθαι διὰ ταῦτα τὴν κλήσιν, ἢ περὶ τὰς τοῦ βίου πραγματείας κατατριβόμενοι, ἢ δεσμῷ γάμου καὶ παιδῶν ἐμπεπλεγμένοι, ἢ τισὶν ἄλλοις τοιοῦτοις φροντίμασιν ἐνησυχολημένοι. Ἄλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀπόφασις ἐξηγήνεται λέγουσα· Λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν κεκλημένων, καὶ διὰ τὰς βιωτικὰς ἀσχολίας παραιτησασμένων γεύσεται μου τοῦ δεῖπνου· ἑτέρους δὲ ἀντ' αὐτῶν ἀπολαύσεσθαι τοῦ μακαρίου δεῖπνου φησὶ, τοὺς μὴ τοιοῦτοις τισὶ προσδεδεμένους, πτωχοῦς τινας καὶ ἀναπήρους. Τοιοῦτοι δὲ ἦσαν πάσαι εἰδωλολιτροῦντες οἱ ἐξ ἐθνῶν ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν τὰς ψυχὰς λελωθημένοι· οὗς ἀκολούθως τῇ ἐπαγγελίᾳ προσδεξάμενος ὁ ἐστιάτωρ, πᾶσαν τὴν νόσον τῶν ψυχῶν αὐτῶν, καὶ μαλακίαν πᾶσαν ἰασάμενος, ἔπειτα τῆς οἰκείας αὐτοῖς μεταδώσει τραπέζης· ὡστ' εἰπεῖν αὐτοῦς· Ἠτολμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξ ἐναντίας τῶν θλιβόντων με· καὶ ἄρτον αὐτοῖς παρέξει καὶ λογικὴν τροφήν· ἐντεῦθεν ἦδη στερεὰς βρώσεως μεταδίδους αὐτοῖς, καὶ οἶνον δὲ αὐτοῦς εὐφρανεῖ λογικῶς· ὡστ' ἂν εἰπεῖν· Καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον με ὡσεὶ κρείτιστον! Ταῦτα δὲ πάντα παρέχει, τοὺς ἀρραβῶνας τῶν οὐρανῶν ἀγαθῶν διὰ τῶν κατὰ τὸν παρόντα βίον χαρισμάτων αὐτοῖς δωρούμενος. Δυνατὸν δὲ καὶ καθ' ἑτέραν ἐκδοχὴν εἰπεῖν, ὅτι οἱ πρῶτοι τῆς κλήσεως ἤξιωμένοι, οὗτοι δ' ἦσαν οἱ ἐκ τῆς περιτομῆς, προσάσει τῆς περὶ τὸ κρείττον ἀσχολίας τὴν κλήσιν ὑβρίσαν· ὡς γὰρ ἔχοντες ἀγροὺς τὰ παρ' αὐτοῖς ἀναγκώσματα, καὶ ὡς βλάς ἀροτῆρας κεκτημένοι τοὺς προφήτας, καὶ ὡς ἂν σοφίαν τινὲς οἶα γυναικί συμβιούντες, τὴν

A *dicens, Ego sum panis vitæ* ¹⁶. Nam per Dei Verbi in principio apud Deum existentis participatione in universa sanctorum rationalis natura vivificatur. Atque hæc sane videtur mihi a præcedentibus doctrinis edoctus homo ille, qui cum Jesu discumbabat, dixisse : *Beatus qui panem comedet in regno Dei!* Neque enim gregarius quivis hanc emisit vocem, sed ut arbitror principalis aliquis inter eos qui a Servatore honorati fuerant. Quare et cum illo recumbebat, et ejus sermonibus prudenter admodum mentem intendebat, ut jam nec regnum Dei ignoraret, imo et illum nosset vitæ panem, qui regno dignos nutrit : tantaque fiducia erat, ut apud ipsum Servatorem dogmaticam quaestionem commoverit : quare et ejus gratia totam Servator instituit parabolam, docens, quisnam esset hic vere beatus, qui panem comedet in regno Dei.

B Multos ergo in parabola ait ad magnam cœnam vocatos, atque ad panem in hac appositum ; cæteroque non omnes gratia positos ; hac enim caruisse vocatos illos, qui aliis negotiis distenti fuerunt, multifariis scilicet ; nam vel pecunia agrisque occupati, vocationi opes prætulērunt, imo adeo vocationem præ his deprecari sunt ; vel vitæ negotiis pressi, vel nuptiarum prolisque vinculis impediti, vel aliis denique id genus curis irretiti. Atque in hos lata sententia hisce verbis est : Dico vobis, neminem illorum virorum, qui, cum vocati fuissent, vitæ occupationes excusaverunt, cœnam meam gustaturum. Porro alios ea fructuosos ait rebus hujusmodi minime obnoxios, nempe tenuiores quosdam et membris mutilos. Erant autem hi dediti olim idolis ethnici, quorum animas scelesti dæmones mane mulciaverant : quos convivii auctor pro sua denuntiatione exceptos, omni animi morbo ac languore expedivit. Deinde vero mense quoque adhibebit, ita ut illi dicturi sint : *Parasti coram me mensam adversus eos qui tribulant me* ¹⁷. Tum panem illis atque alimoniam spiritalem præbebit : atque hinc solido jam cibo impertiet eos, et intellectuali exhilarabit vino. Quare dicent : *Et calix tuus inebrians quam præclarus est* ¹⁸ ! Atque hæc omnia Deus suppeditat, dum ipsis cœlestium bonorum arrhas in hujus vitæ muneribus elargitur. Licet quoque secundum aliam interpretationem dicere, primos vocatione dignanter donatos fuisse qui de circumcissione erant ; verum hi dum melioribus occupatos se dictitant, vocationem contumelia affecerunt : habentesque veluti agros apud se Scripturas, aratores boves prophetas, sapientiæque convictu, uxoris instar, utentes, evangelicam gratiam flocci fecerunt. Qui vero post illos ex alienigenis populis vocati fuerunt, mente antea surdi cæcique, alacriter obaudierunt. Quare et beatitudinem conse-

quuntur. εὐαγγελικὴν ἐξημετέλισαν χάριν· οἱ δὲ μετ' ἐκείνους

¹⁶ Joan. vi, 35. ¹⁷ Psal. xxi, 5. ¹⁸ ibid.

ἐκ τῶν ἀλλοφύλων ἔθνῶν κληθέντες, οἱ πρὶν τὰς διανοίας κωφοὶ καὶ τυφλοὶ, προθυμῶς ὑπήκουσαν· εὐδὸς καὶ τοῦ μακαρισμοῦ τούτωνται.

Existimabil fortasse aliquis eandem esse parabolam quæ apud Matthæum, in qua rex filii sui nuptias facit, servosque dimittit invitatum convivas. Verumtamen is qui non perfunctorio studio legerit, deprehendet mentis attentione parabolam hanc ab illa prorsus differre. Namque illa Matthæi cælorum ante omnia regno ea quæ dicuntur comparat ; hic nihil ejusmodi fit. Illic convivii auctor regiam personam gerit ; hic privatus homo introducitur. Ibi nuptias filii rex celebrat, hic simplex cœna est. Ibi multi legatione funguntur, hic unus vocator mittitur. Ibi partim socordes venire neglexerunt, partim etiam servos contumeliis affectos interemerunt ; hic unice obtendunt occupationem, ut se vocati excusent. Rursus ibi rex exercitum commovet adversus servorum suorum interfectores, hic homo quamvis iratus recusantibus invitatis, nihil ejusmodi facit : servo tamen suo mandat, ut pauperes et membris mutilos et cæcos convocet. At ille qui ad filii nuptias invitat rex, famulis pluribus utitur : neque pauperes, membris mutilos, cæcos, claudos ad se cogit : haud enim regis nuptiis tales interesse invitatos decuit. Tum e numero convivarum quendam indigna nuptiis veste indutum rex punit. Denique quod est omnium potissimum, Matthæi parabola intra templum dicta fuit, coram pontificibus ac populi senioribus concionante Domino : Lucæ parabola in Galilæa domi cujusdam principis Pharisæi privatam cœnam exhibet, convivante apud eum Servatore. Ergo Lucas sic prafatur parabola: nempe Jesum in ades cujusdam e Pharisæis venisse ut Sabbato cibum sumeret ; hos autem mentem illi intendisse. Tum narrat hydropici hominis curationem, atque uti Jesus docuerit quominus primos accubitus in conviviis ambirent, neque invitarent eos a quibus vicissim invitandi forent, sed eos potius qui remunerari nequirent. Addit, quemdam e discumbentibus hæc audientem dixisse, *Beatus qui panem comedet in regno Dei !* Jesum autem sic orsum loqui : *Homo quidam fecit cœnum magnam.* Atque ita Lucas præsentem parabolam tradit narratam a Servatore ei qui dixerat, *Beatus qui panem comedet in regno Dei.* Quare omnino fatetur diversam hanc esse a superiore parabolam. Sed tamen quia ne ipsa quidem a cælorum regno abhorret, de quo omnis nobis institutus sermo est, videamus porro quid significant etiam ea quæ in hac proponuntur. Unus recumbentium et convivantium cum Servatore in Pharisæi domo, sermonibus ejus commotus, beatum exclamat illum fore qui ad pa-

(65) Triplex est loci hujus Eusebiani, mutatis sæpe verbis, excerptum. Primum: in præcedentibus dedimus ex catena anonymi auctoris in codice B. Alterum est hoc excerptum, ex catena Nicetæ in codice A. Tertium est in codice E, ex catena item Macarii Chrysocephali, qui cum Nicetæ congruit, præterquam initio, quod ita se habet: Πολλοὶς τισιν ἰδοῦς τὴν αὐτὴν παραβολὴν εἶναι ταύτην τὴν παρὰ

Δόξειεν (65) ἂν τις τὴν αὐτὴν εἶναι παραβολὴν τῇ παρὰ τῷ Ματθαίῳ, ἐν ἧ βασιλεὺς ἐστὶ γάμους ποιῶν τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ δούλους ἀποστέλλων καλεῖσαι τοὺς κεκλημένους. Ὁ δὲ μὴ παρέργως προσέχων τῇ ἀναγνώσει εὐροὶ ἂν ἐπιστήσας τὸν νοῦν παντάπασιν ἡλλοτριωμένην ταύτην ἐκείνης. Ἢ μὲν γὰρ παρὰ τῷ Ματθαίῳ πρῶτον ἀπάντων τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν παρέβαλε τὰ λεγόμενα· τοῦτο δ' ἐνταῦθα οὐ λέλεκται. Κάκει μὲν ἀφωμόνον τὸν κλητόρα βασιλεῖ, ἐνταῦθα δὲ ψιλὸν ἀνθρώπων εἰσάγει· κάκει μὲν γάμους τῷ υἱῷ ὁ βασιλεὺς ἐτέλει, ἐνταῦθα δὲ ἀπλῶς δεῖπνον· κάκει μὲν πολλοὶ ἀποστέλλονται, ἐνταῦθα δὲ εἰς μόνος ἐπὶ τὴν κλήσιν ἐκπέμπεται· κάκει οἱ μὲν ἀμελήσαντες οὐκ ἀπήντων, οἱ δὲ λοιποὶ καὶ τοὺς δούλους ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν· ἐνταῦθα δὲ μόνον σκίπτονται ἀσχηλῶν, παραιτούμενοι τὴν κλήσιν· ἐκεῖ πάλιν ὁ βασιλεὺς στρατεύματα κινεῖ κατὰ τῶν ἀνηρηκότων τοὺς αὐτοῦ δούλους· ἐνταῦθα δὲ ὁ ἀνθρώπος ἐργισθεὶς ἐπὶ τῇ παραίτησει τῶν κεκλημένων, οὐδὲν μὲν τοιοῦτον ποιεῖ, τῷ δ' αὐτοῦ δούλῳ προστάττει πτωχοὺς καὶ ἀναπήρους καὶ τυφλοὺς εἰσαγαγεῖν. Ὁ δὲ ἐπὶ τοὺς γάμους τοῦ υἱοῦ συγκαλῶν βασιλεὺς, δούλοις πλείοσιν ὑπερέταις χρώμενος, οὐ πτωχοὺς καὶ ἀναπήρους, ἀλλ' οὐδὲ τυφλοὺς καὶ χωλοὺς εἰσάγει· ἐπειδὴ μὴδ' ἐπρεπεν ἐπικληθεῖ γάμου βασιλικῷ τοιοῦτους παρῆναι· κληθέντων δὲ πολλῶν, τὴν ἀνάξια γάμου ἐνδεδυμένον ὁ βασιλεὺς τιμωρεῖται. Τὸ δὲ πάντων κεφαλαϊωδέστατον, ὅτι ἡ μὲν παρὰ τῷ Ματθαίῳ παραβολὴ ἔνδον ἐν τῷ ἱερῷ λέλεκτο, πρὸς τοὺς ἀρχιερέας καὶ πρεσβυτέρους τοῦ λαοῦ διαλεγόμενον τοῦ Σωτῆρος· ἡ δὲ παρὰ τῷ Λουκᾷ ἐπὶ τῆς Γαλιλαίας ἐν οἰκίᾳ τινὸς ἀρχοντος Φαρισαίου ψιλὸν δεῖπνον κατασκευάζει, ἐστιωμένον παρ' αὐτῷ τοῦ Σωτῆρος. Προλέγει γοῦν τῆς προκειμένης παραβολῆς ὁ Λουκᾶς ταῦτα· ὅτι εἰσῆλθεν εἰς οἶκόν τινος Φαρισαίου ἐστιαθῆναι ἐν Σαββάτῳ· οἱ δὲ παρετηροῦντο αὐτόν. Εἶτα διελθὼν, ὡς ὑδρωπικὸν ἐθεράπευσε, καὶ ὡς ἐδίδαξε μὴ τὰς πρωτοκλισίας ἐν τοῖς δεῖπνοις μεταδιώκειν, μὴδὲ καλεῖν τοὺς ἀντικαλέσσοντας, ἀλλὰ τοὺς ἀντιδοῦναι μὴ δυναμένους, ἐπιφέρει, ὅτι ἀκούσας τις τῶν συνανακειμένων ταῦτα εἶπε, *Μακάριος ὁστις φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ!* Ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ· *Ἀνθρώπος τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα.* Οὕτω δ' ὁ Λουκᾶς τὴν προθεθεῖσαν παραβολὴν ἀνέγραψεν εἰρησθαι ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος πρὸς τὸν εἰρηκότα, *Μακάριος ὁστις φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ!* ὥστε ἐξ ἄπαντος ὁμολογεῖν ἐτέραν εἶναι ταύτην παρὰ τὴν πρώτην. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἄλλοτρία τυχάνει οὐδ' αὐτῆς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, περὶ ἧς ἡμῖν ὁ πᾶς ἐνέστηκε λόγος, ἴδωμεν τί βούλεται καὶ τὰ διὰ ταύτην δηλούμενα. Τῶν συνα-

τῷ Λουκᾷ, καὶ τὴν παρὰ τῷ Ματθαίῳ περὶ τοῦ γάμου διαλαμβάνουσαν, διὰ τὸ καὶ ἐκεῖ παραίτησιν τῶν κεκλημένων εὐρίσκεισθαι. Ὁ δὲ μὴ παρέργως, etc. *Compluribus visum est, eandem esse parabolam tum quæ apud Lucam tum quæ apud Matthæum recitatur de nuptiis, quia et in hac altera excusationem vocatorum comperimus. Verumtamen qui haud perfunctorio studio, etc.*

κακειμένων τις τῷ Σωτῆρι ἐν τῇ τοῦ Φαρισαίου οἰκίᾳ καὶ συνεσιωμένων, ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων κινήθεις, μακαρίζει τὸν καταξιοθεσόμενον φαγεῖν ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ. Οἶμαι δ' αὐτὸν τοῦτο εἰρηκέναι διὰ τὸ φάναι τὸν Σωτῆρα τῷ κεκλητότι αὐτόν. Ὅταν ποιῆς ἄριστον, μὴ πλουσίους κάλει, ἀλλὰ πτωχοῦς, καὶ μακάριος ἔση. Πρὸς τοῦτον οὖν φησιν· Ἀνθρωπὸς τις ἐποίησε δεῖπνον μέγα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἦρξαντο ἀπὸ μιᾶς παραιτεῖσθαι πάντες.

Ἐπὶ τὸ λογικὸν συμπόσιον οὐκ ἀπήντησαν, φιλήθονοι μᾶλλον ὄντες ἢ φιλόθεοι, καὶ τῆς ὕλης ἢ τοῦ Θεοῦ· φιληθονίας μὲν γὰρ δεῖγμα γυνή· ἀγρὸς δὲ καὶ ζεύγη τῆς φιλοχρημοσύνης. Πολλοὺς μὲν οὖν κεκλησθῆσαι φησι ἐπὶ τὸ μέγα δεῖπνον καὶ τὸ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης λογικὸν συμπόσιον τῶν ἱερῶν καὶ θείων Γραφῶν, μὴ μὴν τοὺς πάντας τῆς χάριτος ἐπιτυχάνειν· ἀποστερεῖσθαι γὰρ αὐτῆς τῶν κεκλημένων τοὺς περὶ ἕτερα ἠσχολημένους. Περιπαῖν γὰρ καὶ ἀφέλκειν τῆς κλήσεως τὰς τοῦ βίου φροντίδας διδάσκει· ταύτας δ' εἶναι διαφορὰς· ἢ γὰρ περὶ τὰ κτήματα καὶ ἀγροὺς ἀσχολούμενοι, ταῦτα τῆς κλήσεως ἠροτετιμήκασι, ὡς παραιτησάσθαι τολμήσαι διὰ ταῦτα τὴν κλήσιν· ἢ περὶ τὰς τοῦ βίου πραγματείας κατατριβόμενοι· ἢ δεσμῶ γάμων καὶ παιδῶν ἐμπεπλεγμένοι· ἢ τισιν ἄλλοις τοιοῦτοις φροντίσμασι ἠσχολημένοι. Ταῦτα γὰρ καὶ τοιαῦτα ἐπάγειν καὶ περιέλκειν εἴθε τοὺς διὰ ταῦτα τὴν χάριν παραιτεῖσθαι τολμώντας, καὶ τὸν κλήτορα, καὶ τὸ τῆς καινῆς διαθήκης συμπόσιον, καὶ τὴν λογικὴν τροφήν ὧν ἀπάντων ἐστέρησαν ἑαυτοὺς, κατὰ μὲν τὴν ἀποδοθεῖσαν ἐρμηνείαν, οἱ προτιμήσαντες τῆς οὐρανίου κλήσεως τὰ ἡδέα τοῦ παρόντος βίου, πλοῦτον δηλαδὴ καὶ πραγματείας καὶ γάμων, καὶ διὰ ταῦτα τὴν χάριν παραιτησάμενοι· κατὰ δ' ἑτέραν ἐκδοχὴν οἱ πρῶτοι τῆς κλήσεως ἠξιοῦμενοι, οὗτοι δ' ἦσαν οἱ ἐκ περιτομῆς, οἱ δὲ προφάσει τῆς περὶ τὸ κρεῖττον ἀσχολίας τὴν κλήσιν ὕδρισαν. Ὡς γὰρ ἔχοντες ἀγροὺς τὰ παρ' αὐτοῖς ἀμφιλαφεῖ ἀναγνώσματα, καὶ ὡς βόας ἀροτήρας κεκτημένοι τοὺς παρ' αὐτοῖς προφήτας, καὶ ὡς ἂν σοφία τιμὴ οἶα δὴ γυναικὶ συμβιοῦντες, τὴν εὐαγγελικὴν ἐξευτέλισαν χάριν. — Ἐπειδὴ δὲ ἦσαν οὕτω παχεῖς τὴν καρδίαν, ἐξυφαίνει παραβολὴν ἀποχρώντως ἔχουσαν εἰς παράδειξιν τῆς ἐπ' αὐτοῖς ἐσομένης οἰκονομίας· πρὸς γὰρ τὸ μακάριος ἔση ἀποθλέπων, καὶ πρὸς τὸ ἀνταποδοθήσεται σοι ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων, ὁ συνακαίμενος μακαρίζει τὸν μέλλοντα καταξιοῦσθαι τοῦ ἐν τῇ βασιλείᾳ ἄρτου. Οὗτος δὲ ἦν ὁ κατ' ἀνταπόδοσιν τῆς εἰς τοὺς πτωχοὺς φιλανθρωπίας, ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων ἀποδοθησόμενος τῷ μακαρίζομένῳ, τῆς ἀναστάσεως καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς νοουμένης. Πρὸς οὖν τὸν εἰρηκῶτα, Μακάριος ὅστις φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, τίς ἂν γένοιτο οὗτος ὁ μακάριος, διὰ τῆς παραβολῆς ὁ Σωτῆρ παρίστησιν.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἐκλήθησαν πολλοὶ εἰς τὸ πάντα ἔτοιμα φέρον δεῖπνον (τῆς γὰρ βασιλείας ἀξίως ὁ οἰκοδεσπότης τὸ τοιοῦτον ποιεῖ δεῖπνον), παρητήσαντο δὲ τὴν χάριν, περὶ μὲν τούτων ἀπόφασις ἐξηγήσεται

¹⁹ Luc. xiv, 18.

A nem manducandum in regno Dei dignanter fuerit admissus. Puto autem hoc dictum fuisse, quia Servator invitanti se dixerat : Cum prandium feceris, noli divites vocare, sed pauperes, ut beatus sis. Huic ergo respondens ait : *Homo quidam fecit cœnam magnam, et reliqua.*

¹⁹ *Cœperunt simul omnes excusare.*

Ad rationale convivium non venerunt, quia voluptatum potius atque materiæ quam Dei amatores erant. Nam voluptatis argumentum uxor ; ager autem ac boves, avaritiæ. Multos itaque vocatos dicit ad magnam cœnam, et rationale per universum orbem convivium sacrarum ac divinarum Scripturarum, non tamen omnes gratia potiri, qua vocati privantur quia rebus aliis curam impendunt. Et enim distrahere atque avertere a vocatione sollicitudines mundi docet, quæ variæ sunt : nam vel possessionibus agrisque intenti, eas res vocationi anteferunt ; ita ut excusare se vocati idcirco audeant. Vel vitæ negotiis atteruntur, vel nuptiarum ac liberorum vinculis implicantur, vel aliis hujusmodi curis dediti sunt. Hæc enim et alia hujusmodi abducere ac distrahere solent eos qui gratiam repudiare, vocantemque, nec non novi fœderis convivium, et intellectualem escam, audent. Quibus omnibus semet ornaverunt, secundum hanc quidem interpretationem, ii qui cœlesti vocationi juvenilitate hujus mundi prætulērunt, divitias nimirum, negotia et nuptias ; quorum causa gratiam recusarunt. Secundum aliam vero interpretationem, priores illi dignanter vocati, id est populus circumciscus, qui melioris instituti prætextu vocationem spreverunt. Nam quasi agros haberent copiosos suas Scripturas, et boum arantium instar prophetas suos, et cum sapientiâ sua veluti uxore conviventes, evangelicam gratiam despulerunt. — Quia vero tantopere rudi corde erant, nectit parabolam idoneam demonstrando futuram apud ipsos gerendam rerum rationem. Namque ad illa verba *beatus eris* atque ad illa *retribuetur tibi in resurrectione justorum*, respiciens conviva, beatum appellat eum qui in regno dignus erit vesci pane. Porro hic intelligitur qui dandus erit remunerandi causa benigritatem pauperibus exhibitam ; qui in resurrectione justorum retribuendus est beato illi : nam resurrectio idem esse intelligitur ac regnum Dei. Dicenti ergo, *Beatus qui manducat panem in regno Dei*, parabolam exponit Servator docens quisnam sit ille beatus.

Quoniam itaque vocati sunt multi ad paratam cœnam (nam pro dignitate regni sui paterfamilias cœnam hujusmodi facit), sed gratiam repudiaverunt, de his lata sententia fuit dicendo : *Neminem viro-*

rum illorum qui vocati fuere, et ob suas mundanas occupationes recusavere, cœnam meam gustaturum: alios autem, horum loco, vitæ negotiis minime implicitos, dignos habitum iri ait beata cœna, nempe pauperes quosdam et cæcos et mutilos, qui vocationi non restiterunt; quia neque emebant, neque vendebant, neque nuptiis operam dabant, neque alio quolibet negotio distrahebantur, sed prompte expediteque gratiam admiserunt. Quos invitator, primo quidem incolumes faciet, quia facile omnem morbum atque languorem sanat. Deinde etc. Quæ omnia sibi interdixerunt recusantes illi Judaicæ synagogæ principes; quorum loco plebs morigera fuit, quæ in plateis urbis, nempe in legall politia, vivebat. — Fortasse autem his hominibus, ethnicos denotare volebat, qui ad ejus magisterium erant accessuri. Hi antea idololatræ erant, quorum animas mali dæmones vitaverant; quos consentaneæ invitationi suæ suscipiens convivator, primum quidem sanos incolumesque efficiet, cœlorum oculos reserans, omni morbo omnique languori animarum ipsorum medens; deinde iisdem spiritalem cœnam exhibebit. Primi itaque vocati sunt circumcisi, qui adversus gratiam contumeliosi fuerunt. Secundi alienigenæ ethnici, qui antea cæca mente erant, et muti, et claudi, ac muti, qui etiam alacriter obtemperarunt. Jam in plateis versantes, ii credendi sunt qui lata perditionis via incedunt, et sine doctrina dogmatibusve vivunt. Tum latentes in angulis, ii qui malitiam quolibet prætextu velant. Reliqui demum tertio loco de viis sapibusque vocati, animæ in Inferis detentæ. Multa enim sunt illarum itinera quæ hinc abeunt quibus post corporis depositionem prædicavit Servator. Clementer vero iis etiam necessitatem imponit, qui nondum sua voluntate moventur. Talis est cœna quæ hic invitatis parata est. Tales etiam vocati, quorum alii contumaces, ideoque jejuni; alii morigeri, ideoque admissi. Tu vero mihi hinc mentem transfer, etc. Beati ergo qui nunc esuriunt et sitiunt justitiam, quia tunc saturabuntur, cœna regia epulantes, et vitæ panem participant, novique calicis lætitiâ. Quarum rerum symbola ante passionem peragens Servator: *Non bibam*, inquit, *amodo ex hoc genimine vitis usque in diem illum, quo illud vobiscum novum bibam in regno Patris mei* ²⁹. Plena est bonarum rerum mensa, qua vescuntur ii quibuscum fœdus disposuit, propterea quod secum in tentationibus permanserint, ut manducent ac bibant in mensa ejus, pane cœlesti animarum sanctarum nutritore pasti, vinumque novi geniminis veræ vitis participantes, quam ipse omnium Deus ac pater excolens, novum ex ipsa fructum dignis propinabit.

Ἐν τῷ ἐπιπέδῳ καὶ πίνωσιν ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ, ἄρτι μὲν οὐρανίῳ ψυχῶν ἁγίων θρησκευτικῶν τραφησόμενοι, οἶνον δὲ τοῦ καινοῦ γεννήματος τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου μεταληψόμενοι, ἦν αὐτὸς ὁ τῶν ὄλων θεὸς καὶ Πατὴρ γεωργῶν τὸ καινὸν ἐξ αὐτῆς γέννημα τοῖς τότε ἀξίοις παρέξει.

²⁹ *Quod si in te peccaverit frater tuus.*

Hic vult eos, qui injuriis lacessiti fuerunt, erga

²⁹ Matth. xxvi, 29. ³¹ Luc. xvii, 3.

ἢ φήσασα ὅτι· Οὐδέεις τῶν ἀνδρῶν ἐκεῖνων τῶν κεκλημένων, καὶ διὰ τὰς βιωτικὰς ἀσχολίας παραιτησαμένων, γεύσεται! μου τοῦ δείπνου· ἐτέρους δ' ἀντὶ τούτων τοὺς μὴ περιπεπλεγμένους ταῖς τοῦ βίου πραγματίαις, καταξιοθῆσθαι φησι τοῦ μακαρίου δείπνου, πτωχοῦς τινὰς καὶ τυφλοὺς καὶ ἀναπήρους, τοὺς μηδαμῶς παραιτησαμένους τὴν κλήσιν, διὰ τὸ μῆτε ἀγοράζειν, μῆτε πιπράσκειν, μῆτε γάμμισχολάζειν, μῆθ' ὑφ' ἐτέρων τινῶν τοιούτων περιέλκεσθαι, προθύμως δὲ καὶ ἐτοιμῶς καταδέχεσθαι τὴν χάριν· οὗς ὁ καλέσας πρῶτον μὲν ὑγιεῖς καταστήσει, οἷός τε ὦν βραδίως πάσῃ νόσον καὶ πάσαν μαλακίαν θεραπεύειν· ἔπειτα, etc. (ut col. 573). Ὡν ἀπάντων ἐστέρησαν ἑαυτοὺς οἱ παραιτησάμενοι, τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς οἱ ἄρχοντες· μεθ' οὗς ἡ πλειὸς ὑπήκουσεν, ὡς πλατείας πόλεως τῆ κατὰ νόμον πολιτεία ζωσα. — Τάχα δὲ διὰ τούτων τοὺς ἐξ ἐθνῶν ἠνίττετο, τῷ αὐτοῦ λόγῳ προσεῖναι μέλλοντας. Τοιοῦτοι δὲ ὑπῆρχον οἱ πρὶν εἰδωλολάτραι ὑπὸ δαιμόνων πονηρῶν τὰς ψυχὰς λελωθημένοι· οὗς ἀκολούθως τῆ ἐπαγγελίᾳ ὑποδεξάμενος ὁ ἐστιάτωρ, πρῶτα μὲν σώους καὶ ὑγιεῖς ἀποκαταστήσει, ἀνοίξας τυφλῶν ὀφθαλμοὺς, πάσῃν τε νόσον καὶ πάσαν μαλακίαν τῶν ψυχῶν αὐτῶν ἰασάμενος· ἔπειτα τὸ πνευματικὸν αὐτοῖς παραθήσει δείπνον. Πρῶτοι μὲν οὖν ἐκλήθησαν οἱ ἐκ περιτομῆς, οἱ καὶ τὴν χάριν καθύδριον· δεῦτεροι δὲ μετ' ἐκείνων οἱ ἐκ τῶν ἀλλοφύλων ἐθνῶν, οἱ πρὶν τὰς διανοίας τυφλοὶ καὶ ἀνάπηροι· καὶ χωλοὶ καὶ κωφοί, οἱ καὶ προθύμως ὑπήκουσαν· εἶεν δ' ἂν ἐν πλατείας μὲν οἱ τὴν εὐρύχωρον τῆς ἀπωλείας ὁδὸν βαδίζοντες, καὶ βιούντες ἀνευ διδαχῆς καὶ δογμάτων· ἐν δὲ ρύμαις, οἱ συστέλλοντες τὴν κακίαν οἷα δήποτε προφάσει· οἱ δὲ λοιποὶ, οἱ ἐξ ἐσχάτων ἀπὸ τῶν ὁδῶν καὶ φραγμῶν καλούμενοι τρίτοι, αἱ ἐν ἄδου ψυχαί· πολλὰ γὰρ ὁδοὶ τῶν ἐξεληθόντων τὸν βίον τοῦτον· αἱς ἐκήρυξε μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τοῦ σώματος ὁ Σωτὴρ· φιλανθρωπῶς δ' ἀνάγκην προσάγει τοῖς οὐκέτι αὐτεξουσίοις. Τοιοῦτον μὲν δὴ τὸ δείπνον, ὅπερ ἐνταῦθα τοῖς δαιτυμόσιν ἡτοίμασται· καὶ τοιοῦτοί τινες οἱ καλούμενοι, οἱ μὲν ἀπειθεῖς, καὶ διὰ τοῦτο ἀπομομένους ἄγευστοι· οἱ δὲ εὐπειθεῖς, καὶ διὰ τοῦτο προλαμβανόμενοι. Σὺ δὲ μοι ἐντεῦθεν μετὰ τὴν διανοίαν, etc. (ut col. 572). Μακάριοι γοῦν· οἱ νῦν πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, ὅτι τότε χορτασθήσονται, τοῦ δείπνου τοῦ βασιλικοῦ ἐμφορούμενοι καὶ μεταλαμβάνοντες τοῦ ἄρτου τῆς ζωῆς, καὶ τῆς εὐφροσύνης τοῦ καινοῦ ποτηρίου. Ὡν τὰ σύμβολα ἐπιτελῶν πρὸ τοῦ πάθους ὁ Σωτὴρ, Οὐ μὴ πίω, ἔφη, ἀπ' ἄρτι ἐκ τούτου τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ὅταν αὐτὸ πίνω μεθ' ὑμῶν καινὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Πατρὸς ἐμοῦ· πλήρης ἀγαθῶν τράπεζα, ἧς μεταλήψονται οἱς τὴν διαθήκην διέθετο. διὰ τὸ μεμενηχέναί μετ' αὐτοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς.

Ἐὰν δὲ ἀμαρτή εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου.

Ἐνταῦθα τοὺς ἐν προκοπῇ γενομένους συγχωρη-

τικούς εἶναι τοῖς πταιήσασιν βούλεται, θεραπεύων δὲ τὴν νόσον ἐν αὐτοῖς πολλὰκις ἐμφυομένην, ἐκκόπτων τὴν κατὰ τῶν πταιόντων ἀποτομήν. Κατεπαίρεσθαι γοῦν εἰώθαμεν, ὡς μήτε παρακλήσεις τῶν ἡμαρτηκότων, μήτε τῶν ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβευόντων ἱκετηρίας παραδέχεσθαι· μηδὲ μὴν ὑπολογίζεσθαι ὅσα δὴ καὶ οὗτοι οἱ ἄνθρωποι πταίνοντες συγγνώμης τῆς παρὰ τοῦ μεγάλου κριτοῦ δεόμεθα. Εἰκότως οὖν παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ τῇ παραβολῇ κέχρηται, ἐν ἣ ὀφείλεται ἰσάγονται, ὁ μὲν μυρία τάλαντα ὄφειλων, ἃ καὶ ὀφείθη αὐτῷ προσπεσόντι· ὁ δὲ ἑκατὸν δηνάρια, ἐφ' ἧς ἀπεπνίγετο παρὰ τοῦ ἀφένοντος τὰ πολλὰ ἐκεῖνα τάλαντα. Δι' ἧς διδάσκει, ὅτι μὴ ἄλλως τυχεῖν δυνατὸν ἐστὶ τῆς βασιλείας, κἂν πολλὰ τις κατορθώσῃ, μὴ τὸν ἀγαθὸν Θεὸν μιμησάμενος κατὰ τὸ ἀμνησίσκαον· ἐπειδὴ περ ἡ βασιλεία, κρίσει τοὺς ἀξίους παραδεχόμενήν, τοὺς μὴ συγχωρητικούς καὶ τὸν ἀγαθὸν τῶν ὄλων κριτὴν κατὰ τοῦτο μιμουμένους οὐ παραδέχεται. Οὐ γὰρ ἂν ἔχει τις εἰπεῖν τοσαῦτά τινα πεπλημμεληθέναι εἰς ἑαυτὸν, ὅσα περ αὐτὸς τὸν πάντα χρόνον τῆς αὐτοῦ ζωῆς παρὰ τὸ βούλημα τοῦ Θεοῦ πράξας ὀφειλέτης ἐστί· ποτὲ μὲν γὰρ διὰ τοῦ λόγου πταίομεν, ποτὲ δὲ δι' αἰσχυρῶν καὶ πονηρῶν ἐπιθυμημάτων τε καὶ πράξεων. Πλὴν ὅμως τοσαῦτα πταίνοντες, οὐκ ἀπογινώσκουραν τὰς παρὰ τῷ Θεῷ ἐλπίδας, διὰ τὸ φιλόνηθρον καὶ ἀνεσίκαον ἐλεημονικὸν τε καὶ συγχωρητικὸν τοῦ Θεοῦ. Οὐκοῦν ἔπεται τῷ αὐτῷ μέτρῳ, καὶ ἡμᾶς μετρεῖν τοῖς εἰς ἡμᾶς ἀμαρτάνουσι· μηδὲ κατὰ τὸν Πέτρον ἀκριβολογεῖσθαι τῇ φιλόνηθρῳ, καὶ μέχρις ἑβδόμου ἀριθμοῦ τοῖς εἰς ἡμᾶς ἡμαρτηκόσι συγχωρεῖν· κατὰ δὲ τὸν συμπαθεῖ καὶ ἐλεήμονα Σωτῆρα μέχρι τοῦ ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ· οὐ πάντως τὰ τοσαῦτα περιεργαζομένους ἀμαρτήματα, καὶ ὡς περ ἰναγραφὴν αὐτῶν ποιουμένους καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐκ δὲ τούτου τὸ ἀπερίοριστον διδασκομένους. Πυθόμενον γὰρ τοῦ Πέτρον ἐπὶ πόσοις τοῖς εἰς ἡμᾶς ἀμαρτανόμοις συγχωρεῖν δεοί, καὶ ἀριθμὸν ὀρίσαντος τὸν ἕως ἑπτάκις, ὁ Σωτῆρ τὸν ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτὰ εἰσήγαγε, καθ' ὃν δεῖ καὶ ἡμᾶς ἀρτεῖναι, εἰδότας καὶ πεπεισμένους, ὡς ἔσται καιρὸς καθ' ὃν συναρθῆσεται πρὸς ἡμᾶς λόγος ὑπὸ τοῦ πάντων κριτοῦ τε καὶ βασιλέως, ἐπειδὴν οἱ πάντες παραστῶμεν τῷ βήματι αὐτοῦ, ὅτε ὃ μέτρῳ μετροῦμεν, ἀντιμετρηθῆσεται ἡμῖν. Ὁ μὲν γὰρ μέγας βασιλεὺς ἐντεῦθεν ἤδη πᾶσιν ἡμῖν τοῖς χρεωφειλέταις πολλῶν τάλαντων κατὰ τὸ πρέπον αὐτοῦ τῇ φιλόνηθρῳ τὸ πᾶν ἀνήκε χρέος, δούς ἄφεσιν ἀμαρτημάτων καὶ ἐξαλείψας τὸ καθ' ἡμῶν χειρόγραφον· ἡμεῖς δ' ἐπὶ βραχείσι πταισμάσι τοὺς συνδούλους ἀποπνίγομεν, καὶ παρακαλοῦμενοι οὐ συγχωροῦμεν τὰ εἰς ἡμᾶς ἐπταισμένα, μὴ ἐπιμετροῦντες τὰ ἴσα οἷς παρὰ Θεοῦ τετυχήκαμεν τοῖς ἡμετέροις οἰκέταις. Εὐλόγως οὖν ἀγανάκτησις καθ' ἡμῶν ἐξενεχθήσεται· καὶ ὁ τὴν πᾶσαν ἡμῖν ὀφειλὴν ἀφελὲς Δεσπότης οὐκέτι· ἀφήσει ἡμῖν· ἀλλ' ὃ μέτρῳ μεμετρήκαμεν ἀσυμπαθεῖ καὶ ἀνελεεῖ καὶ ἀποτόμῳ, ἐπιμετρήσει ἡμῖν καὶ τὸν ἐξ ἡμῶν κατὰ τῶν ἡμετέρων συνδούλων ὅρον καθ' ἡμῶν ἐπαρτήσῃ. Ἐφεύ-

A offensores suos indulgentiam expromere : sanaque dirum morbum sæpenumero illorum animis inna-scentem, atque odium quo sibi maleficos prosequuntur resecat. Quippe aden exacerbari solemus, ut neque peccantium obtestationes, neque supplices intercessorum preces admittamus, neque reputemus quanta et nos humanæ conditionis peccata ignosci nobis a magno iudice egeamus. Aptè igitur apud Matthæum ²² parabola Servator utitur, in qua debitores introducuntur quorum alter decem millia talentorum debebat, quæ ipsi supplici condonata fuere; alter autem centum denarios, quorum causa suffocabatur ab eo, cui tantus ille talentorum numerus remissus fuerat. Quia parabola docet, haud licere regnum adipisci, quanquam alioqui multa recte aliquis fecerit, nisi Dei bonitatem injuriarum oblivione imitetur. Nam regnum quod non nisi iudicio probatos recipit, alienis a clementia neque omnium iudicem hac virtute imitantibus haudquam patet. Neque enim quempiam tanta in nos peccasse affirmabimus, quanta nosmet per universæ vitæ tempus adversus Dei voluntatem patravimus, ideoque debitores evasimus. Nam modo sermone offendimus, modo turpibus vitiosisque cupiditatibus atque actibus. Nihilominus qui tanta delinquimus, fiduciam placandi Dei non omittimus, quem benevolum hominibus, patientem ac misericordem veniæque primum scimus. Consentaneum est igitur ut eadem mensura iis, quorum offensæ in nos existiterunt, largiamur : neque, ut olim Petrus ²³, minuta benevolentia simus, neque injuriarum remissionem septenario numero coarctemus; imo vero septuagies septies cum clemente misericordique Servatore parcamus. Quare offensas ne sedulo ventilemus, neque harum veluti commentarium in dies conficiamus. Nunc enim indulgentiam sine fine docemur. Etenim interrogante Petro quoties peccantibus adversus nos indulgere oporteret, numerumque septenarium desinente, Servator usque ad septuagies septies produxit veniæ dandæ a nobis numerum; probe nimirum consciis, tempus affore quo rationes nobiscum ponentur ab universali iudice ac rege, cum omnes ante ejus tribunal constituemur, et qua mensura mensi fuerimus, remetietur nobis. Etenim nunc magnus rex cunctis nobis multorum talentorum debitoribus, prout suam clementiam decebat, debitum remisit, dans peccatis veniam, delensque scriptum contra nos chirographum : nos autem leves ob culpas conservos suffocamus, atque obsecrati minime remittimus quæ in nos peccata fuerint; familiaribus nostris haud paria facientes iis, quæ nos a Deo consecuti sumus. Merito itaque nobis irascetur is qui omne debitum nobis condonaverat Dominus : neque jam nobis parcat; sed qua mensura mensi fuerimus, dura videlicet, immisericorde et aspera, eadem nobis retribuet; latamque a nobis adversus conservos no-

²² Matth. xviii, 24. ²³ ibid., 21.

stros sententiam, de nobismet pariter dicit. Secus vero licet cuique bonæ sententiæ genus sibi apud illud tribunal comparare, si ipse antea sit beuignus, et alienis contra se peccatis indulgeat.

²⁴ *Et dicent vobis : Ecce hic, vel ecce illic.*

Hæc secundum Matthæum dicta sunt de Hierosolymorum excidio. Quare illic addebatur : *Tunc qui in Judæa sunt, fugiant ad montes* ²⁵. Verumtamen hic de Antichristi temporibus Servator proloquitur ; ideoque verba illa non adjunguntur.

²⁶ *Primum oportet illum multa pati.*

His verbis futuram quoque aliquando apostasiam innuit dum ait : Primum oportet illum multa pati, et reprobari a generatione hac, nempe hominum. Nam repulsum atque improbatum iri Evangelium ejus, populumque ejusdem magnopere afflictum iri, vaticinatus est ; sive in consecutis deinde persecutionibus, quibus furentibus sexcenta ipse Servator passus est, maledictis hominum appetitus ; sive Ecclesia ejus atque doctrina cum exagitaretur atque oppugnaretur ; sive in universi consummatione, cum Evangelium ejus omnino improbabitur, atque ex hominum cœtu exterminabitur.

²⁷ *Et sicut accidit Noachi temporibus, etc.*

Sic igitur repulso, uti dictum est, per apostasiam sermone evangelico, more malorum quæ diluvii tempore contigerunt, impiis, inquit, hominibus exitium superveniet. Et quidem sicut omnes tunc perierunt, exceptis duntaxat qui cum Noacho in arca constiterant ; ita in Domini adventu, scelesti homines per apostasiam tempus luxuria et ebrietatibus et nuptiis et cæteris vitæ voluptatibus occupati, ea ratione peribunt qua illi Noachi ætate diluvio submersi. Ne quis autem existimaret hos quoque aquis obrutum iri, necesse fuit Loti exemplum commemorare ; *Sicut, inquit, Loti tempore edebant et bibebant, et reliqua : Porro die qua Lotus Sodomis egressus est, ignis cælo pluit cunctosque incolas perdidit. Hujusmodi, inquit, dies erit qua Filius hominis revelabitur* ²⁸. Quibus verbis mystice admodum ac terribiliter docet, fore ut igne ac sulfure cælis misso impios omnes ira Dei corripiat. Idcirco impios hanc diem adesse orantes prophetica vox increpat dicens : *Væ desiderantibus diem Domini ! Cur ? Vobis hæc dies, tenebræ et non lux, dies tenebrarum et caliginis, dies calamitatis et exterminii* ²⁹. Sedulo autem Servator hic quoque cavit, quominus diceret ignem et sulfur antea cælo pluisse in impios Sodomorum cives, quam Lotus egressus eorum cœtu separaretur. Sic diluvium neque inundavit, neque nersit universos orbis incolas, priusquam Noachus in arcam introiret. Ita prorsus in mundi consummatione haud ante eventurum peruentium impiorum diluvium ait, quam in cælesti arca congregentur incolæ quicumque tunc pii homines erunt, prorsus ut Noachi exemplum reno-

ροι δὲ τις ἐαυτῶ μέθοδον ἀγαθῆς ἀποφάσεως τῆς ἐπὶ τοῦ δικαιοτηρίου ἐξενηχοσημένης, εἰ τρολαδῶν γενοίτο φιλόανθρωπος καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἀμαρτανομένων συγχωρητικὸς.

Καὶ ἐροῦσιν ὑμῖν · Ἰδοὺ ὧδε, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ.

Ταῦτα κατὰ μὲν τὸν Ματθαῖον ἐλέγετο περὶ τῆς ἐρημώσεως Ἱερουσαλὴμ (66) · διὸ καὶ προσέκειτο · *Τότε οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ φευγέτωσαν εἰς τὰ ὄρη* · ἐνταῦθα δὲ περὶ τῶν καιρῶν τοῦ Ἀντιχρίστου προλέγει · διὸ οὐ πρόσκειται τοῦτο.

Πρῶτον δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν

Αἰνύττεται δὲ καὶ ἐν τούτοις τὴν ποτε γενησομένην ἀποστασίαν εἰπὼν · Πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, δηλονότι τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀποδληθῆναι γὰρ καὶ ἀποδοκιμασθῆναι τὸν περὶ αὐτοῦ λόγον, πολλά τε παθεῖν τὸν αὐτοῦ λαόν, ἐθέσπισεν · εἴτε ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα διωγμοῖς, καθ' οὓς μυρία πέπονθεν αὐτός τε βλασφημούμενος ὁ Σωτὴρ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τε Ἐκκλησία αὐτοῦ καὶ ὁ λόγος ἐλαυνόμενος καὶ πολεμούμενος · εἴτε πρὸς τῷ πάντων τέλει, καθ' ὃ ἀποδοκιμασθήσεται ἅμπαν ἀποδληθεὶς ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων γενεᾶς.

Καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ Νῶε, κ. τ. λ.

Οὕτω τοίνυν, ὡς εἴρηται, ἐκκληθέντος διὰ τὴν ἀποστασίαν τοῦ λόγου τοῦ εὐαγγελικοῦ, κατὰ τὴν ὁμολωσιν τῶν ἐπὶ τοῦ κατακλισμοῦ συμβεδηκότων, ὁ κατὰ τῶν ἀσεβῶν θιερός ἐπιστήσεται, φησί. Ἄλλ' ὡς τότε πάντας μὲν ἀπώλεσεν, οὐ μὴν καὶ τοὺς συνηγμένους ἕμα τῷ Νῶε ἐν τῇ κιβωτῷ, οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παρουσίας οἱ μὲν ἀσεβεῖς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀποστασίας τρυφαίς καὶ μέθαις καὶ γάμοις καὶ ταῖς τοῦ βίου ἡδοναῖς κατατριβόμενοι ὁμολωσὶ τοῖς ἐπὶ τοῦ Νῶε κατακλισθέντες ἀπολοῦνται. Ἐπεὶ δὲ τοῦ μὴ τινα νομίσαι δι' ὕδατος καὶ τούτους κατακλισθῆσθαι, ἀναγκαίως τῷ ἐπὶ τοῦ Λὼτ κέρρηται παραδείγματι, καθὼς ἐγένετο, λέγων, ἐν ταῖς ἡμέραις Λὼτ, ἦσθιον, ἐπιτρον, καὶ τὰ ἐξῆς · *Ἡ δὲ ἡμέρα ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων ἐβρεξε πῦρ ἀπ' οὐρανοῦ καὶ ἀπώλεσε πάντας. Κατὰ τὰ αὐτὰ ἔσται ἢ ἡμέρα ὁ γῆς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται · σφόδρα ἀπόρρητος καὶ φοβερῶς διδάσκων ὅτι πυρὶ καὶ θεῖῳ ἀπ' οὐρανοῦ καταπεμπομένῳ τοὺς ἀσεβεῖς πάντας ἢ ὀργῇ μετελεύσεται · διὸ τοῖς μὲν ἡμέραν ταύτην ἐπιστῆναι εὐχόμενος ἀσεβέσιν ἢ προφητικῇ φωνῇ ἐπανατίθεται λέγουσα · *Οὐαὶ οἱ ἐπιθυμοῦντες τὴν ἡμέραν Κυρίου ! Ἰρα τῆς ; Ὑμῖν αὕτη ἔσται σκότος, καὶ οὐ φῶς, ἡμέρα σκότους καὶ γρόβου, ἡμέρα ταλαιπωρίας καὶ ἀφανισμοῦ. Σφόδρα δὲ ἀκριβῶς καὶ ἐνταῦθα ἐτήρησεν ὁ Σωτὴρ οὐ πρότερον τὸ πῦρ εἰπὼν ἀπ' οὐρανοῦ καὶ τὸ θεῖον κατελελυθέναι ἐπὶ τοὺς ἐν Σοδόμοις ἀσεβεῖς, ἢ τὸν Λὼτ ἐξελεθεῖν, καὶ χωρισθῆναι ἐξ αὐτῶν. Οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ κατακλισμοῦ οὐ πρότερον ἐπέληθεν οὗτος καὶ πάντας ἀπώλεσε τοὺς κατὰ γῆν οἰκοῦντας, ἢ τὸν Νῶε εἰσελεθεῖν εἰς τὴν κιβωτόν. Κατὰ τὰ αὐτὰ τοίνυν καὶ ἐπὶ**

²⁴ Luc. xvii, 23. ²⁵ Matth. xxiv, 16. ²⁶ Luc. xvii, 25. ²⁷ ibid. 26. ²⁸ Luc. xvii, 28-30. ²⁹ Amos v, 18. (66) Confer Theophanix fragmentum x, col. 655.

τῆς συντελείας οὐ πρότερον ἔσσεσθαι τὸν κατακλυσμὸν τῆς ἀπωλείας τῶν ἀσεβῶν φησιν, ἢ συναχθῆναι εἰς τὴν ἐπουράνιον τοῦ Θεοῦ κιβωτὸν, καὶ διασωθῆναι τοὺς τότε εὐρεθησομένους τοῦ Θεοῦ ἀνθρώπους, κατὰ τὸ παράδειγμα τὸ ἐπὶ τοῦ Νῶε· οἷς καὶ λεχθήσεται κατὰ κἀρὸν τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο· *Βάδιζε, λαός μου, εἰσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου, καὶ τὰ ἔξῃς, ἕως οὗ παρέλθοι ἡ ὄργη Κυρίου*· ὡσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ Λῶτ ἐποίησεν, ἵνα μὴ οἱ δίκαιοι συναπώλωνται τοῖς ἀσεβέσιν· οὕτως καὶ ἐπὶ τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος οὐ πρότερον αὕτη ἔσται, ἢ πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς δικαίους καὶ θεοσεβεῖς ἀφορισθῆναι τῶν ἀσεβῶν, καὶ συναχθῆναι εἰς τὴν ἐπουράνιον τοῦ Θεοῦ κιβωτὸν· εὐρισκομένου, πάντων δὲ ἀθέων ἀσεβῶν τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντιχρίστου γεγονότων, τῆς τε ἀποστασίας καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης κρατησάσης, ἢ τοῦ Θεοῦ ὄργῃ τοὺς ἀσεβεῖς μετελεύσεται.

Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὅς ἂν ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, κ. τ. λ.

Σημαίνει δὲ διὰ τοῦτων τὸν κατὰ τῶν θεοσεβῶν ἐπενεχθῆσόμενον διωγμὸν ὑπὸ τοῦ υἱοῦ τῆς ἀπωλείας. Ἡμέραν δὲ ἐκείνην ὀνομάζει τὸν χρόνον τὸν πρὸ τῆς συντελείας, ἐν ᾧ φησιν· *Ὁ ψεύγων μὴ ἐπιστρέψτω, μηδὲ μιμητὴς γινέσθω τῆς γυναικὸς Λῶτ, ἥτις μετὰ τὸ φυγεῖν καὶ ἔξω γενέσθαι τῆς Σοδομιτῶν χώρας, στραφεῖσα εἰς τὰ ὀπίσω, ἀπενεκρώθη, στήλη ἀλὸς γενομένη*. Ἀφειδεῖν γὰρ τότε προσήκει οὐχ ὑπαρχόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑαυτῶν ζωῆς τε καὶ ψυχῆς τοὺς ἐν μέτῳ τῆς ἀποστασίας καταληφθησομένους, μήποτε, βουλθηθέντες τῆς ἑαυτῶν περιποίησθαι προσκαιροῦ ζωῆς, σὺν ταύτῃ καὶ τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀπολέσειαν, τῇ ἀποστασίᾳ ἑαυτοὺς παραδόντες.

Ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς, κ. τ. λ.

Σφῶδρα δὲ θαυμαστῶς τὸν τῆς ἀποστασίας καιρὸν καὶ τὴν στέρησιν τοῦ νοεροῦ λογικοῦ φωτὸς νύκτα ὀνόμασε· νυκτὸς γὰρ καὶ σκότους χεῖρων ἢ τότε τῶν ἀνθρώπων ἔσται κατάστασις διὰ τὴν ἐπικρατήσαν αὐτῶν ἀνοίαν τε καὶ πλάνην. Διὸ φησι· *Λέγω ὑμῖν· Δύο ἔσονται ἐπὶ κλίνης καὶ δύο ἐπὶ μυλῶνος, εἰς παραλαμβάνομενος ὡς ἀλλότριος τῆς ὄργῆς, καὶ εἰς ἀριέμενος, ὥστε τῇ ὄργῃ παραδοθησόμενος, ὁ θησαυριστὰς ἑαυτῷ ὄργῃ ἐν ἡμέρᾳ ὄργῆς*· δι' ὧν παρίσται τὸν χωρισμὸν τῶν ἁγίων καὶ θεοφιλῶν ψυχῶν τὸν ἀπὸ τῶν ἀσεβῶν. Ἴνα γὰρ μὴ ἀδιακρίτως ἐπελθοῦσα ἡ ὄργῃ καὶ τῶν δικαίων παραλήφεται, προλαβὼν ὁ Θεὸς ὡσπερ τὸν Λῶτ προεξήγαγε τῆς Σοδόμων καταστροφῆς. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ πρὸ τῆς συντελείας, πρὶν ἐπελθεῖν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβῶν ὄργῃν, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶσιν οἱ δίκαιοι, χωρισμὸς ἔσται τῶν θεοφιλῶν ψυχῶν, ἀγγέλων αὐτὰς διαχωριζόντων καὶ παραληφόμενων· ὥστε ἐν μιᾷ στρωμνῇ δυοῖν κατακειμένων ἕνα μὲν τὸν τοῦ Θεοῦ ἄξιον παραλαμβάνεσθαι, τὸν δὲ ἕτερον καταλείπεσθαι, ὡς ἄξιον τῆς τότε καταληφόμενης τοῦ ἀσεβεῖς ὄργῆς. Καὶ ἐπὶ τῶν ὑφ' ἐνὶ μυλῶνι ἀληθουσῶν, ὁ αὐτὸς λόγος ἔσται. Ἀληθούσας δὲ ὀνόμασε τὰς τὸν εὐτελεῖ καὶ

A veter. Quibus etiam commode dicetur propheticum illud : *Vade, popule meus, intra in cubiculum tuum, et relinqua; donec transeat indignatio Domini*³⁰ : ceu Loto accidit, ne boni cum improbis morte irreliantur. Ita sæculi consummatio non ante eveniet, quam iusti quotquot in orbe erunt ac religiosi ab improbis discernantur, atque in cœlesti Dei arca concludantur. Tunc enim nemine iam inter homines justo superstite, sed irreligiosis omnibus atque scelestis sub Antichristi vexillo degentibus, atque apostasia toto orbe diffusa, ira demum Dei plenos sceleribus homines invadet.

οὕτω γὰρ μηκέτι μηδενὸς δικαίου ἐν ἀνθρώποις ἄντιχρίστου γεγονότων, τῆς τε ἀποστασίας καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης μετελεύσεται.

B ³¹ *Quicumque illa die fuerit in tecto, etc.*

Hoc dicto significat persecutionem quam adversus bonos concitabit perditionis filius. Diei vero illius nomine appellat tempus, quod consummationem proxime præcedet; quo tempore, ait, nemo respiciat, neque Loti uxorem imitetur, quæ in fuga postquam Sodomitarum fines excesserat, cum respicere voluisset, in mortem incidit, statua salis effecta. Prodigos enim tunc esse oportet non rei familiaris tantummodo, verum etiam vitæ suæ animæque (67), eos qui in apostasiæ ætatem incurrent; ne dum animam suam conservare temporaliique vitæ parcere student, hanc simul et æternam vitam amittant, dum se apostasiæ victos permittunt.

³² *Illā nocte duo erunt in lecto uno, etc.*

Mirifice admodum apostasiæ tempus ac rationalis orbitatem luminis noctem appellavit. Nocte enim tenebrisque deteriora erunt tunc hominum ingenia propter offusam iis amentiam atque errorem. Quare ait : Dico vobis : Duo erunt in lecto, et duo in pistrino; unus assumendus, quia iræ immerens; alter relinquendus, utpote ultrici iræ obnoxius, qui sibi videlicet iram thesaurizavit in diem iræ. Quamobrem sistit sanctarum Deoque chararum animarum ab improbis divisionem. Etenim ne temere superveniens ultio justos quoque homines corripere, dedit inature operam Deus ut Lotum Sodomorum exitio subduceret. Similiter impendente consummatione, priusquam impios ultio invadat, ne cum mundo iusti damnentur, discrimen fiet animarum Deo chararum, angelis eas dividendibus atque assummentibus : ita ut e duobus in eodem lecto jacentibus, unus dignus assumatur, alter derelinquatur, utpote ultionis quæ tunc de impiis sumetur merens. Idemque accidet duabus quoque in pistrino commolentibus. Molentes autem dicit feminas, ut significet vilis, pauperrimæ atque infimæ conditionis homines. Jacentes autem in lectis dicit, pro libera-

³⁰ Isa. xxvi, 20. ³¹ Luc. xvii, 31. ³² Luc. xvii, 34.

(67) Quo sensu animæ quoque suæ prodigus aliquis esse possit, videsis apud Eusebium in nostris *Theophaniæ* fragmentis, col. 671.

lis et lautæ vitæ mortalibus. Hanc ipsam locutionem habet Moysis Scriptura, ubi dicitur perventura vindicta a Pharaonis primogenito usque ad molentem pinsentemque In pistrino. Extremi enim humanæ conditionis termini, opulentus videlicet, et humilis atque abjectus, his verbis attinguntur. Sic nunc quoque duos in lecto uno memoravit Scriptura, ut liberalis vitæ homines innueret; quorum unus assumetur, qui Dei electione dignus; alter relinquetur, qui pœnæ est affinis. Similiter molentes duæ intelliguntur quæ inter homines obscuram et pauperem vitam agitant: quarum item quæ justa est, assumetur, altera relinquetur.

²² *Dicunt ei: Ubinam, Domine? Qui respondit: Ubi fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilæ.*

Sciscitantibus discipulis: *Ubinam, Domine?* volentibusque cognoscere, ubinam alter ex illis non assumptis relinquetur: *Ubi*, inquit, *fuerit corpus*, vel *cadaver*, ut ait Matthæus, *illuc congregabuntur et aquilæ*²³: ex avibus nescio quibus cadaverum voracibus principes hujus sæculi ducta comparatione significans, qui sanctos Dei tunc persequuntur: quibus uno in loco coactis, eodem pariter compelletur ille qui indignus delectu est. Est autem jacentium in lecto, alter; vel molentium, una: qui etiam tradentur congregatis adversum ipsos aquilis. Aquilas vero, Hierosolymorum quoque obsessores propheticus sermo appellavit; veluti cum Nabuchodonosorum dicit *grandem et magnarum alarum aquilam*²⁴. Nisi forte alio sensu vindices nutritricesque potestates, quæ impios invadent, his verbis denotantur: quibus ne forte tradamur, monet deinde Servator ut precibus operam demus.

²⁵ *Judex quidam erat, qui Deum non timebat.*

Addit etiam parabolam de judice iniquitatis, quo confirmet orandum semper nullaque ignavia cessandum. Quod autem ait²⁶: Num Filius hominis, cum venerit, fidem in orbe inveniet? defectum fidei futurum ostendit, ita ut nemo fidelis supersit, aut vix rarus aliquis, circa secundæ ejus manifestationis ætatem. Id porro apostatici temporis magnum signum erit, cum raro occurreret qui fidem retineat: imo vero ne unus quidem fortasse erit, propterea quod alii assumpti fuerint, alii relictis, aquilis nempe tradendi. Sic ergo deleta inter homines fide, ipse superveniet, sanctos suos: qui ab impiis leto dediti fuerint, vindicaturus. Brevi autem ultionem patrabit, propterea quod hi diu noctuque ad eum clamant. Et quidem ut ad se clament, docuit eos per parabolam de judice iniquitatis.

²⁷ *Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti.*

En quæ in hac parabola edocemur: futurum sci-

πενιχρὸν καὶ ἔσχατον ἐν ἀνθρώποις διαντλούσας βίον ἐπὶ κλίνης δὲ τοὺς τὸν ἐλευθερον καὶ ἀνετον βίον μεταεργομένους. Τοῦτο δὲ παραστήσει ἡ Μωϋσέως γραφὴ ἐν ἧ φησιν ὁ λόγος ἤξειν τὴν ὄργην ἀπὸ πρωτοτόκου Φαραῶν, καὶ ἕως τῆς ἀληθούσης καὶ πεσοῦσης ἐν τῷ μυλῶνι. Τὰ γὰρ ἄκρα τῶν κατ' ἀνθρώπους βίων, τοῦ τε ἐνδόξου τοῦ ἀπερρίμμενου καὶ ἐσχάτου, διὰ τούτων ὁ λόγος παρέστησεν· οὕτως οὖν καὶ ἐνταῦθα δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς εἰσῆγαγε, τοὺς τὴν ἐλευθεραν ζωὴν μετιόντας αἰνιζάμενος· ὁ εἰς παραληφθήσεται, ὁ ἀξιος τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκλογῆς· ὁ δὲ ἕτερος ἀφεθήσεται, δηλονότι ὁ τῆς ὄργης οἰκείος· ὡσαύτως δύο ἀληθούσαι εἶεν ἂν αἱ ἐν ἀνθρώποις τὸν ἀτιμον καὶ πενιχρὸν βίον μετιούσαι· ὧν πάλιν ἡ κρείττων παραληφθήσεται, ἡ δὲ ἕτερα ἀφεθήσεται.

^B *Λέγουσιν αὐτῷ· Ποῦ, Κύριε; Ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· Ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί.*

Ἐρωτησάντων τῶν μαθητῶν· Κύριε, ποῦ; καὶ βουληθέντων μαθεῖν ποῦ καταλειφθήσεται ὁ ἕτερος τῶν (μὴ) παραληφθέντων· Ὅπου, φησὶ, τὸ σῶμα, ἢ τὸ πνεῦμα κατὰ Ματθαῖον, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί· ὡς περ οἰωνοὺς τινας νεκροβόρους, τοὺς ἀρχοντας τοῦ αἰῶνος τούτου αἰνιζάμενος, τοὺς τότε διώκοντας τοὺς ἁγίους τοῦ Θεοῦ· ὧν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντων, ἐκεῖ καὶ παρ' αὐτοῖς συναχθήσεται ὁ ἀνάξιος τῆς παραλήψεως· Ἦν δ' οὗτος τῶν ἐπὶ κλίνης καθευδόντων ὁ ἕτερος· ἢ τῶν ἀληθουσῶν ἡ μία· οἱ καὶ παραδοθήσονται τοῖς ἐπισυναχθεῖσι κατ' αὐτῶν ἀετοῖς. Ἄετοὺς δὲ καὶ τοὺς τῆς Ἰερουσαλήμ πολιορκητὰς ὁ προφητικὸς λόγος ὠνόμασεν· ὡς ὅτε περὶ τοῦ Ναβουχοδονόσορ λέγει· Ὁ ἀετὸς ὁ μέγας ὁ μεγαλοπτερυγός· μή ποτ' οὖν καθ' ἑτέραν διάνοιαν αἱ τιμωρητικαὶ καὶ κολαττικαὶ δυνάμεις, αἱ τοὺς ἀσεβεῖς μετελευσόμεναι, διὰ τῶν ἐνταῦθα λεγομένων ἀετῶν ἐδηλώθησαν· αἷς ἵνα μὴ παραδοθῶμεν, ἐξῆς ὁ Σωτὴρ παραινεῖ εὐχαῖς σχολάζειν.

Κριτὴς τις ἦν τὸν Θεὸν μὴ φοβούμενος.

Ἐπισυνάπτει γοῦν καὶ παραβολὴν τὴν περὶ τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι καὶ μὴ ἐκκακεῖν. Τὸ δὲ εἰπεῖν· Ἄρα ἐλθὼν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου εὐρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; Ἐκλειψὶν δηλοῖ τῆς πίστεως, ὡς μηδένα πιστὸν εὐρεθήσεται, ἢ εἴ· που ἄρα σπάνιον τινα κατὰ τὸν τῆς δευτέρας αὐτοῦ θεοφανείας γρόνον· Ὅπερ μέγα τεκμήριον τυγχάνει τοῦ καιροῦ τῆς ἀποστασίας, ἐν ᾧ σπάνιος ἔσται ὁ εὐρεθησόμενος πιστός· τάχα δὲ οὐδὲ εἷς ἔσται, διὰ τὸ τοὺς μὲν παραληφθήσεσθαι, τοὺς δὲ καταλειφθήσεσθαι τοῖς ἀετοῖς παραδοθησόμενους· οὕτως τε ἐξ ἀνθρώπων ἐκλειπούσης τῆς πίστεως, αὐτὸς λοιπὸν ἐπιστήσεται τὴν ἐκδίχσιν ποιησόμενος τῶν ἁγίων αὐτοῦ τῶν ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν ἀνηρημένων. Ἐν τάχει δὲ ποιήσει τὴν ἐκδίχσιν, διὰ τὸ βοᾶν πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας· βοᾶν δὲ πρὸς αὐτὸν ἐδίδαξε διὰ τῆς παραβολῆς τοῦ κριτοῦ τῆς ἀδικίας.

Ἀνθρώπος τις εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν λαθεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν, καὶ ὑποστρέψαι.

Τοσαῦτα διὰ τῆς παραβολῆς διδασκόμεθα, τῆς

²² Luc. xvii, 37. ²³ Matth. xxiv, 28. ²⁴ Ezechi. xviii, 5. ²⁵ Luc. xviii, 2. ²⁶ ibid. 8. ²⁷ Luc. xix, 12.

μᾶλλουσαν αὐτοῦ καὶ μηδέπω παροῦσαν βασιλείαν (68), καὶ αἰσθητὴν ταύτην τινὲς ἐφρατίζοντο, τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μετέστασιν τε καὶ ἀνάληψιν, τὴν δευτέραν καὶ ἔνδοξον αὐτοῦ θεοφάνειαν, τὴν κριτικὴν καὶ τοῦ κατ' ἀξίαν ἐκάστην διανεμητικὴν ἐξουσίαν, τὴν τῶν οἰκείων αὐτοῦ καὶ πιστῶν θεραπευόντων εὐδοκίμῃσιν, τὴν τῶν μὴ τοιοῦτων κατὰ γινωσκῶν, τὴν τῶν πολιτῶν τοῦ βασιλείως κατ' αὐτοῦ συσκευῆν, τὴν μετελευσομένην αὐτοῦ ἐπαξίως ὧν ἔδρασαν δικὴν· ταῦτα γὰρ ὁμοῦ πάντα διὰ τῶν ἐκτεθεισῶν φωνῶν ἐδήλου. Καὶ πρῶτον μὲν ἀνθρώπων αὐτὸς ἑαυτὸν ὀνόμαζε διὰ τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, τὴν κατὰ ἀνθρώπων αὐτῷ συστάσαν· ἔπειτα εὐγενῆ, ἀλλ' οὐπω βασιλέα ἑαυτὸν ἐκάλει, διὰ τὸ μηδέπω τῇ βασιλικῇ ἀξίᾳ κατὰ τὴν πρῶτην θεοφάνειαν κεκρήσθαι. Τῆς δ' εὐγενείας αὐτοῦ μάρτυρες οἱ τοῦ γένους καὶ τῆς ἐκ προγόνων διαδοχῆς τὴν ἱστορίαν γραφῆ παραδεδοκότες· ὧν ὁ μὲν τις, τὴν κατὰ ἀνθρώπου εὐγένειαν αὐτοῦ παριστάς, ἔνθεν δὴ ποθεν εὐηγγελίζετο λέγων· *Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ*· εἰθ' ἐξῆς τούτοις τὴν γενεαλογίαν δι' ἐπιδήμων ἀνδρῶν καὶ διὰ βασιλικῶν γένους ἐπ' αὐτὸν κατὰ γινωσκῶν ἴστησιν· ὁ δὲ τὴν ἀνωτάτω καὶ πρὸ πάντων αἰώνων ἐκ Θεοῦ γέννησιν αὐτοῦ διδάσκων, τὴν ἀληθῶς πρῶτην καὶ μόνην εὐγένειαν παρεδίδου λέγων· *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο.*

Ἄλλὰ γὰρ οὗτος ὁ πρὸ πάντων αἰώνων Θεὸς Λόγος, γενόμενος ἀνθρώπος εὐγενῆς, καὶ τὸν σὺν ἀνθρώποις διεξελθὼν βίον τὸν ἐμπερόμενον ταῖς περὶ αὐτοῦ εὐαγγελικαῖς γραφαῖς, μετὰ τὴν παρὰ ἀνθρώποις αὐτάρχη διατριβῆν, ἐπανῶν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα, ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν καὶ ὑποστρέψαι. Χώραν δὲ μακρὰν τὴν ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν ἄνοδον ἐδήλου (69)· λαβεῖν τε τὴν βασιλείαν αὐτὴν ἐκείνην φησὶν, ἣν ὁ προφήτης Δανιὴλ ἠνείκετο λέγων· *Καὶ ἰδοὺ Υἱὸς ἀνθρώπου ἐπὶ νεφελῶν ἐρχόμενος ἦν· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία.* Εὐ δὲ καὶ τὸ λαβεῖν εἰρηται· πάντως γὰρ τοῦ Πατρὸς διδόντος ἐλάμβανε, κατὰ τὸ· *Αἰτησαί μου, καὶ δώσω σοι ἔθνη τῆν κληρονομίαν σου*· ἃ δὲ δοθέντα αὐτῷ παρὰ τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ὑποδείξάμενος, αὐθις ἐπανήξει. Διὸ φησι λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν καὶ ὑποστρέψαι· καὶ ὅπως δὲ ποιήσεται τὴν ἐπάνοδον, ὁ θεὸς Ἀπόστολος διασαφεῖ λέγων· *Ὅτι αὐτὸς ὁ Κύριος ἐν κελύσματι, ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου, καὶ ἐν σάλπιγγι Θεοῦ καταβήσεται ἀπὸ οὐρανοῦ.* Ἡ δὲ ἀποδημία καὶ τὴν μακροθυμίαν δηλοῖ. Ἐδεῖ δὲ αὐτὸν ἀναγκαίως εἰς τὴν δηλωθεῖσαν μακρὰν χώραν στείλασθαι, καὶ κεῖ γρήνον διατρίψαι· πολλῶν ἕνεκα· ὡς ἀν ἐν τῷ μεταξὺ οἱ αὐτοῦ θεραπεύοντες τῆς ἑαυτῶν ἐργασίας τὴν ἔοικεμένην ὄψιν.

licet Christi nondumque praesens regnum, quamquam id sensibile nonnulli temere opinabantur; translationem e terra in caelum, id est assumptionem; secundam ejus gloriosam manifestationem; judicariam et suum cuique jus reddentem potestatem; familiarium suorum fideliumque servorum collocationem; eorum qui secus se gesserint condemnationem; civium in regem suum conspirationem et condignam factis poenam: haec enim simul omnia praedictis verbis significabat. Et primo quidem hominem se appellavit, propter carnalem nativitatem, quae ipsi ut homini contigit. Deinde nobilem se dixit, non regem, quia regia nondum dignitate in prima sua manifestatione utebatur. Nobilitatis autem ejus testes ii, qui genus illius ac seriem progenitorum scriptis historicis commendaverunt; quos inter quidam dum humanam Christi nobilitatem exhibet, sic Evangelium orsus est: *Liber generationis Jesu Christi filii Davidis, filii Abrahami* 39. Deinde genealogia per populares homines genusque regum usque ad Christum deducta, in hoc postremo consistit. Alius autem supernam ejus ante omnia saecula ex Deo nativitatem docens, nobilitatem ejus, quae vere prima solaque est, tradidit dicens: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt* 40.

Porro hic ante omnia saecula Deus Verbum, factus homo nobilis, peragensque inter homines illud vitae genus, quod in evangelica scripta relatatum est, postquam satis cum mortalibus versatus fuit, ad Patrem suum rediens, profectus est in regionem longinquam, ut regno suo accepto reverteretur. Jam regionem longinquam dicit pro reditu in caelum: regnum vero acceptum illud ipsum ait, quod propheta Daniel innuebat dicens: *Et ecce Filius hominis in nubibus adventabat; ipsique datum est imperium et honor et regnum* 41. Recte etiam dictum est accipere; prorsus enim a Patre id dante accipit, secundum illud 42: *Postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam*: quam simul ac ab Antiquo dierum acceperit, statim revertetur. Idcirco ait, ad accipiendum sibi regnum et revertendum. Quanam autem ratione reditum Christus faciet, divinus Apostolus demonstrat his verbis: *Quoniam ipse Dominus in jussu, in voce archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo* 43. Jam ille abitus patientiam quoque exspectandi significat. Et quidem necessarium erat ut ipse iter in longinquam regionem susciperet, ibique diu maneret, quum aliis multis de causis, tum ut interim servi ejus industriae suae documentum ederent.

39 Matth. 1, 1. 40 Joan. 1, 1. 41 Dan. vii, 13. 42 Psal. ii, 8. 43 I Thess. iv, 15.

(68) Sequentia conferenda sunt cum Eusebii Theophanias apud nos fragmento xxii. Et quidem Eusebium quae in aliis operibus dixerat, contulisse

non semel in Theophaniam, vel vice versa, animadvertit cl. Lens in sua Theophanias Anglica editione.

(69) Cf. apud nos Theophaniam, col. 687, lin. 48.

⁴⁴ *Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas.*

Per hos itaque qui mnas acceperunt, discipulos suos denotavit, quibus singulas mnas tradens, par-
sine ingenti prodigio fuit, nihilque commune cum reliquis habuit. Neque enim morbo extinctus est Christus, aut laqueo, aut igne, neque in ipso crucis tropæo æque ac cæteri malefici ferro succisus fuit; neque abs quovis homine mortiferum aliquid passus, violentam sustinuit necem; sed tunc tantummodo cum ipse sponte organum suum inimicis tradidit; innoxque illud de terra suscitavit. Quippe is valide exclamans, Patrique spiritum commendare se dicens, ipse semet dimittens corpore suo excessit. Ideo etiam ante mortem, familiaribus suis hoc significaverat dicens: *Nemo tollit animam meam: a me, sed ego ipsemet eam pono: potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* ⁸⁷.

Quid ergo post hæc jam superest, nisi ipsum totius rei caput, quamquam causam habuerit, enarrare? famigeratum, inquam, vitæ finem, et passionis modum; necnon post necem, resurrectionis ejusdem grande miraculum. Siquidem igitur alio aliquo modo, post suam cum hominibus conversationem, repente invisibilis abiisset, semet ipse summe corporeum simulacrum clam subtrahens, fuga mortem vitare satagens; et deinde ipse mortalem partem suam corruptela et destructione consumpsisset, ea res per phantasmata omnibus visa esset; neque pro sua dignitate egisset, qui erat Dei Verbum vivens atque virtus; neque rescitum esset quoniam excessisset; neque id creditum esset ab illis quibus significatum non fuisset; neque naturaliter morte fortior apparuisset; neque propriam naturam a mortalitate liberavisset; neque ea res toto ab hominibus habitato orbe exaudita esset; neque discipulis suis mortis contemptum persuasisset; neque magisterii sui alumnis vitæ post obitum apud Deum agendæ spem obtulisset; neque sermonum suorum promissa adimplevisset; neque prophetice de se prædictionibus congruum exitum præstitisset; neque postremum omnium conflictum, videlicet adversus mortem, decertavisset.

Propter hæc omnia, quia prorsus oportebat mortale organum, post sufficiens ministerium Deo Verbo exhibitum, finem Deo dignum nancisci, ideo, inquam, tale mortis genus elegit. Nam quum duas consummationis rationes tantummodo adessent, nempe vel corruptelæ atque exitio totum tradere, atque ita turpissimum facere vitæ finem; vel morti superiori semet ostendere, divina virtute immortale efficiendo quod mortale erat; prior quidem modus promissionibus alienus erat; nam neque ignis proprium est frigescere, neque lucis obtenebrari, neque vitæ mori, neque divinæ sapientiæ insipienter agere. Cur enim is, qui cæteris vitam

⁸⁷ Joan. x, 18.

(7) Cod. A. f. 302. b. Th. Syr. III, 45 seq.

(8) His causis mortis Christi nollem in Anglica editione additas fuisse numeratas notas, quas iidem sint operis capitula.

λόγηται, πολλοῦ μετέχει τοῦ θαύματος, οὐ κοινὸς τοῖς λοιποῖς γεγενημένος· οὐ γὰρ νόσῳ διαφθαρεὶς οὐδὲ βρόχῳ, οὐδὲ πυρὶ, οὐδὲ μὴν κατ' αὐτὸ τὸ τοῦ σταυροῦ τρόπιον ὁμοίως τοῖς λοιποῖς κακούργοις ὑποτμηθεὶς σιδήρῳ, οὐδ' ὄλωσεν πρὸς τινος ἀνθρώπων παθῶν τι τῶν ἀναίρειν ἐιωθότων, βιαίαν ὑπέμεινε τελευτήν· ἀλλ' ὡς αὐτὸς μόνον ἐκὼν παρεδίδου τὸ αὐτοῦ ὄργανον τοῖς ἐπιβουλεύουσι· τὸ μὲν ἀπὸ γῆς ἀνωρθοῦτο αὐτίκα· ὁ δὲ φωνήσας μέγα, καὶ τῷ Πατρὶ τὸ πνεῦμα παρατίθεσθαι εἰπὼν, ἀφετος αὐτὸς ἀπ' ἑαυτοῦ τὴν ἐκ τοῦ σώματος ἀναχώρησιν ἐποιεῖτο· διὸ δὴ πρὸ τοῦ θανάτου τοῖς αὐτοῦ γωρμίσι τοῦτο αὐτὸ παρεδίδου διδάσκων καὶ λέγων· *Οὐδεὶς αἶρει τὴν ψυχὴν μου ἀπ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐγὼ τίθημι αὐτήν ἀπ' ἑμαυτοῦ· ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι αὐτήν, καὶ πάλιν ἐξουσίαν ἔχω λαβεῖν αὐτήν.*

(7) Τί οὖν ἐπὶ τούτοις λείπεται, ἢ αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ παντὸς κεφάλαιον ὅποιαν ἔσχεν αἰτίαν ἐξαιρεῖν; λέγω δὲ τὸ πολυθρύλλητον τοῦ βίου τέλος, καὶ τοῦ πάθους τὸν τρόπον, καὶ τῆς μετὰ τὸν θάνατον ἀναβιώσεως αὐτοῦ τὸ μέγα θαῦμα. Εἰ μὲν οὖν ἄλλως πως μετὰ τὰς ἐν ἀνθρώποις διατριβὰς ἀφανὲς γεγωνὸς ἐξαίφνης ἀπέπτῃ, ὑποκλέψας λάθρα ἑαυτὸν καὶ τὸ οἰκεῖον ἀγαλμα, φυγῆ τὸν θάνατον διαδράναι σπουδάσας, κἀπειτὰ πού τὸ θνητὸν αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ φθορᾶ καὶ ἀπωλείᾳ συνεψήσας, φάσματι ἂν εἴκοι τοὺς πάντας· καὶ οὐκ ἂν αὐτὸς αὐτῶ τὰ πρέποντα διεπράξατο, ζῶν μὲν τυγχάνων καὶ Θεοῦ Λόγου· καὶ δύναμις, οὐτ' ἂν ἐγνώσθη ὅπῃ ποτὲ ὑπῆρχε χωρήσας, οὐτ' ἂν ἐπιστώθη τοῖς μὴ παρελιηφόσιν, οὐτ' ἂν θανάτου τὴν φύσιν ἐφάνη κρείττων, οὐτ' ἂν τὸ θνητὸν τῆς οἰκίας ἡλευθέρου φύσεως, οὐτ' ἂν καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης ἠκούσθη, οὐτ' ἂν θανάτου καταφρονεῖν τοὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἐπεισεν, οὐτ' ἂν τῆς μετὰ θάνατον παρὰ Θεοῦ ζωῆς τοὺς τὴν αὐτοῦ διδασκαλίαν μετιούσιν [ἐλπίδα] παρεστήσατο, οὐτ' ἂν τῶν αὐτοῦ λόγων τὰς ἐπαγγελίας ἐπλήρου, οὐτ' ἂν ταῖς προφητικαῖς περὶ αὐτοῦ προβόησαι σύμφωνα παρεῖχε τὰ ἀποτελέσματα, οὐτ' ἂν τὸν ὕστατον ἀπάντων ἀγῶνα διηβλήκει· οὕτως δ' ἦν ὁ κατὰ τοῦ θανάτου (8).

Διὸ δὴ τούτων ἕνεκα πάντων, ἐπειδὴ ἐγρῆν ἐξ ἅπαντος τὸ θνητὸν ὄργανον μετὰ τὴν αὐτάρκη διακονίαν ἦν τῷ Θεῷ Λόγῳ διηκονήσατο, τέλος θεοπρεποῦς τυχεῖν, ταύτῃ πῃ αὐτῷ καὶ ὁ θάνατος ἕκνομεῖτο. Δυσὶν γὰρ λειπομένων τῷ τέλει, ἢ φθορᾷ ἢ ἀπωλείᾳ παραδοῦναι τὸ πᾶν, καὶ αἰσχίστην ποιήσασθαι τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν, ἢ θανάτου κρείττονα ἑαυτὸν φῆναι, θεϊκῆς δυνάμεως τὸ θνητὸν ἀθάνατον παραστηράμενον· τὸ μὲν πρῶτον ἀνίκοιεν τῆς ἐπαγγελίας· οὐ γὰρ δὴ πυρὸς οἰκεῖον τὸ ψυχεῖν (9), οὐδὲ φωτὸς τὸ σκοτίζειν, οὕτως οὐδὲ ζωῆς τὸ θανατοῦν, οὐδὲ τοῦ Θεοῦ Λόγου τὸ παραλόγως ἐνεργεῖν· ποῖον οὖν εἶχε λόγον τὸν ἐτέροις ζῶν ἐπαγγελλόμενον, τὸ

(9) Verba ψυχεῖν, σκοτίζειν, θανατοῦν, non activo sed neutro sensu hic esse accipienda Syrus interpretatur demonstrat.

οικεῖον ὄργανον φθειρόμενον περιδεῖν; Οὐκοῦν τὸ δευτέρον ἀναγκαῖον ἦν, λέγω δὲ τὸ θανάτου κρείττονα ἑαυτὸν φῆναι. Πῶς οὖν ἐχρῆν τοῦτο ποιήσασθαι; Λαθραίως ἄρα καὶ κλοπιμαίως; ἢ τοὺς πᾶσιν ἀριπρεπῶς καὶ διαδῆλως; Ἄλλὰ σκότιον μὲν καὶ κρύφιον αὐτὸ πραχθὲν τὸ κατόρθωμα, μηδενὶ δὲ γνωσθὲν, οὐδὲν ἂν ὦνῃσε· βοηθὲν δὲ καὶ ἀκουσθὲν εἰς πάντας, τοὺς πᾶσι τὴν ἐκ τοῦ θαύματος παρῆχεν ὠφέλειαν. Εἰκότως ἄρα, ἐπειδὴ ἐχρῆν τὸ αὐτοῦ ὄργανον κρείττον θανάτου φῆναι, καὶ τοῦτο πράξει μὴ εἰς τὸ λεληθῆς, ἀλλ' ἐπ' ὄψεσιν ἀνθρώπων, οὐ φεύγει μὲν τὸν θάνατον· ἦν γὰρ ἂν δειλὸς, καὶ θανάτου χεῖρων ἐνομίσθη· διὰ δὲ τῆς πρὸς τὸν θάνατον συμπλοκῆς, οἷα πρὸς ἀνταγωνιστὴν (10), τὸ θνητὸν ἀθάνατον παρίστη, ὕστατον ἀγῶνα τοῦτον ὑπὲρ τῆς ἀπάντων σωτηρίας καὶ ἀθανασίας ἀναδεγμένος.

(11) Ὁ μὲν γὰρ πρῶτος αὐτῶ [ἀγῶν] κατὰ δαιμόνων ἐνηργεῖτο ἐπὶ καθαίρεισε τῆς πολυθέου πλάνης· ἐπεὶ δὲ ὁ πρὸς τοῦδε τέλος εἶχεν ἀγῶν, δεύτερος ἐπὶ λύσει τῆς τοῦ θανάτου καταδυναστείας ἐγένετο· οἱ μὲν γὰρ κατ' αὐτοῦ συνηγμένοι δαίμονες, ὃ τε τούτων ἐξάρχων, τὰ νῦτα κατὰ τὴν πρώτην αὐτῶ συμβολὴν παραχωρήσαντες, τὸν δευτέρον ἄθλον ἐσκόπουσιν, τοῦ βίου λοιπὸν τὴν ὑστάτην καταστροφὴν ἐκδεχόμενοι, καὶ τὴν τοῦ θνητοῦ τελευτὴν ὁμοίαν ἔσεσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις παραδοκοῦντες· οὐ γὰρ ἂν πώποτε θνητῆν φύσιν θανάτου κρείττονα γενέσθαι προσεδόκησαν· ὁ δὲ μετὰ τὰ πρῶτα κατὰ δαιμόνων τρόπαια ἤδη καὶ κατὰ τοῦ θανάτου παρετάττετο. Ὡσπερ δὲ εἰ τις ἄκαυστον ἡμῖν καὶ πυρὸς τῆ φύσει κρείττον δεῖξαι τι σκευὸς ἤθελεν, οὐκ ἄλλως ἂν τὸ θαῦμα παρεστήσατο ἢ πυρὶ παραδοῦς τὸ μετὰ χεῖρας, κἀπειτα σῶον αὐτὸ καὶ ἀδιάφθορον τοῦ πυρὸς ἐξελῶν (12)· κατὰ ταῦτα δὴ καὶ ὁ τῶν ὄλων ζωοποιὸς Θεοῦ Λόγος, τὸ θνητὸν ὄργανον, ᾧ πρὸς ἀνθρώπων ἐκέχρητο σωτηρίαν, κρείττον θανάτου φῆναι βουληθεὶς, εὖ μάλα χρησίμην ὑπέφει τὴν οἰκονομίαν, τὸ σῶμα πρὸς βραχὺ καταλιπὼν (13), καὶ τὸ θνητὸν τῷ θανάτῳ πάλιν ὑφαίρουμένος, εἰς παράστασιν τῆς ἐνθέου δυνάμεως. Ἡ μὲν οὖν πρώτη αἰτία ἦν αὕτη.

(14) Δευτέρα δὲ τῆς ἐν τῷ σώματι κατοικησάσης ἐνθέου δυνάμεως ἐνδείξις. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ πρότερον τοὺς ὑπὸ τοῦ θανάτου νενικημένους ἄνδρας θνητοὺς ἀληθῶς, καὶ κοινὸν τέλος ὑποδεγμένους, ἐθείαζον ἀνθρώποι, ἡρώας τε καὶ θεοὺς ὠνόμαζον· εἰκότως διδάσκει μόνον τοῦτον ἐν θανάτῳ Θεὸν ἀληθῆ εἶναι ὁμολογεῖν, τὸν τὰ βραβεῖα τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης ἀναδυσάμενον. (15) Τρίτη δ' ἂν εἴη αἰτία τοῦ σωτη-

(10) Sic in Anglica translatione, p. 188, v. 16, video by this contention with death, as with a contemporary, conficiu hoc cum morte, tanquam cum contemporaneo. Syriacus quid habeat nescio, quia libro careo. Sed certe vera lectio Græca est, οἷα πρὸς ἀνταγωνιστὴν, tanquam cum adversario. Itaque translatio emendanda est. Mito alios locos, qui æque interdum ad Græcam veritatem reformandi videntur; neque enim ego criticum ago sed editorem. Vicissim tamen, ut nuper dixi, Syriacus textus Græcum illuminat. Et quidem Græcus, utpote quem catenarum auctores pro rei opportunitate

A promiserat, organum suum corroptionem pati negligeret? Ergo posterior modus necessarius fuit, morti, inquam, superiorem se demonstrare. Quamnam vero ratione id exsequi opus erat? Clamne ꝓe furtim? an coram omnibus splendide ac manifeste? Atqui hæc res egregia si obscure et occulte acta fuisset, conscio nemine, nihil profuisset: contra vero famigerata atque omnibus exaudita, miraculo sub paritura erat universalem utilitatem. Recte igitur, quoniam oportebat ipsius organum morti superius apparere, atque id non clam sed in conspectu hominum fieri, mortem non fugit; alioqui visus esset timidus, et morte debilior creditus; sed conflictu cum morte, tanquam cum adversario, inito, quod mortale erat ad immortalitatem transiit, extremum hunc agonem pro omnium salute et immortalitate suscipiens.

Nam primum illi certamen fuit contra dæmones ob polytheismi errorem destruendum; quo peracto, subsecutum est secundum ob dissolvendam mortis dominationem. Conglobati enim adversus eum dæmones cum suo duce, postquam primo prælio terga verterant, secundum observabant, vitæ Christi deinceps extremam catastropham exspectantes, mortalis hominis finem reliquis omnibus similem fore sperantes: neque enim unquam existimassent mortalem naturam morti fore superiorem. At Christus post priores de dæmonibus relatas manubias, jam contra ipsam mortem in aciem prodibat. Sicut autem si quis igni impervium atque insuperabile vas aliquod demonstrare vellet, haud aliter hanc rem miram comprobaret, quam flammæ tradens quod præ manibus haberet, ac deinde incolume inviolatumque igne retrahens; ita etiam quod omnia vivificat Dei Verbum, mortale organum, quo ad hominum salutem usus fuerat, morte validius demonstrare volens, utile admodum consilium cepit, corpus brevi tempore deserendi; rursusque quod mortuum erat morti eripiendi, ut divinam virtutem ostenderet. Atque hæc prima (cur mori voluerit) causa fuit.

Secunda fuit causa, ut demonstraret divinam virtutem in suo corpore inhabitasse. Nam quia victos antea morte viros, vere mortales et communem finem sortitos, apotheosi donaverant homines, et heroes deosque nominaverant, merito nos docet, hunc unum in morte Deum verum esse confiteri, qui præmiis relatæ de morte victoriæ semet exornaverat. Tertia habeatur mortis Servatoris causa

excerpserunt, multas operis partes amisit.

(11) Syr. III, 55, 57.

(12) Hanc similitudinem citat ex Eusebio etiam S. Thomas Aquinas in catena sua Latina ad Lucam ed. de Rubens t. V, p. 364. Videlicet ex catenis Græcis, non originaliter ex Theophanio, quam Thomas nunquam vidit.

(13) Nempe anima destitutum esse permittens.

(14) Syr. III, 58.

(15) Syr. III, 59.

quam mysticæ litteræ continent. Quænam hæc? Hostia erat pro universi generis vita morti devota, hostia pro toto hominum grege immolata, diabolici erroris averruncatio: qua videlicet oblata, universa deinceps impurorum dæmonum potentia corruebat, omnisque error dissipabatur. Ergo hæc salutaris ex hominibus victima, ipsum videlicet corporeum Verbi organum, pro hominibus immolabatur; de qua sacræ litteræ clamant; modo quidem: *Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi* ⁸⁸; modo autem: *Tanquam ovīs ad occisionem ductus est* ⁸⁹. Causamque rei docent, ibidem dicentes: *Hic peccata nostra gerit, et pro nobis dolet; et nos reputavimus eum plagatum et afflictum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, languidus factus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostræ super eum, livore ejus sanati nos sumus. Cuncti sicut oves erravimus, unusquisque a via sua declinavit. Dominus tradidit illum [pro] peccatis nostris* ⁹⁰. Corporale itaque Verbi organum has ob causas immolatum fuit. Magnus tamen pontifex, cum sit diversus a victima, Dei scilicet Verbum, virtus, atque sapientia, haud diu post a morte mortuum revocavit, eumque communis nostræ salutis inchoationem, vitæque secundum Deum atque immortalitatis participem constituit, victorialis adversus mortem ac dæmoniacam aciem trophæum, et priscorum sacrificiorum destructorem; quem omnium hominum gratia resuscitavit. [Idcirco etiam Christus nominatus fuit.] Nam Christus nomen, sacerdotium simul et regnum significat apud Hebræos. Hæc enim ungi solebant.

Præter supradictas, alia quoque exstitit cur Servator moreretur maxima causa, quæ jam dicetur. Nam quia necesse erat, ipsius discipulis propriis oculis cernere vitæ post obitum manifestam restitutionem, ex qua suam suspendere spem illos docuerat, et cujus causa ad religionis jugum subeundum hortatus fuerat; merito hanc rem perspicue videndam illorum oculis objiciebat. Oportebat enim eos qui piam vitam erant suscepturi, hoc in primis summopere necessarium documentum evidenti intuitu comprehendere; præcipue vero illos qui in universo mundo quantocius erant prædicaturi, propositamque a Christo gentibus doctrinam,

⁸⁸ Joan. i, 29. ⁸⁹ Isa. LIII, 7. ⁹⁰ ibid. 4-7.

(16) Patet Syrum interpretem legis πράξεως (vel πράξεων), quandoquidem Anglice scribitur *deeds, opera*. Sed verior lectio habeatur Græci nostri textus παρατάξεως, quam loci sententia postulat. (Et quidem pars hujus fragmenti legitur etiam in catena codicis tum Mediolanensis tum Parisiaci in Ep. ad Hebr. a cl. Cramero edita, p. 580.) Atque hoc loco antequam ad Syri interpretis vel mendorum vel diversitatum necessariam identidem coargutionem progredior, aio enimvero priscos interpretes, præsertim Orientales (sed nec Latinos excipio) in transferendis Græcorum scriptis haud satis emendate, quæ humana infirmitas est, se gessisse. Testis luculentus nostri item Eusebii *Chronicorum* librorum Armenius interpres, qui cum plurima feli-

ρίου θανάτου ἦν ἀπόρρητοι λόγοι περιέχουσι. Τίνες οὔτοι; ἱερεῖον ἦν ἀντίψυχον τοῦ κοινοῦ γένους παραδιδόμενον τῷ θανάτῳ, ἱερεῖον ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν ἀνθρώπων ἀγάλης σφαγιαζόμενον, δαιμονικῆς πλάνης ἀποτρόπαιον· τούτου γὰρ ἀνενεχθέντος, πᾶσα λοιπὴν ἡ τῶν ἀνάγκων δαιμόνων δύναμις καθηρεῖτο, καὶ πᾶσα πλάνη παρεῖτο. Τὸ μὲν οὖν σωτήριον ἐξ ἀνθρώπων θῦμα, αὐτὸ δὴ τοῦ Λόγου σωματικὸν ὄργανον, ὑπὲρ ἀνθρώπων καθιερούτο· οὐ περί λόγων ἱερῶν βοῶσι φωναί· ποτὲ μὲν· Ἰδὲ ὁ ἀμὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἰρων τὴν ἀμαρτίαν τοῦ κόσμου· ποτὲ δὲ· Ὁς πρόβατον ἐπὶ σφαγῆν ἤχθη. Καὶ τό γε αἴτιον διδάσκουσιν ἐπιλέγουσαι· Οὗτος τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾷται, καὶ ἡμεῖς ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πληγῇ καὶ ἐν κακώσει. Αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν, καὶ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν. Παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτόν· τῷ μῶλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς λάθημεν. Πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, ἕκαστος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ ἐπλανήθη· καὶ Κύριος παρέδωκεν αὐτόν ταῖς ἀμαρτίαις ἡμῶν. Τὸ μὲν οὖν σωματικὸν τοῦ Λόγου ὄργανον διὰ ταύτας καθιερούτο τὰς αἰτίας· ὁ δὲ μέγας ἀρχιερεὺς, ἕτερος ὢν παρὰ τὸ ἱερεῖον, Θεοῦ Λόγος καὶ δύναμις, καὶ σοφία, οὐκ εἰς μακρὰν τὸ θνητὸν ἀνεκαλεῖτο τοῦ θανάτου, καὶ τοῦτο τῆς κοινῆς ἡμῶν σωτηρίας τὴν ἀπαρχὴν, ζωῆς ἐνθέου καὶ ἀθανασίας μέτοχον παρίστη, τρόπαιον ἐπινίκιον κατὰ τοῦ θανάτου καὶ κατὰ τῆς δαιμονικῆς παρατάξεως (16), καὶ τῶν πάλοι θυσιῶν ἀποτρόπαιον, τοῦτο ὑπὲρ ἀπάντων ἀνθρώπων ἀνεγείρας. [Διὸ καὶ Χριστὸς ὀνομάσθη.] Τὸ γὰρ Χριστὸς ὄνομα τημαντικὸν ἱερωσύνης ἅμα καὶ βασιλείας παρὰ παισὶν Ἑβραίων ἂν γένοιτο· ταῦτα γὰρ ἦσαν τὰ χρισμένα (17).

(18) Πρὸς τοῖς εἰρημένοις καὶ ἄλλη τις γένοιτ' ἂν τοῦ σωτηρίου θανάτου μεγίστη αἰτία ἡ λεχθησομένη. (19) Ἐπειδὴ γὰρ τοῖς αὐτοῦ φοιτηταῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἀναγκαῖον ἦν ζωῆς τῆς μετὰ θάνατον ἐναργῶς παλιγγενεσίαν, ἐφ' ἣν τὰς αὐτῶν ἐλπίδας ἀναρτᾶν αὐτοὺς ἐδίδασκε, δι' ἣν καὶ προὔτρπεπεν αὐτοὺς ἐχέσθαι τοῦ τῆς θεοσεβείας ζυγοῦ· εἰκότως τοῦτον ὄραν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἀκριβῶς παρεῖχεν. Ἐχρῆν γὰρ τοὺς μέλλοντας εὐσεβῆ μετεῖναι βίον τοῦτο πρῶτον ἀναγκαϊότατον μάθημα δι' ἐναργῶς βίως παραλαβεῖν· καὶ πολλὸ μᾶλλον ἐκεῖνους τοὺς εἰς ἅπαντα τὴν οἰκουμένην μέλλοντας ὅσον οὕτω κηρύττειν, καὶ τὴν ὑπ' αὐτοῦ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι προβληθείσαν διδασκαλίαν τε

citer translulerit, in multis tamen evidenter peccavit; quam ego mendorum copiam in præfatione schollisque editionis Mediolanensis lectoribus demonstrevi atque correxi. Item cl. doctor Leus, qui propter hoc opus *Theophaniæ* Eusebianum de sacris litteris immortaliter meritus est, Syrum suum non semel interpretem vel ob obscuritatem vel alias ob causas castigat.

(17) Syriacus textus accedit propius ad Eusebium *Demonstr. Evang.* iv. 11, ed. Vigeri, p. 176: Διότι καὶ χριστοὺς ὀνομάζειν αὐτοὺς πάντας ἦν Ἑβραίων φίλον.

(18) A. f. 300. b. Syr. III, 60.

(19) Aliter Syrus; suod non orobo.

καὶ θεογνωσίαν εἰς πάντας καταγγέλλειν (20) ἀνθρώπους· ὅς δὴ πείσμα μέγιστον λαβεῖν ἐχρῆν τῆς μετὰ τὸν θάνατον ζωῆς, ὡς ἂν ἀδεεῖς καὶ ἀφοβοὶ θανάτου τὴν κατὰ τῆς πολυθῆος πλάνης ἀγῶνα προθύμως ἀναδέξοιντο· μὴ γὰρ θανάτου καταφρονεῖν μελετήσαντες, οὐκ ἂν πώποτε πρὸς τὰ δεινὰ παρεσκευάζοντο. Διὸ δὴ ἀναγκαίως ὀπλιζῶν αὐτοὺς κατὰ τῆς τοῦ θανάτου δυναστείας οὐ ῥηματίους καὶ φωναῖς παρεδίδου τὸ μάθημα, οὐδὲ λόγους ὁμοίως ἀνθρωπεύουσιν τὸν περὶ ψυχῆς ἀθανασίας πιθανῶς καὶ ἐξ εἰκότων (21) συντάττων· αὐτῶ δὲ ἔργῳ τὰ κατὰ τοῦ θανάτου ἐπεδείκνυ αὐτοῖς τρόπαια.

(22) Ἦν μὲν γὰρ πάλαι πρότερον φοβερός τοῖς πᾶσιν ὁ τοῦ θνητοῦ γένους ἁπλοῦς θάνατος, καὶ λύσις ἐνομιζέτο τῆς ὅλης ἀνθρώπου φύσεως, ψυχῆς ὁμοῦ καὶ σώματος, ἢ τοῦτου δυναστεία· οὐδέ τις ἦν τῶν ἐξ αἰῶνος οἴδς τε τοῦτ' ἂν φρόνητρον ἐξ ἀνθρώπων ἀνελεῖν πάντες δ' ἐπήχησαν φόβῳ μικροὶ καὶ μεγάλοι τὸν θάνατον· οὐκ ἦν τε τοῦ κακοῦ παραμύθιον ἀνθρώποις, οὐ λόγος, οὐ τρόπος, οὐ βίος, οὐ σοφῶν λογισμὸς, οὐ παλαιῶν συγγράμματα, οὐ προφητῶν θεσπίσματα, καὶ ἀγγέλων ἐπιφάνειαι· πάντων δὲ κρείττων καὶ ἀνώτερος τὴν κατὰ πάντων νίκην ἐπέιχεν (23) ὁ θάνατος, ὑψηλός, μέγιστος, ὑπερήφανος· ᾧ δὴ καταδεδουλωμένον τὸ θνητὸν γένος παντοίαις ἐκαλινδεῖτο παρανομίαις, μαιφονίαις, ἀθεμιτοῦργίαις, δυσσεβείαις, πολυπλόκῳ πλάνῃ· τούτων γὰρ ἦν ἀπάντων θάνατος αἴτιος. Ὡς γὰρ μηκέτι ὄντες μετὰ θάνατον, τὰ μωρίων θανάτων ἄξια δρώντες διήγον· καὶ ὡς εὐθύναις οὐδαμῶς ὑποκείμενοι διὰ τὴν ἐκ τοῦ θανάτου λύσιν, βίον ἐζῶν ἀβίωτον. Οὐς δὴ κατελέθησας ὁ Λόγος, ἐπὶ τὴν ἄμυναν ἔσπευσεν· εἶθ' οἶα βασιλεὺς φιλοπρωτότατος τὸν κατὰ τοῦ θανάτου ἔλεγχοι δι' ἀνθρώπου φύσεως ἐμηχανάτο, ζωὴ μὲν αὐτὸς τυγχάνων, καὶ Θεοῦ Λόγος, καὶ Θεοῦ δύναμις· ἀλλ' οὐ δίχα τοῦ βοηθημένου τὸ τῶν ἀνθρώπων φρόνητρον διελέγξει κρένας. Διὸ δὴ ὄπλῳ χρησάμενος ἀνθρωπεύει, καὶ θνητῶ σώματι ὁ ἀσώματος, τὸν θάνατον διὰ τοῦ θνητοῦ κατηγωνίσαστο· καὶ μέγα θαῦμα τοῖς πᾶσιν ἀπέδειξε, τρόπαιον ἀθανασίας κατὰ τοῦ θανάτου διὰ τοῦ θνητοῦ ὄπλου στήσας (24). Ἦφίει μὲν γὰρ τὸ θνητὸν εἰς βορὰν τῷ θηρίῳ (25)· τὸ δ' αὐτίκα τῷ ἰκρίῳ προσηλοῦτο ἀνασταυρούμενον· ὡς ἂν τοῖς πᾶσιν ἢ τοῦ θνητοῦ γνωριθεῖν φύσις, μηδέ τινα λάθοι τὸ πραττόμενον, μὴ ἀνθρώπων, μὴ δαιμόνων· ἐχρῆν γὰρ πάντας ἀκριβῶς τὸ θνητὸν ἰδεῖν, ὡς ἐν μεγίστῳ θεάτρῳ τὴν οἰκειάν ὁμολογοῦν φύσιν· ἵν' ἐξῆς ἐπελθῶν ὁ θάνατος, οἶα θῆρς δεινός, οἴδς τις ποτ' ἦν, ἑαυτὸν ἐλέγξει· κἄπειτα τῆς ζωῆς ἢ δύνάμις, μετὰ θάνατον ἐπελθοῦσα, τοῖς πᾶσιν αὐθις τὴν κατὰ τοῦ θανάτου παραστήσεται νίκην, τὸ θνητὸν ἀθάνατον ἀποδείξασα.

A Deique notitiam, cunctis hominibus nuntiaturi. Discipulos itaque summam habere fiduciam opus erat de vita post obitum recuperanda, ut intrepidi, absque ullo mortis metu adversus polytheismi errorem certamen alacriter susciperent. Nam nisi mortem contempnere assuevissent, nunquam contra terribilia se accinxissent. Quamobrem necessario illos armans adversus mortis potentiam, haud prolati ore vuculis doctrinam hanc tradebat, neque sermonum more humanorum de animæ immortalitate verisimiliter disserebat, sed ipso opere relata de morte tropæa illis ostendebat.

B Sane erat olim cunctis terribilis illa mortalis generis perniciēs mors; et dissolutio existimabatur universæ hominis naturæ, animæ simul et corporis, mortis potentatus; nemoque ex omni ævo exstiterat, qui hoc terribilem ex hominibus tollere posset, cunctique a magno usque ad minimum mortis timore percellerantur; nihilque erat quod huic malo solatium conferret, non sermo, non modus aliquis, non sapientium consilia, non priscorum litteræ, non prophetarum oracula, non angelorum apparitiones: sed omnibus fortior et superior universalem victoriam obtinebat mors, excelsa, gloriabunda, superba, cui mancipatum humanum genus, in omni volutabat scelere, cædibus, nefandis operibus, irreligiositate, multiplicique errorum genere. Quippe horum omnium mors causa erat: namque homines, ceu post obitum nihil essent futuri, digna infinitis mortibus perpetrabant: ac veluti nulli pœnæ obnoxii, propter eam quam morte fieri credebant dissolutionem, vitam sine vita degebant. Quos miserans Verbum, ad auxiliandum festinavit. Deinde ut rex clementissimus coercitionem mortis per hominis naturam molitus est; cumque is vita ipsa sit, et Dei Verbum, atque potentia, non sine tamen ipsa humanitate, cui opem ferebat, terrorem hominum de medio tollendis judicavit. Quamobrem, armis utens humanis, mortali in corpore incorporeum Verbum mortem re mortali debellavit, grandeque miraculum cunctis ostentavit, immortalitatis tropæum adversus mortem mortalibus armis statuens. Quippe suam voraci belluæ mortalem partem tradidit, quæ statim ligno clavis confixa fuit, ut sui corporis natura mortalis ab omnibus agnosceretur, nec quemquam res acta lateret sive hominem sive dæmonem. Intererat enim ut omnes accurate viderent eum qui moriebatur, propriam confitentem, tanquam in spectaculo maximo, naturam; ut deinde superveniens mors, ceu dira bellua, quænam ipsamet esset, per

(20) Syrus videtur legisse ἀνατέλλειν.

(21) Ἀμπαρετὶ Συρὺν legisse εἰκότων.

(22) Syr. III, 61.

(23) Syrus paulo aliter periodum dividit.

(24) Hactenus hoc fragmentum (nempe ab illis verbis ἦν μὲν γὰρ πάλαι πρότερον φοβερός, etc.) recitatur ad eodem Niceta etiam in catena ad Epist.

ad Hebr. cap. II, 17; sed recte quidem in codice Mediolanensi ex Εὐαγγελικῆς θεοφανείας, mendose autem in Parisiaco (ut certe est apud Cramerum, p. 426) Εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως.

(25) Belluæ, id est mortis, non bellis ut Syrus, seu angl. beasts. Nempe paulo infra mors diserte dicitur bellua.

se proderet : postremoque vitæ virtus , mortem subsequuta , cunctis vicissim suam adversus mortem victoriam palam faceret , dum mortale corpus immortiale jam sisieret . Dimisit itaque brevi tempore corpus , ea quæ hoc possidebat Dei Verbi virtus ; et confestim illud quod de ligno pendebat , mortuum pars tantummodo Christi mortalis naturam suam

Sepulcro secundum hominum leges traditus fuit . Erat autem sepulcrum spelunca nuper in saxo excisa , nullum adhuc cadaver experta , quia oportebat unicum loculum uni insolito mortuo deservire . Miraque visu erat petra spatioso in loco sola exstans erecta , antrumque unicum intus habens ; ne si forte plura corpora excepisset , ejus qui mortem debellaverat , miraculum obscuraret . Jacebat sibi exstinctus is qui erat viventis Verbi organum : saxum ingens occultabat speluncam . Mors interea mirifice gloriabatur , ceu si hunc haud secus quam reliquos ex omni ævo superavisset . Sed enim nondum triduo tempore exacto , vita semet iterum conspicendam obtulit , post sufficientem mortis coargutionem . Nam si citius resurgere properavisset , ne exstinctus quidem creditus fuisset . Sed quoniam vere sublatus (in crucem) fuit , vereque mortuus , atque aliquanto temporis intervallo mortem vere sustinuit , hinc enimvero quod omnia vivificat Dei Verbum , universam hominibus propositam spem per illius , qui tum mortuus fuerat , resurrectionem , ostentavit . [Cumque ejus corpus depositum fuisset a familiaribus , honestæque traditum sepultura , post triduum denuo resumpsit illud ; rursusque carne semet et corpore indutum , cujusmodi antea fuerat , discipulis demonstravit : quibuscumq; tantisper confabulans , atque aliquanto tempore versans , mox illuc unde venerat abiit ; cæli viam , spectantibus illis , ingrediens .] Quid ergo post hæc ? Haud jam ego gestarum rerum narrator tibi sim , verumtamen qui has viderunt , hi totius negotii testes idonei sint ; qui sanguine ac vitæ detrimento , actorum veritatem , quam aspexerant , confirmaverunt ; totumque orbem ea , quam ipsi prædicabant , religione impleverunt . Hi utique resurrectionem , quam oculis spectaverant , testimoniis suis sanxerunt . Neque enim verbis ac voce tenus facta illa cognoverant , quorum testes exstiterunt , sed coram dum serent contemplati fuerant , manique adeo tetigerant . Quare et oculis et rei veritate evidentiâ consecuti , victoriæque de morte relatæ tropæis visis , merito contemplum mortis condidicerunt : quam rem ipsam suos disci-

(26) B. f. 307 b.

(27) Transtulerat alio, nempe ad codicis paginam 307 b, hoc quinque versuum fragmentum Niceas in catena; quod nunc, duce textu Syriaco, ad stationem propriam redit.

(28) Anima Christi corpus destituit, non ipsum Verbum seu Dei virtus. Quamobrem hic intellige, Christi humanitatem, non nisi Verbo permittente, mortuam esse.

(29) A. f. 310. Syr. II, 64.

(26) Ἠρίει (27) τοίνυν πρὸς βραχὺ τὸ σῶμα ἢ τοῦτο διακρατοῦσα τοῦ Θεοῦ Λόγου δύναμις· (28) τὸ δ' ἀνηρημένον ἐπὶ τοῦ ξύλου παρακρήμα νεκρὸν ἦν· ἀλλ' οὐχ ὁ Λόγος ὁ ζωοποιὸς τὸ νεκρούμενον ἦν· τὸ δὲ θνητὸν τὴν οἰκείαν ὠμολογεῖ φύσιν.

est; non tamen vivificum Verbum exstinctam; lestabatur.

(29) Μνήματι δὲ κατὰ νόμους ἀνθρώπων παρείδοδοτο· τὸ δὲ μνήμα σπήλαιον ἦν ἄρτι κατὰ πέτρας λελαξευμένον, οὐπω σώματος ἐτέρου πεπειραμένον· ἔδει γὰρ μόνῃ (30) σχολάζειν τῷ μόνῳ παραδόξῳ νεκρῷ. Θαυμαστὴ δὲ ἰδεῖν ἢ πέτρα ἐν ἠπλωμένῳ χώρῳ μόνῃ ἕρθιος ἀνεσταμένη· καὶ μόνον ἦν ἄντρον εἰσὼ ἐν αὐτῇ περιέχουσα. ὡς ἂν μὴ, πολλῶν γενομένη, τοῦ τὸν θάνατον καταγωνισαμένου ἐπισκιάσῃ τὸ θαῦμα. (31) Ἐκείτο μὲν δὴ νεκρὸς αὐτόθι, τὸ τοῦ ζῶντος Λόγου ὄργανον· λίθος δ' ἀπέκλειε παμμεγέθους τὸ σπήλαιον. Καὶ πολὺς ἦν ἐν τούτῳ γαυριῶν ὁ θάνατος, ὡς ἂν τοῦτον μετὰ τῶν ἐξ αἰῶνος ἐλὼν ὑποχείριον· ἀλλ' οὐπω τρίτημος παρῆι χρόνος, καὶ ἡ ζωὴ πάλιν ἑαυτὴν ἔφαινε μετὰ τὸν αὐτάρκτη τοῦ θανάτου ἔλεγχον. Εἰ γὰρ δὴ ὄαττον ἀνέστη φθάσας, οὐκ ἂν οὐδὲ τεθνεὺς ἐνομισθῆ· ἀλλ' ὅτε γε ἀληθῶς ὑψούτο (32), καὶ ἀληθῶς ἐθεθνήκει, ἐν χρόνῳ δὲ τὸν θάνατον ἀληθῶς ὑποδέδεκτο, τότε δὴ τότε ὁ τῶν ἀπάντων ζωοποιὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος τὴν πᾶσαν ἀνθρώποις ἀποκειμένην ἐλπίδα διὰ τῆς τοῦ τότε θνητοῦ παλιγγενεσίας ἐπεδείκνυτο. [Καὶ (33) τοῦ σώματος αὐτοῦ ληφθέντος πρὸς τῶν γνωρίμων καὶ τῆ προσηκούσῃ παραδοθέντος ταφῆ, τρίτατος ἀθῆς ἀπελάμβανε τοῦτο αὐτός.

Καὶ πάλιν αὐτὸς ἑαυτὸν ἐνσαρκον, ἐνσωμον αὐτὸν ἐκείνον, οἷος καὶ τὸ πρῶτον ἦν, τοῖς οἰκείοις μαθηταῖς δείκνυσιν· οἷος καὶ ἐπὶ βραχὺ ὀμιλήσας, καὶ τινα συνδιατρίψας χρόνον, ἀνεισιν ὄθεν καὶ παρῆν, ὑπ' ὀφθαλμοῦς αὐτῶν τὴν εἰς οὐρανούς πορείαν στειλάμενος.] (34) Τί οὖν ἐπὶ τοῦτοις γίνεται; Οὐκέτι ἐγὼ σοι γενοίμην ἂν τῶν πεπραγμένων διδάσκαλος· οἱ δὲ τούτων ἐπίπτει εἶεν ἂν πάντων ἀξιόχρεοι μάρτυρες. οἱ δὲ αἵματος καὶ ψυχῆς τῆ θῆξ τῶν πεπραγμένων τὴν ἀληθεῖαν πιστωσάμενοι, καὶ τὴν σύμπτασαν οἰκουμένην τῆς πρὸς αὐτῶν κατηγγελημένης θεοσεβείας καταπλήσαντες. Οἱ δὲ γοῦν τὴν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς καταληφθεῖσαν παλιγγενεσίαν ταῖς ἑαυτῶν παρέδωκαν μαρτυρίαις· οὐκ ἦν γὰρ αὐτοῖς ἄχρι λόγου καὶ φωνῆς ἀκουόμενα τὰ πραττόμενα, ἀλλ' ἤδη καὶ ἔργοις ἔθεωρεῖτο καὶ ἐψηλαφῆτό γε ἀκριθῶς πρὸς τῶν ταῦτα μεμαρτυρηκότων· διὸ δὲ καὶ αὐτοψία καὶ ἀληθεῖα τὸ ἐναργῆς κατελιγφότες, καὶ τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης τὰ τρόπαια θεθαμένοι, εἰκότως ἔμαθον καταφρονεῖν τοῦ θανάτου· ταῦτ' οὖν καὶ τοὺς αὐτῶν φοι-

(30) Ita omnino Græcus codex. Syrus paulo aliter legit illud παραδόξῳ. Hinc Anglice a wonder.

(31) A. f. 314.

(32) Syrus intellexit hoc verbum de resurrectione. Philologi judicent. Sed certe Joan. xii, 32, 33, Christus de sua morte in crucis supplicio loquens, hoc verbo ὑψουσθαι, exaltari, utitur.

(33) Quæ uncis claudio, ea absunt a Syro, quia fortasse aliunde obreperunt.

(34) Syr. III, 62.

τηγάς εἰδοασκον, τῆς ἀθανάτου ζωῆς παρὰ τοῦ Σωτῆ-
ρος εἰληφότες τὰ ἐχέγγυα.

Δ'.

(55) Ἐπίδοξος ἦν τις ἀνὴρ τῶν ἐν στρατείαις, ἀ-
ξιώματος καὶ ἀρχῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπειλημμένος (56)·
ἐπειδὴ δὲ ὁ δοῦλος αὐτοῦ γνήσιος πάρετος τὰ μέλη
οἴκοι βέβλητο, συνιδὼν οἷας ὁ Σωτῆρ εἰς ἐτέρους ἐπε-
δεικνυτο δυνάμεις, ἰώμενος τοὺς κάμνοντας, πᾶσαν τε
νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἀκούμενος, λογισμῶ κρι-
νας μὴ κατ' ἀνθρώπον εἶναι τὸ θαῦμα, πρόσεισιν ὡς
Θεῷ, οὐκ εἰς τὸ φαινόμενον τοῦ σώματος ἀπιδὼν ὄρ-
γανον, δι' οὗ τὰς ὀμιλίας ἀνθρώποις ἐποιεῖτο, εἰς δὲ
τὸν ἀφανῆ Θεὸν διὰ τοῦ θνητοῦ τὰς οικείας ἀρε-
τὰς ὑποφαίνοντα. Διὸ ἐδεῖτο καὶ αὐτὸς, ἐπὶ τῷ παιδί
τῆς θεϊκῆς εὐεργεσίας τυχεῖν (57). Καὶ οἱ μὲν πρε-
σβύτεροι τῶν Ἰουδαίων μικρῶν ἕνεκα τὴν χάριν αι-
τουῦσι, τῶν εἰς τὴν συναγωγὴν γενομένων ἀναλωμά-
των· ὁ δὲ Κύριος οὐκ ἐπὶ τούτῳ δίδωσιν ἑαυτὸν, ἀλλ'
ἐπὶ τῷ πολὺ μείζονι, πίστιν κατεργάσασθαι διὰ τῆς
δυνάμεως εἰς πάντας ἀνθρώπους βουλόμενος· καὶ
χαρίσασθαι μὲν τῷ ἑκατοντάρχῃ ἐπιτηδεῖως ἔχοντι,
καθηγήσασθαι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις διὰ τούτου πρὸς τὴν
πίστιν. Καὶ οὐδῆπουθεν ἀγνοεῖ τὸ μέλλον, ὅτι μέλει
πυθόμενος ὁ ἑκατόνταρχος ἐφικνούμενον εἰς τὴν οἰκίαν
παραίτησθαι· ἀλλ' εἰδὼς τὴν μέλλουσαν ἐξ εὐλαθείας
παραίτησιν, ἐπινεύει τῇ πιστῇ ἀξιώσει, ἑκατέρῃ κι-
νήσει τοῦ ἀνθρώπου τὸ οικεῖον ἐφαρμόζων· τῇ μὲν
ἀξιώσει τὴν ἐπαγγελίαν καὶ τὴν ἀκολουθίαν, τῇ δὲ
παραίτησει τὴν δύναμιν, ὡς καὶ μὴ παραγενόμενος
ἰάσασθαι· ὥστε οὐχ ἵνα τὴν ἑαυτοῦ πρόγνωσην ἐπιδεί-
ξῃ, τὴν ἐκείνου δικαίως ἂν διεκώλυσεν ἀρετὴν· ἀλλ'
ἀτύπως κατὰ τὸν ἀνθρώπινον τρόπον, ὡς δὴ ἀγνοῶν τὸ
μέλλον, ἀκολουθεῖ, ἵνα χώραν τῆς εὐλαθοῦς ἀποκρι-
σεῖς τε καὶ προθέσεως ἐκείνῳ καταλλάποι, καὶ τὴν
πόρρωθεν ἴσασιν αἰτούντι παράσχοι.

Τοιαῦτα τοῦ πράου Σωτῆρος ὡς καὶ πρὸ τῆς τε-
ραστίας δυνάμεως τὰ θαυμάσια· θαυμάσιος γὰρ ἐν
τούτοις οὐκ ἔλαττον ἦ ἐν τῷ τὴν νόσον ἰάσασθαι, καὶ
τὸν θάνατον ἀποστήσαι. (58) Μεθ' ὅσον μὲν ἐξουσίας
ἡ τοῦ Σωτῆρος προσενηκεται φωνῆ, ὁπόσῃς τε πε-
πληρωτο δυνάμει· ὅσον τε τὸ φιλόανθρωπον καὶ
πρόχειρον εἰς εὐεργεσίαν, ὡς ἐξ ἐτοίμου ἐπαγγεῖλα-
σθαι τὴν αὐτοῦ παρουσίαν! Οἷον δὲ καὶ τὸ θαῦμα τῆς
εὐεργεσίας, οὐδ' ἔστιν ἐπαξίως νοῆσαι. Τὸ γὰρ μόνον
φθέγγασθαι, καὶ ἅμα λόγῳ τὴν ἴσασιν τῷ τοῦ ἑκα-
τοντάρχου παιδί παρασχεῖν, καὶ ἀπαλλάξαι παρα-
χρημα τοῦ νοσεῖν τὸν παρὰ βραχὺ τῷ θανάτῳ κατ-
ισχημένον, πῶς οὐ Θεὸν ἀληθῶς διὰ θνητῆς φωνῆς
φθεγγάμενον παρίστη (59); Οὐ πάρεστι, καὶ ὡς παρ-
ῶν ἐνεργεῖ· λόγῳ γὰρ Θεοῦ καὶ ἔργῳ οὐδὲν τὸ
μεταξύ. Καὶ οὐ μέχρι λόγων γέγονε τῷ ἑκατοντάρχῳ
ὁ ἔπαινος, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσοῦντα ὑγιῆ ἀπέδωκεν ἐπὶ
τῆς πίστεως, καὶ λαμπρὸν αὐτῷ πλέκει τὸν στέφα-

(55) Cod. L. f. 4. h. Syr. lib. iv, 2.

(56) Vocabulum ἐπειλημμένος quomodo explicetur ex Syro Anglice, was in a state of suspense, non satis intelligo; nisi forte Syrus legit ἀπειλημμένος, et quidem translata interpunctione.

A pulos edocuerunt, quandoquidem immortalis vitæ a
Servatore documenta certa perceperant.

IV.

Nobilis quidam vir erat in Romano exercitu
ortulinem ducens et dignitatem adeptus; cujus cum
dilectus famulus paralyti laborans domi jaceret,
consciis simul qualia Servator erga alios exprom-
psisset prodigia, ægrotos sanans, omnemque mor-
bum ac languorem depellens, mente reputans haud
esse humanum id genus miraculorum, accedit tan-
quam ad Deum, haud spectans visibile corporis
organum, quo cum hominibus sermones serebat,
sed invisibilem potius Deum qui mortali in specie
propriam virtutem demonstrabat. Quamobrem roga-
bat et ipse ut puero suo divinam beneficentiam
impetraret. Et Judæorum quidem seniores, levi de
causa beneficium id postulabant, nempe quia cen-
turio impensas erga ipsorum synagogam fecisset;
Dominus autem haud ei rei curam intendebat, sed
multo majori, nempe ut fidem potentiæ suæ apud
cunctos homines astrueret. Dum enim centurioni
bona mente prædico favebat, cæteris simul ad
susciendam fidem dux fiebat. Neque sane ignora-
bat fore ut centurio accessum ejus ad suas ædes
deprecaretur, sed tamen, sciens licet futuram ejus
religiosam deprecationem, ingenuæ petitioni annuit,
utrique hominis voto suam accommodans voluntatem;
petitioni quidem promissionem et profectio-
nem; deprecationi autem, quominus iret, potentiæ
vim qua sine præsentia medicinam fecit. Neque
enim, ut suam prævisionem ostenderet, illius recte
virtutem impedivisset; sed sine fasto, humano more,
quasi rem futuram ignorans, sequebatur centurio-
nem, ut locum piæ illius responsioni ac propositioni
relinqueret, et valetudinem eminens etiam potenti
præberet.

Hi sunt mansueti Servatoris, magis etiam quam
prodigiorum potentia, admirandi actus. Plane in his
quid minus fuit mirabilis, quam cum morbum
depulit mortemque prohibuit. Quanta certe cum
potestate Servatoris vox prodiit, quantaque vi præ-
dita! quanta demum benignitas atque ad benefa-
ciendum proclivitas, cum se paratissimum ad pro-
ficiscendum nuntiavit! Profecto beneficii hujus
admirabilitatem nemo digne æstimabit. Nam dicere
tantummodo, et una cum verbo sanitatem centu-
rionis puero largiri, ac repente morbo expedire
eum qui in mortis limine versabatur, quidni vere
Deum humana voce loquentem demonstrat? Non
adest, et veluti præsens operatur: nam inter Dei
verba et opera nihil interest. Neque laus centurionis
tributa verborum tenuis fuit, sed et ægrum puerum
ob illius fidem sanavit, atque ita splendidum præ-
mium contulit. Dixit enim, moxque opera præ-

(57) Exin aliquanto tractu Græcus textus tantummodo sine Syriaco.

(58) A. f. 114; L. f. 5, b; Syr. iv, 5.

(59) Hic quoque septem fere versus desiderantur in Syro, vel certe in Græco abundant.

dictionis testis subsecuta est; nam puer statim A convaluit.

Quod si quis hanc rem ægre sibi ob prodigii magnitudinem persuadeat, haud tamen de prædictione recte dubitabit, ex qua evidentior facti demonstratio conficitur, si quis reputet, unicum Romanum hominem fuisse qui ad Servatorem accessit, quique majorem etiam magisque benevolam, quam Judaica natio, fecit Christi confessionem; noster vero Servator multos pro uno, æque ac hunc, ad se accessuros affirmat ex orientalibus regionibus, itemque ex occidentalibus, qui ob suam Christi cognitionem et confessionem, haud minorem a Deo consequentur honorem quam Hebræorum parentes. Namque et horum patriarcha, celestis ille Abrahamus, ex irreligijs parentibus ortus, vitam B commutavit, a polytheismi errore recedens, unumque universalem Deum ipse agnovit. Quin etiam ejus filiis Isaaco atque Jacobo similes fores innumeros per universum orbem, præsertim vero orientis et occidenti solis populos, prædixit. Denique momenti maximi superaddit his prædictionem; nempe quod Judæi ipsi, Deo charorum illorum posterii, qui Abrahamum jactabant, Isaacum atque Jacobum, propter suam adversus Deum recordiam et incredulitatem, ceu scientiæ lumine orbatu, in tenebras exteriores expellendi essent: sic nimirum imperitiam illorum, summamque inscitiam, et salutaris luminis orbitatem prædicens. Hinc rerum oportet exitum animadvertere, atque adeo oculis C contemplari, quomodo Judæi, qui dictorum hominum Deo charorum genus esse gloriantur, ejecti fuerint non regno Dei tantummodo, verum etiam sacra ipsorum regalique metropoli: exemplo autem unius, qui olim ad Servatorem accessit, centurionis, innumerabilis hominum multitudo ex nationibus cunctis, æque ac ille, Christo adjuncta sit, quæ ab eo eloctia, eundem quem inclyti illi apud Hebræos viri, Deum agnoscere, parem illis ab universali rege Deo mercedem recipere digna fuit. Έβραίοις λαμπάντων ἀνδρῶν ἐπιγόντων Θεόν, τῆς Θεῶ ἀμοιβῆς.

V.

Mandat Petro Dominus ut ad prædam retia demittat; qui quidem jussum exsequitur. Cum autem magnam piscium multitudinem conclusissent, et retia pondere gravata dirumperentur, opem petunt a vicina navicula; atque ita extractis piscibus utramque scapham repleverunt, in tantum ut mergi periclitarentur. Quamvis admiratione Petrus percussus, indignum se confitebatur ut Servator ad se veniret. Ille autem, qui tanquam futuri temporis imaginem ipsi ostenderat, interpretationem quoque facit, atque: *Noli timere; abhinc enim eris homines ad vitam capiens*. Cunctis vero simul: *Venite post me, faciamque vos piscatores hominum*. Galilæos homines, viles rusticanos, nihil præter Syrorum dialectum scientes, arte hu-

(40) Cod. A, f. 83. Syr. lib. iv, 6.

(41) Hactenus fragmentum recitatur Græce etiam

νον. Εἶπε γὰρ, καὶ τὸ ἔργον ἠκολούθησε μαρτυροῦν τῇ προῤῥήσει· καὶ ἴαθη ὁ παῖς αὐτίκα.

Ἄλλ' εἰ πρὸς τοῦτό τις δυσπίστως ἔχει διὰ τὴν τοῦ θαύματος ὑπερβολὴν, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ προῤῥήσεως σκηπτοῖτο ἂν εὐλόγως, ἐφ' ἣ μείζων ὁ τῆς πράξεως ἐλεγχος; ἀποδειχθήσεται, ἐφ' τῆς ἐν ᾧ λάβοι, ὡς τότε μὲν εἰς Ῥωμαίους ἦν ὁ τῷ Σωτῆρι προσεληλυθὺς χιλιάρχος, ὁ δὲ μείζων καὶ εὐγνωμονεστέρων τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐνδείξαίμενος τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν· ὁ δ' ἡμέτερος Σωτὴρ πολλοὺς ἀν' ἐνὸς ἕσσεσθαι τοὺς κατ' ἐκείνον μέλλοντας αὐτῷ προσιέναι ἐκ τῶν τε πρὸς ἕω καὶ ἀνατολὴν κλιμάτων, τῶν τε κατὰ δυόμενον ἥλιον οἰκούντων θεσπίζει, τοὺς διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἐπιγνώσεώς τε καὶ ὁμολογίας τῆς Ἰσῆς παρὰ Θεῶ τιμῆς τοῖς Ἑβραίων προπάτορας καταξιώθησόμενους· ὅτι δὲ κακείνων ὁ προπάτωρ, αὐτὸς δὲ ὁ βούμενος Ἀβραὰμ ἐκ πατέρων ὀρμώμενος δεισιδαιμόνων μετεβάλλετο τὸν βίον, τῆς μὲν πολυθέου πλάνης ἀναχωρήσας, ἔνα δὲ τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἐπιγνοῦς ὁδὸν· καὶ τοῖς αὐτοῦ παισι τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακώβ ὁμοίους ἕσσεσθαι μυρίουσιν καθ' ἕλην τῆς οἰκουμένης, καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸς ἕω ἔθνη, καὶ τοὺς κατὰ δυόμενον ἥλιον οἰκοῦντας· προαγορεύει· προστίθειαι τε τούτοις τὸ μέγιστον τῆς προῤῥήσεως· αὐτοὶ Ἰουδαῖοι τῶν θεοφιλῶν ἐκείνων ἀπόγονοι, τὸν Ἀβραὰμ αὐχοῦντες καὶ τὸν Ἰσαὰκ καὶ τὸν Ἰακώβ, διὰ τὴν εἰς αὐτὸν ἀλογίαν τε καὶ ἀπιστίαν, ὡς ἂν τοῦ τῆς γνώσεως φωτὸς ἀπεστερημένοι, ἀπόβλητοι γενήσονται εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, τὴν ἀγνοίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐσχάτην ἀμαθίαν, τοῦ τε σωτηρίου φωτὸς τὴν στέρησιν ὡδὲ πη προαναφανήσας. Ἐνθα δὲ ἐπιστήσῃ τοῖς ἀποτελέσμασι· προσέκει τὸν νοῦν, ὀφθαλμοῖς τε αὐτοῖς παραλαβεῖν, ὡς Ἰουδαῖοι μὲν, οἱ τῶν εἰρημένων θεοφιλῶν ἀνδρῶν γένοιο εἶναι σεμνυόμενοι, ἐκβλητοὶ γεγόνασιν οὐ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς αὐτῶν ἱερᾶς καὶ βασιλικῆς μητροπόλεως· ἐπὶ δὲ ἐνὸς τοῦ πάλαι τῷ Σωτῆρι προσεληλυθότος χιλιάρχου ἄφατος ἀνδρῶν ἀριθμὸς ἐξ ἀπάντων τῶν ἐθνῶν ὁμοίως ἐκείνων τῷ Χριστῷ προσιόντων, καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας τὸν τῶν παρ' Ἰσῆς αὐτοῖς ἐκείνοις ἤξινται παρὰ τῷ παμβασιλεῖ

C

E

E

D

E'

(40) Παρακληύεται μὲν τῷ Πέτρῳ ὁ Κύριος χαλάσαι εἰς ἄγραν τὰ δίχτυα· ὁ δὲ τὸ προστεταγμένον ἐποίησε. Ὡς δὲ συνέκλεισαν πλήθος ἰχθύων πολὺ, καὶ διεβῆγγυτο τὰ δίχτυα τῷ πλήθει βαρούμενα, προσκαλοῦνται μὲν εἰς βοήθειαν τοὺς ἐν τῷ γειτιῶντι πλοίῳ· εἶτ' ἀνεκλυσάντες τοὺς ἰχθύας, πληροῦσαι ἄμφω τὰ σκάφη, ὡς κινδυνεύειν αὐτὰ βυθισθῆναι· ἐφ' οἷς ὁ Πέτρος ἀποθαυμάσας ἐξεπλάγη, ἀνάξιον τὸ ἑαυτὸν τῆς σωτηρίου ἐπιβάσεως ὠμολόγει (41). Ὁ δ' ὡσπερ ἐπιδείξας αὐτῷ τὴν τοῦ μέλλοντος εἰκόνα διασαφεῖ τὴν ἔρμηνηλαν, καὶ φησι πρὸς αὐτόν· *Μὴ φοβοῦ· ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἐσὼ ζωγρῶν*· πρὸς δὲ πάντας· *Δεῦτε ὅπισθω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἀλιεῖς ἀνθρώπων*. Γαλιλαίους ἄνδρας, εὐτελεῖς, κ. cl. Leo p. 216, ex cod. Vindob. Sed multo longius prosequitur in codice nostro Vatic. A. f. 85.

ἀγροίκους, οὐδὲν πλεόν τῆς Σύρων φωνῆς ἐπισημαίνοντες, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπιτήδευμα ταπεινὸν τῆς ἀλιείας μετερχομένους, εἰκότως ὁ Σωτὴρ ἡμῶν θηρευτὰς ἀνθρώπων καὶ κήρυκας τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας ποιῆσειν ἐπηγγέλλετο, καὶ πεποίηκεν οὐ ψευδόμενος τὴν ὑπόθεσιν, παριστάς Θεοῦ δύναμιν ἐνεργητικὴν τοῦ πράγματος. Εἰ μὲν γὰρ, λογίους τινὰς καὶ σοφοὺς, ἢ καὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίους ἀνθρώπων ἐνδόξων καὶ πλουσίων προσαγοόμενος, τοῦτοις ἐκέχρητο διδασκάλους τῶν αὐτοῦ λόγων, κἂν εἰκόξ ἦν ἀνθρωπινώτερον ἐπινοῆσθαι τὸ πρᾶγμα· οὕτω γοῦν οἱ πλείους τῶν ἀνθρώπων ἐλώθησαν ὑποτάττεσθαι, ἢ χρήμασιν ὑπὸ πλουσίων δελεαζόμενοι, ἢ λόγων περιβολῇ καὶ φαντασίᾳ σοφίας ἀπατώμενοι, ἢ ὑπεροχὰς ἐνδόξων προσώπων καταπληττόμενοι. Ὁ δὲ μὴ τοιούτοις χρησάμενος μαθηταῖς, τούναντίον δὲ πένησι καὶ ἀδόξοις, καὶ τὸν λόγον ἰδιώταις, Σύροις τε τὴν φωνὴν, καὶ τὸ σχῆμα ταπεινοῖς, καὶ εὐτελέσιν ἔργῳ, δῆλος ἦν μόνῃ τῇ θεϊκῇ δυνάμει χρώμενος, ἣν ἐνεδειξάτο πρῶτα μὲν φωνῇ μὴ προκαλεσάμενος αὐτοὺς καὶ ἀκολούθους (42) αὐτοῦ καταστήσας, κἄπειτα ἐπαγγειλάμενος σαγηνευτὰς καὶ ἀλιεῖς ἀνθρώπων ποιῆσειν αὐτοὺς, ἵν' ἀνθ' ὧν εἶχον δικτύων, λαβόντες παρ' αὐτοῦ τὴν ἀπὸ παντοίων λόγων νομικῶν τε καὶ προφητῶν, τῶν τε τῆς ἐνθέου διδασκαλίας αὐτοῦ πλακείσαν σαγῆνην ἐμβάλλωσιν εἰς τὴν τοῦ ἀνθρωπέου βίου θάλατταν, καὶ περιβάλλωσιν ὄσους ἂν εὕρωσι, πληροῦντες τὰ ἑαυτῶν λογικὰ δίκτυα παντὸς γένους λογικῶν ἰχθύων.

Ἄλλὰ ταῦτα μὲν διὰ φωνῆς ἀκουόμενα ῥήματα καὶ ψόφοι, καὶ πλεόν ὑπῆρχεν οὐδέν· τῆς δ' ἐνθέου δυνάμεως τὸ ἔργον οὐκ εἰς μακρὰν παρεστήσατο· αὐτὰ δὲ ταῦτα τὰ διὰ τῶν λόγων προηγορευμένα τοῖς ἔργοις ἐπιτελέσας, ὡς ἐν βραχεῖ χρόνῳ τὴν σύμπασαν ἀνθρώπων οἰκουμένην μυρία πλήθη τῶν σαγηνευθέντων ὑπὸ τῶν ἰδιωτῶν τούτων ἀνδρῶν κτήσασθαι, πληρωθῆναι τε Ἐκκλησιῶν πάντα τόπον Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων, διὰ μίαν ἐκείνην ἐπαγγελίαν τῆς θεϊκῆς φωνῆς, δι' ἧς οὐ διδάξειν τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς, ἀλλ' αὐτὸς ποιῆσειν αὐτοὺς ἀλιεῖς ἀνθρώπων ἐπηγγέλατο. Ἔστ' οὐ προέγνω μόνον οὕτε προέφησε τὸ μέλλον, ἀλλὰ καὶ ποιητῆς τοῦ τηλικούτου κατορθώματος ἀποπέφανται· εἰπέ τε τῷ λόγῳ, καὶ πεποίηκε τῷ ἔργῳ· παρέστησέ τε τὸ μέλλον διὰ συμβόλου καὶ εἰκότος, καὶ δι' αὐτῆς ἐνεργείας ἀπεπλήρωσε. Τοῖς γὰρ πάλαι πρότερον ἐν σκοτίᾳ φωτὸς ἀληθείας, καὶ Θεοῦ γνώσεως ἐν νυκτὶ καταπονθηθεῖσι, καὶ μηδένα πρὸς σωτηρίαν θηρεῦσαι δεδυνημένοις, ἐπιλάμψας τὸ ἑαυτοῦ φέγγος, ἐν ἡμέρᾳ καὶ φωτὶ γνομένοις προστάττει, οὐ τῇ οἰκίᾳ ἐπιστήμη, τῷ δὲ αὐτοῦ ῥήματι θαρσύνοντας, ἐπιβάλλειν τῷ βυθῷ τὰ δίκτυα. Οἱ δὲ τοσαῦτα συνήγαγον ἰχθύων πλήθη, ὡς διαβρῆγνυσθαι μὲν τὰ θηρευτικὰ ὄργανα, κινδυνεύειν δὲ εἰς βυθὸν χωρεῖν ἀπὸ τοῦ φόρτου τὰ πλοῖα.

Ἐπεὶ δὲ ταῦθ' οὕτως προσταττόμενα τὸν Πέτρον εἰς ἔκπληξιν καὶ φόβον οὐ τὴν τυχόντα ἤγεν· Ἄλλὰ ταῦτά σε, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτὴρ, μήπω ἐκπλητέτω· παιδιαὶ γὰρ εἰ ταῦτα καὶ μελλόντων εἰκόνας· οὐ δὲ μὲν ἰχθύες ἀναυδοὶ καὶ ἄλογοι, καὶ ταῦτα σκάφη

(42) Vocabulum ἀκολούθου; magis proprie vellem a Syro fuisse redditum. Ita etiam quod sequitur

A mili, id est piscatoria, non sine causa Servator noster, venatores hominum suæque doctrinæ præcones se facturum pollicebatur; fecitque, haud fallens promissum, Dei nempe potentiam rei effectricem expromens. Nam si litteratos aliquos et sapientes, vel etiam ex Judæis nobiles divitesque viros eligens, his usus esset magistris doctrinæ suæ, utique humanum potius negotium id credi poterat. Sic enim plerique hominum solent semet subicere, vel pecunia a divitibus inescati, vel litterarum specie et sapientiæ præstigio decepti, vel eminentium personarum illustrium admirantes. Jesus autem cum haud talibus sit usus discipulis, sed e contrario pauperibus et obscuris, ac litteratura idiotis, lingua Syris, habitu humili, operaque vili, B exploratum est eum divinam tantum adhibuisse potentiam; quam ostendit primo quidem dum uia vocula eos invitavit assecrasque suos fecit, deinde spondens captores piscatoresque hominum a se factum iri; ut pro retibus quæ nunc tenebant, sumentes ab eo litterarum omnium legalium ac propheticarum, necnon divinæ ipsius doctrinæ sagenam, in humanæ vitæ mare jactarent, quotquot occurrerent irretirent, genere omni rationalium piscium retia sua rationalia complentes.

Atque hæc ex vi vocis tantum audita, verba erant et sonitus, prætereaque nihil. Sed enim divinæ virtutis efficientia haud multo post rata exhibuit; cum hæc ipsa verbalia promissa factis complevit, ita ut brevi tempore universum humani incolatus orbem, innumeramque multitudinem captorum ab his idiotis hominum, Christus adeptus sit, plenaque Ecclesiis evaserint loca omnia tum Græcorum tum etiam barbarorum, propter illam unicæ divinæ vocis promissionem, qua haud se discipulos suos docturum, sed reapse piscatores hominum effecturum spondit. Quamobrem non præscivit modo vel prædixit rem futuram, sed effector facinoris tanti apparuit, dixitque verbis, et opere exsecutus est; idque fore, symbolo portendit atque imagine, simulque ipsa efficacia complevit. D Namque hos discipulos, qui antea veritatis lumine carebant, et per noctem divina notitia carentem laboraverant, neminemque ad salutem lucrari poterant, ipse lumine suo illustrans, et in diurna luce constituens, jubet non propria peritia, sed ipsius verbo confisos, retia in pelagus jacere. Hi vero tantam collegerunt piscium multitudinem, ut et piscatoria instrumenta rumparentur, et ipsæ navi-culæ demergi pondere periclitarentur.

Quia vero talia imperata, Petrum in stuporem metumque non modicum abduxerant; Haud hæc, inquit ei Servator, magnopere te commoveant; ludicra enim hæc sunt adhuc, et futurarum rerum imagines: pisces quidem muti, et irracionales;

a Syro fuisse redditum. Ita etiam quod sequitur

hæque naviculæ ac retia ex inanimi materia constant. Sed non ita se habent res ab ipsis significatæ. Paulo post itaque, imo vero ex hoc tempore, eris homines ad vitam capiens: ab hac laborifera et infructuosa piscatione expeditus, rationalium animantium, non autem irrationalium, factus captator: neque jam ex maris abyssu, sed ex salsa mundi amaritudine, et tenebrosis irreligiositatis ac nequitiae latebris ad intellectualem lucem purumque aerem respirandum protrahes eos quos tu prædaberis: imo incolumi vita capies, quatenus vitam illis, non mortem afferes. Et marini quidem pisces in tenebris atque abyssu antea viventes, statim ac lucem aerisque respirationem participant, pereunt: at vero homines, qui a te capiuntur, ex ignorantiae tenebris ad divini generis vitam piscatu tuo transferentur. Ideo tu deinceps ad vitam homines capies.

Hæc divina virtute prædixit Servator, hæc fideliter vereque a se dieta idem demonstravit. Nimirum retium ille jaculator, piscator, Syrus, pro captura piseium, quantas hominum myriadas ceperit ineffabilis doctrinæ retibus divina virtute contextis, comprehendi numero nequit. Arcana, ab iis quæ apparuerunt, demonstrantur. Nam quæ spatiosa mundi ætas, ante Servatoris Dei manifestationem, non attulit; quæ neque Moyses, Hebræorum legislator, neque post Moysen prophetæ Dei multum laborantes per totam noctem ante Christi adventum, efficere potuerant; hæc Galilæus, pauper, loquela barbarus, idem, inquam, ille Petrus confecit. Rerum autem a Petro tunc peractarum demonstrationes sunt, quæ mox inelauerunt Ecclesiæ, multo magis rationalium piscium plenæ, quam illæ naviculæ irrationalium; cujusmodi est Cæsariensis in Palestina Ecclesia, item Antiochiæ Syriacæ, itemque ipsius Romanæ urbis Ecclesia. Has enim ipsum Petrum Ecclesias, et circumstantes omnes composuisse, traditum memoria est: necnon et illas Ægypti, cum ipsa Alexandria idem pariter, etsi non per seipsum, per Marcum tamen discipulum suum, constituit. Namque is interim per Italiam et omnes circa illam gentes occupabatur; sed suum alumnum Marcum edocendæ Ægypti genti capiendæque destinavit.

(43) In his commatiibus variat aliquantum seu fit obscurus Syrus.

(44) A. f. 83. b. Syr. IV. 6.

(45) Cod. noster Græcus A. f. 83 b. habet ἀλλήλων. Sed Syrus interpres sine dubio legit ἀρρήτων (quod et nos prætulimus), quoniam Anglice video *something hidden*.

(46) Syrus haud intellexisse videtur dictionem, βάρβαρος τὴν φωνήν, si certe dicit *by means of its voice*.

(47) In Syriaco opusculo a me edito (*Script. vet. t. X*) quod inscribitur *Canones seu doctrina Apostolorum, dicitur p. 7: Accepit manum sacerdotalem Apostolorum Roma civitas et tota Italia, atque Hispania, ac Britannia et Gallia, cum reliquis aliis regionibus finitimis, ab ipso Simone Cepha, qui ascendit ab Antiochia, et fuit præceptor ac rector in Ecclesia, quam ibi ædificavit, et in finitimis. Jam*

Α και δίχτυα ἐξ ἀψύχου ὕλης κατεσκευασμένα· ἀλλ' οὐ τοιαῦτα τούτων τὰ παραδείγματα. Μικρὸν γοῦν ὕστερον, μᾶλλον δὲ ἐντεῦθεν ἦδη καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους ἐση ζωγρῶν· τῆς μὲν μοχθηρᾶς ταύτης καὶ ἀνωφελοῦς ἀπαλλαγῆς ἀλυσίας, λογικῶν δὲ ζώων ἀντὶ τῶν ἀλόγων θηρευτῆς γινόμενος· καὶ οὐκέτι ἐκ βυθῶν θαλάττης, ἐκ δὲ τῆς ἀλμυρᾶς τοῦ βίου πικρίας, ἐκ σκοτιῶν τε μυχῶν ἀθεότητος καὶ κακίας εἰς φῶς νοερὸν καὶ καθαρὰν πνοὴν ἀνελευσίεις τοὺς ὑπὸ σοῦ θηρευσομένους, μᾶλλον δὲ ζωγρήσεις αὐτοὺς διὰ τοῦ ζῶν ἑαυτοῖς (43) ἀλλ' οὐ θάνατον προξενεῖν. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ πελάγους ἰχθύες, ἐν σκότῳ καὶ βυθῶ πρότερον ζῶντες, αὐτίκα φωτὸς καὶ πνοῆς μεταλαχόντες ἀπόλλυνται· οἱ δὲ, ἐξ ἀνθρώπων ὑπὸ σοῦ θηρευθῆσόμενοι, ἐκ σκοτους ἀγνοίας μεταβάλλοντες ἐπὶ ζωῆν ἔβηον ἀγρευθήσονται. Διὸ καὶ ζωγρῶν ἐση ἀπὸ τοῦ νῦν ἀνθρώπους.

(44) Ταῦτα θεϊκῆ δυνάμει προηγόρευσεν ὁ Σωτῆρ· ταῦτα τοῖς ἔργοις πιστὰ καὶ ἀληθῆ ἐπέδειξεν ὁ αὐτός· ἦγον ἀμφιβολεὺς ἐκεῖνος, ὁ ἀλιεὺς, ὁ Σύρος, ἀντὶ τῆς τῶν ἰχθύων θήρας, ὅσας ἀνθρώπων ἐσαγήνευσε μυριάδας λόγων ἀπορρήτων δικτύους θεϊκῆ δυνάμει πλακείσιν, οὐκ ἔστιν ἀριθμῷ περιλαβεῖν δυνατόν. Ὅψις δ' ἀρρήτων (45) τὰ φαινόμενα· ἃ γὰρ ὁ μακρὸς αἰὼν τοῦ βίου πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος θεοφανείας οὐκ ἤνεγκεν, ἃ μὲτα Μωϋσῆς ὁ τῶν Ἑβραίων νομοθέτης, μήτε οἱ μετὰ Μωϋσέα τοῦ Θεοῦ προφῆται πολλὰ καμόντες διὰ πάσης νυκτὸς τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ καταπράξασθαι μὴ δεδύνηται, ταῦτα ὁ Γαλιλαῖος, ὁ πένης, ὁ βάρβαρος τὴν φωνὴν (46), αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ Πέτρος κατεπράξατο. Δείγμα δὲ τῶν τότε ἐπιτελεσθέντων πρὸς Πέτρον αἱ εἰς δεῦρο διαλάμπουσαι Ἐκκλησίαι, πολὺ μᾶλλον τῶν τότε σκαφῶν λογικῶν ἰχθύων πληθύνουσαι· οἷα ἡ κατὰ Καισάρειαν τῆς Παλαιστίνης τυγχάνει, οἷα ἡ ἐπὶ Ἀντιοχείας τῆς κατὰ τὴν Συρίαν, οἷα ἡ ἐπὶ αὐτῆς τῆς Ῥωμαίων πόλεως (47)· τάδε γὰρ αὐτὸς ὁ Πέτρος τὰς Ἐκκλησίας, καὶ τὰς ἀμφ' αὐτὰς ἀπάσας συστησάμενος μνημονεύεται (48), καὶ τὰς ἐπ' Αἰγύπτου καὶ κατ' αὐτὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν πάλιν αὐτὸς, οὐ μὴν δι' αὐτοῦ, διὰ δὲ Μάρκου τοῦ μαθητευθέντος αὐτῷ κατεστήσατο. Αὐτὸς μὲν γὰρ ἀμφὶ τὴν Ἰταλίαν καὶ πάντο τὰ ἀμφὶ ταύτην εἴνη ἐαγόλαζε (49), τὸν δ' αὐτοῦ φοιτητὴν Μάρκον τῶν κατ' Αἴγυπτον διδάσκαλον καὶ σαγηνευτὴν ἀποδέδειχεν.

vero quod hoc opusculum, in Romano chartaceo codice cum Ebediesu sæculi xiii auctore copulatum, nunc in codice sæculi sexti aut septimi a doctis quoque Anglis compertum fuerit, sane gaudeo; sic enim ejus cum ætate augetur auctoritas. Quod autem in editionem Latinam meam irrepserit *Bithynia* pro *Britannia*, cum tamen mea ipsa Syriaca editio recte habeat p. 174, *Brutania*, ut Syrus innoter pronuntiat, id non sine aliqua, ut puto, mentis evagatione vel ipporum mendo fieri potuit. (Namque Aloysii Assemani Latinum scriptum, quid habeat, neque nunc meminisse, nec scire interest.) Quis enim inter Galliam et Hispaniam, *Bithyniam* potius quam *Britanniam* serio collocet?

bernator, et salvator. Non enim creavit et dimisit : quia non sine providentia sunt quæ sunt. Non est fatigatus faciens. Neque ut volatilia, ut pisces generant quidem, relinquunt autem. Et certe nec ista generant et dimittunt : sed habent diligentiam et pascunt. Si igitur ista ita, multo magis per quem creata sunt omnia, per istum omnia et gubernantur et pascuntur : non vacante Patre, sed annuente : annuente autem, non oculis, sed ut decet incorporalem, ita annuit ut ipsi decorum est. Filius autem agnoscit ut Filium decet : opera autem sunt ut Pater vult, et Filius ministrat. Hæc nos oportebat dicere. Imo omnes ex Scripturis legere. Quis enim sum ego? quid habeo quod non accepi? Omnia enim ab uno, et per unum sunt; et quæ facta sunt, et quæ recte dicuntur. Quanta sane misericordia est Dei? genuit Filium, quia bonus est : creavit universa per ipsum, quia benefactor est. Erravimus et non despexit, cecidimus et non sprexit, sed misit Filium suum obedientem, ut salvaret hominem inobedientem. Misit sine peccato, ut revocaret eum qui peccaverat : misit Filium suum facientem placita, ut salvaret servum obedire nolentem. Misit justitiam, ut auferretur peccatum : misit vitam, ut mors moreretur. Misit qui a se, ut salvarentur qui erant ex homine. Misit eum qui ex Virgine, ut salvarentur ii qui ex muliere fuerant perditii. Misit in figura viri, ut salvaretur qui perierat vir. Cum latronibus figitur cruci, ut paradus et latronibus aperiretur. Cogita dignitatem, et æstima magnitudinem gratiæ. Me enim ex muliere nasci, aut te, non supra naturam est. Manducare aut bibere, dormire et surgere, et in præsepio poni, nihil novi si homines ea quæ sunt hominum patiuntur. Quid autem novum, quid admirabile, quid præcipuum, quid nostrum debitum irrepensabile Deo? Qui misit Deus Filium suum, misit Pater Unigenitum, misit non natus progeniem, misit obedientem bonus, misit justitiam qui genuit. Cur misit? propter peccatores. Cur misit? propter Adam qui mandatum contempsit. Venit ergo qui obedivit ad hæc : et judicatur iudex ob condemnatum : crucifigitur vita pro mortuo : coronatur spinis gloriosus : bibit fel, fons dulcis. Quid inveniemus ad representandum? quomodo agemus gratias? Non sufficiunt linguæ nostræ, non ora, etiamsi fuerint mille. Non sufficimus nos, adjuutores quæramus. Adjuvent nos angeli : nobiscum gratiam reddant et archangeli, ut et ipsi gaudeant. Si quidem et omnis creatura parata est. Parturit enim et ingemiscit et exspectat nostram salutem, ut et ipsa liberetur a dolore. Liberatur enim et sol ne ultra adoretur : et luna, ne ipsa calumnietur a deitate : stellæ etiam, ut non contaminentur hostiis : ut jam non male conflatur argentum : aurum, ut non coin-

⁷⁷ Joan. xvii, 3. ⁷⁸ I Tim. vi, 16.

(83) Ms. *Conflatur argentum, aurum, ut non coinquinetur.*

A quinetur (83). Viri ut sese jam non incidant : mulieres ut non ad injuriam deludantur. Tauri, vituli, ut non varie comburantur (84). Vinum, ut non sine causa libetur. Terra, mare, ut non immutatis nominibus adorentur : omnis enim natura contaminata est : omnis creatura deificata. Sed non despexit is per quem et facta sunt. Venit enim qui contingeret sua : venit qui malum venenum auferret : venit ipsius vitæ medicamen. Mortuus est ut occideret mortem : condemnatus est ut condemnaret corruptelam. Coronatus est spinis, ut nos non haberemus spinas : suscepit maledictum per crucem, ut nos suscipere benedictionem mundam. Non possum dicere quantum sapio. Non possum sapere quantum possibile est. Si sapuero quantum possibile est, non pervenio ut dicam quantum est. Inenarrabilis enim et incomprehensibilis Pater est. Talis autem et Filius ipsius Patris. Si enim ob sui misericordiam nos assumpsit, interimere eum debemus qui nos salvat? quid hoc mali est ita homines de Filio sentire? Maneat ut erat, et in corpore et in præsepio : nihil humile de eo sentias, qui te exaltavit, nihil abjectum aut incongruum. Noli spernere Salvatorem tuum. Si quidem etiamsi verbo eum humiliare volueris, natura non transfertur ad tuam linguam. Si autem et abnegaverimus eum, ipse fidelis manet et negare se non potest : hoc est, a propria natura non excidit. Iste nobis Pater non natus est, unus solus non natus, non ab alio, nec ex alio. Sæpe dico eadem. Siquidem et Joannes qui de Filio dixit *in principio erat*, non tacuit, sed frequenter ait, *Erat*. Quid enim aliud et deberet dici? Domus Dei? quodcumque dixerimus est, quod non de Filio est : alienum (85) a die est. Spiritus in medio nostrum est : si non spiritalia locuti fuerimus, contristamus spiritum in quo signati sumus. Gloria Dei, veritas Dei, non quærit a te laudes, sed nec ab angelis. Non dico ut a te, sed quærit a te ut agnoscas eum : prodesse enim ei potes, si eum agnoveris. aut lumini prodest, cum vides? ut dicamus quia et Deo prodesse potest. Deus enim vult te agnoscere se. Cognitio enim Dei æterna vita est; non Deo, sed his qui cognoscunt. Ita enim et Dominus pronuntiat. *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* ⁷⁷. Verus Deus est Pater in eo quod non natus est. Verus Filius est in eo quod est unigenitus. Non enim mendacium genuit verus. Sed verus Pater Deus non natus : verus Deus Filius unigenitus. Nam et illud quod dictum est : *Solus habet immortalitatem* ⁷⁸, verum est. A semetipso enim solus habet. Sed sicut Pater vitam habet in semetipso : ita et Filio dedit vitam habere in semetipso. Unus ergo non natus, et unus unigenitus, et unus Spiritus san-

(84) Ms. *Ut non vane comburatur.*

(85) *A die est. Forte a Deo est.*

etus. Hæc dicit una Ecclesia : hoc consignatur in uno baptismo : hæc scripta sunt in sanguine martyrum, et ante martyres in sanguine Christi. Nec spernas ejus sanguinem quod tui propter effusus est (86). Effudit enim suum sanguinem Dominus ut salvare- ris, et tu audes ea delere quæ per sanguinem sunt scripta? sed quod per sanguinem scriptum est, non deletur. Vide sane ne et tu de libro vitæ delearis. Adora unum non natum, et unum unigenitum, ne spernas unum spiritum. Adora Patrem, et salvabit te Filius : adora Filium, et suscipiet te per eum Pater. Confitere Spiritum, et impertit (87) tibi Filius Spiritum. Hæc dicantur, hæc cogitentur, hæc

A sentiantur. Ista enim est æterna vita. In his erimus sine lite, sine jurgio, sine contentione. Ad pacem enim nos vocavit Deus. Ipse enim Christus est pax nostra : In ipso vocati sumus. Quid dimissa pace lites assumimus? Non audisti eum dicentem : *Pacem meam do vobis, pacem meam derelinquo vobis* ? Suam pacem dat nobis Dominus, et nos jurgia e contra inducimus. Finis autem sermonis iste sit. Gloria uni non nato Deo per unum unigenitum Deum Filium Dei in uno Spiritu sancto, et nunc et semper et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

LIBER SECUNDUS.

Puto adhuc aures obstrepi meas a memoria beati illius viri (88), qui illa religiosa frequenter usus est voce. Nam et aures vestræ adhuc bonum (89) illius vocis retinent. Puto enim me audire eum dicentem : *Unigenitus Dei Filius* ⁸⁹. Ecce enim (90) religiosa vox per os ejus semper promebatur. Memoria enim erat Unigeniti ad gloriam non nati Patris. Audivimus autem apostolum præcipientem honorari duplici honore debere presbyteros ⁹¹ : eos maxime qui laborant in verbo et doctrina. Qui enim pudicitiam colit, bonus est sibi : et qui jejunit, etiam si bonum faciat opus, tamen sibi : et qui miseretur, et sibi misericordiam parat, et ei cui præbet. Qui autem religionem secundum veritatem docet, et sibi viam æternam acquirit, et omnibus qui docentur. Non est præceptum apostolis ut pauperes pascere, sed ut et ipsi pascerentur. Religionis ergo prædicationis major est a misericordia quæ sit ad homines : oportet enim primum nosse eum propter quem fiunt ea quæ fiunt, et ita facere misericordiam : unusquisque enim qui operatur, sibi acquirit opus : prædicationis autem veritatis hæc est, propter quam et Filius venit in corpore. Non dixit Dominus, Beati oculi eorum qui jejunant, sed videntium, inquit, ea quæ videtis ⁹². Sed non ego nunc bonos actus accuso : sed sicut stella stellæ præfert gloria, ita et actus (91) actibus differunt honore. Summum enim et præcipuum, et primum fundamentum et radix omnium operum quæ fiunt, fides est vera. Dicit enim Dominus : *Ego propter hoc veni, et propter hoc natus sum, ut tester veritati* ⁹³. Ipse D

B Dominus reddens causam sui adventus in mundo, dicit quia ideo natus sum, et ideo veni in mundo ut tester veritati, et tu abnuis? Nam et Petrus beatus, beatus dicitur ⁹⁴, non ob jejunium, neque ob aliud aliquid opus, sed quia Pater ei revelavit Filium. Et iterum Pater ubique de Filio testatur. Nam et in baptismo Joannis, et in monte nihil aliud proclamavit, nisi : *Hic est Filius meus dilectissimus, in quo bene complacui* ⁹⁵. Similiter et Paulus dum doceret dicebat : *Fundamentum aliud præter eum qui est positus nemo potest ponere, præter eum qui est Christus Jesus* ⁹⁶. Si igitur fundamentum fuerit salvum, sperat ædificatio bene proficere posse : si radix fuerit sana, spes est fructus ex ramis accipere. Si autem infirme fuerit fundamentum, in periculo sunt ea quæ superponuntur. Aurum enim quod super fundamentum, et argentum, et margaritæ, et lapides pretiosi, et fenum, et stipulæ, et ligna ponuntur : nihil aliud significat in hoc loco, nisi quidem prædicationem per aurum et argentum et lapides pretiosos. Ea autem quæ præter veritatem sunt, igni utpote digna, feno et stipulæ et ligno comparavit. Non enim dixit Apostolus : Si quis non dederit pauperi, anathema sit. Non ista denego : sed quæ prima sunt, prima ; et quæ secunda, secunda. Primo condisce propter quem facis, et ita facito. Multi enim hominum pecoribus sunt similes : putant non esse necessaria quærere de his quæ possibilia sunt quærantur. Sicut ergo de his quæ possunt quæri, inertium est non quærere ; ita de his quæ non necesse est quæri,

⁷⁹ Joan. xiv, 27. ⁸⁰ Joan. i, 18 ; iii, 18. ⁸¹ I Tim. v, 17. ⁸² Luc. x, 23. ⁸³ Joan. xviii, 37. ⁸⁴ Matth. xvi, 17. ⁸⁵ Matth. iii, 17 ; xvii, 5. ⁸⁶ I Cor. iii, 11.

(86) *Tui propter.* Ένεκα σου, iterum infra sub fin. lib. vi, *De eo quod ait Deus.*

(87) *Impertit.* Forte *impertiet.*

(88) *Beati illius viri.* Pamphili, ut Henr. Valesius censet ; nos Agapeium potius putamus Eusebii de-

cessorem, de quo Euseb. lib. vii *Hist.* cap. 52, de eodem beato viro infra col. 1065.

(89) *Bonum.* Valesius legit *sonum.*

(90) *Ecce enim.* Valesius legit *hæc enim.*

(91) Ms., *Præest gloria, ita et actus.*

audacia est quærendi. Quæ ergo debent quæri? quæ invenimus in Scripturis posita : quæ autem in Scripturis non invenimus, non quæramus. Si enim oporteret nobis esse cognita, utique Spiritus sanctus posuisset ea in Scripturis : non sumus enim sapientiores a Spiritu sancto. Si dixerit Spiritus sanctus : *Generationem ejus quis enarrabit*⁸⁷? noli quærere neque ab hominibus, neque ab angelis. Cur abnegavit Spiritus, dixit enim quia generationem ejus quis enarrabit? qui autem concedit Spiritus quærere, *Unus Deus ex quo sunt omnia, et unus Dominus Jesus per quem sunt omnia*⁸⁸ : quemadmodum autem Filius ex Patre, crede ei qui novit, ei qui noscitur. Sed tu quæris, et quis est qui promittat se nosse? omnis enim quicumque promittit se nosse, mendax est. Pronuntiavit enim Dominus, quod nullus norit nisi solus Pater Filium, et Filius Patrem. Sed dicit quidam : Ignoramus ergo quia est Deus, et quia non natus est, et nescimus quia et Filius et unigenitus est Filius? Quomodo autem nescimus quia natus est? quia autem est, omnis clamat Scriptura : quemadmodum autem est, et quantum est, nulla valet natura dicere, neque de Patre, neque de Filio. Qui enim dixit : *Nemo novit Patrem, nisi Filius*⁸⁹, ipse dixit quia *et Filium nemo novit, nisi Pater*⁹⁰. Quemadmodum enim capiunt ea quæ per Filium facta sunt, nosse eum per quem et facta sunt? Si igitur imaginem non nati natura non pervenit nosse, quemadmodum ipsum principalem (92) comprehendere quis potest ut norit? Sunt itaque quædam nobis dicenda, sunt et quædam silentio colenda. Sunt quædam in cogitatu movenda, sunt quædam et veneratione non movenda. Sunt de quibus convenit sapi : sunt et de quibus oportet paveri. Sunt quæ possunt lingua interpretari : sunt et quæ possunt religiose taceri. Dicito sane, Unus Deus a quo sunt omnia, et nullus poterit reprehendere. Si autem et reprehenderit quis, non te sed eum qui scripsit. Si autem et Paulum qui scripsit audet quis reprehendere, non Paulum, sed eum qui semper in eum (93) locutus est Christus reprehendit. Si autem Christi verba reprehendere quis fuerit ausus, ipse dixit Christus : *Quæ ego loquor non sunt mea, sed Pater qui misit me, ipse loquitur per me*⁹¹. Etenim neque gentiles sumus, neque Judæi, neque hæretici. Gentiles enim non sumus, quia non dicimus deos. Judæi non sumus, quia et Christum Deum confitemur. Hæretici autem ideo non sumus, quia confitemur istum esse qui venit, quem præveniens Vetus Testamentum per prophetas prædicavit venturum. Si quis enim noluerit litem, opus non habet. Est quædam dubitatio inter fratres : primo cum charitate quæretur, ut inter fratres. Non enim dissensionis est Deus aut iræ, sed pacis⁹² : quia

A et nos in pace vocavit, non tamen ad litem : pugna non docet, sed incitat magis : ille non monet, sed flammam accendit. Contentio autem equis convenit, non tamen Ecclesiæ Dei. Qui novit ea quæ possibile est scire, doceat cum modestia eum qui ignorat, non tamen incitamento : incitamentum enim et ad ea quæ aperta sunt contentionem parit : non ita periclitemur, sed tute loquamur. Si quid scriptum non est, ne quidem dicatur : si quid autem scriptum est, ne deleatur. Non sumus enim auctores, sed discipuli. Non quæ volumus, sed ea quæ legimus : non ea quæ ex corde sunt, sed ea quæ a spiritu in Scripturis sanctis sunt posita. Quis enim est tu qui dicis aut qui audis? vult aliquis Christum honorare ; ut vult ipse Christus, non tamen ut tu vis. Si autem præter id quod vult honoraveris, honor tuus ad contumeliam convertetur. Si interemeris ejus Patrem, non honorasti progeniem. Si interemeris Filium, non dimisisti Patrem in honorem. Si enim non dixeris patrem Patrem, et Filium Filium, neque Patrem neque Filium contiteris. Qui enim hæc dicit, sine Deo est. Si enim Pater non est Pater, ipse enim Filius ut ais; iterum Filius non est Filius, ipse enim et Pater Pater est ut dicis (94). Sequitur periculum, ut neque Pater Pater sit, neque Filius Filius, et quid tenebimus? Sed Pater Pater vere est, non vacua vox sed natura veritatis. Non vanus sermo, sed verus Deus. Non qui dicitur, sed is qui est : non ex his quæ dicimus fingitur, sed quod est agnoscitur. Pater enim neque ex alio, neque per alium, neque aliud, sed ipse est qui est. Forte enim et ex semetipso et per semetipsum ; nobis quodammodo conveniens est sermo ut dicatur. Necdum tamen illa interpretatur natura. Nos enim ut non taceamus ideo dicimus. Quid autem est Deus non interpretatur : quid enim horum interpretatio est Dei, sine initio, non natus, immortalis, incorruptus, immutabilis, immobilis, inaccessibleis, inenarrabilis, incomprehensibilis? Per hæc ergo omnia non est dictum quid est, sed quid non est : velut si quis interpretari non sufficiens quod est lumen, dicat quod non est tenebrosum. Dicere autem quod tenebrosum non est, non solum non exhibuit naturam luminis, sed et magis ipsarum tenebrarum naturam negavit. Immortalis enim dicitur, quia non morietur, et incorruptus quia non corrumpitur. Non natus, qui initium non habet. Hæc omnia non quid est Deus dicit, sed quid non est. Ita per ea quæ dicimus sine interpretatione eum confitemur. Si dixerimus eum fontem veritatis, nomen veritatem non exhibet. Sed quia non habemus quod dicamus, ex his quæ habemus dicamus, mutuati alienis nominibus (95) utimur : fons enim agnoscitur unde est, Deus autem non habet unde; et fons

⁸⁷ Isa. LIII, 8. ⁸⁸ I Cor. VIII, 6. ⁸⁹ Matth. XI, 27.

(92) Principalem, ἀρχέτυπον.

(93) In eum, pro in eo. II Cor. XIII, 4: An experimentum queritis ejus qui in me loquitur Christus?

⁹⁰ ibid. ⁹¹ Joan. XII, 49. ⁹² I Cor. XIV, 33.

(94) Ms. Et Pater est, ut dicis.

(95) Ms. Mutuatis alienis nominibus.

meatus supra meatus effundit, Deus autem in eo ipso quod est manet : neque enim vox conveniens invenitur, neque comparatio perveniens ad illam naturam : sed ut non taceamus colligentes quæ habemus ; cum autem omnia dixerimus, tunc confitemur quia quæ dicimus nihil differunt a taciturnitate. Pater ex eo agnoscitur figura quod est non natus. Unus enim est ipse, qui non est ab alio : unus est qui ex eo quod non natus est agnoscitur. Non frater ei, non Pater Patris, sed singularis natura est : et in ea quod non natus est, vere solus ostenditur, non natus Pater : ab hoc sane non nato manente quod est indivisus, inscissus, impartitus, impassibilis, unigenitus est Filius natus : neque alius est non natus, neque alius unigenitus ; sed unus non natus Pater, et unus unigenitus Filius. Hæc non nos extollunt, memoria illius beati viri. Utinam autem ita possim dicere, ut vobiscum semper ab eodem auderem. Sed ea quæ nunc dicuntur, illi placita fuisse videntur. Gloria enim est proborum servorum vera de Domino dicere : et honor eorum patrum qui bene docuerunt, si repetantur eorum doctrinæ. Unus igitur est non natus Deus : serva (96) non natus cum Patre, et non habebis in anima confusionem : serva unigenitus cum Filio, et non turbaberis, neque jam eris incertus quemadmodum Deus et Deus, et non Dei. Quia enim retines unus Deus non natus, et unus Deus unigenitus ; ideo non dii, quia neque non nati, neque unigeniti : serva figuram non nati, et confitere figuram unigeniti, et nulla turbela est in medio, non lis, non contentio, non jurgium. Pater non sibi ascribit Patrem : Filius unus sibi ascribit Patrem : Pater a nullo est, Filius ab uno est Patre. Non suscipiant hæc litem, aut habent dubitationem : *Ut cognoscant te solum verum Deum* ⁹⁷ : non quia non vere est unigenitus Filius Dei, sed quia a semetipso, et ex semetipso, et per semetipsum, si tamen ita dici debet : fons et principium omnium bonorum est Pater, qui genuit talem bonam progeniem. Bonus enim Filius est, sed cedit bonitatem suo genitori, non mentiens sed sciens unde est. Sine principio : principium autem dico non temporum, non sæculorum ; hæc enim per Filium facta sunt, et non cum Filio nata : non tantum enim non ante Filium, ut si aliter quid introducere cum Filio volueris, non salvabis unigenitum, sed sicut Pater solus non natus est, et si dixeris Filium non natum, periclitaris de eo quod dicis : ita si quid computaveris cum unigenito, quid loqueris ignoras. Unus enim est non natus, et noli quærere alium non natum : unus unigenitus, et noli quærere alium Filium, ne interrumpas unigenitum : unigenitus enim non est unum ex cunctis, sed per

⁹⁶ Joan. xvii, 13. ⁹⁷ Joan. x, 30. ⁹⁸ Joan. xvii, 25.

(96) *Serva*. Τήρει, *observa*. Aut etiam *tuere, retinere*. Supra lib. 1: *In principio erat, serva quod erat, etc.*

(97) *Is enim qui*. Videtur hoc velle : *is enim qui est in eo qui est, non ideo ἀνυπόστατος, hoc est, non ideo*

A quem sunt cuncta. Non est unum ex omnibus, sed per quem sunt omnia : ipse a Patre habet quod est hæres : non est ex hæreditate. Consessor non est ex angelis qui adstant, neque ex archangelis : iudex omnium non est unus ex his qui judicantur. Ne atrahas naturam quæ non accedit, neque pervenit. Quem ex hoc debemus nosse ; quia unusquisque ex his quæ dicit, aut sibi metipso prodest aut lædit. Res enim ex nostris sermonibus non transferetur. Quia igitur Judæi non confitentur Filium, non ideo non est Filius. Judicabit enim eos qui non confitentur eum : quia quidem novum istud sacrilegium introduxerunt dicentes, eundem ipsum esse Patrem quem et Filium : neque Patrem Patrem dicent, neque Filium Filium : sed secundum ipsorum sacrilegium nihil prorsus. Si enim Pater non est Pater, quia ipse est et Filius, ut ipsi flagitantur ; et Filius non Filius, quia ipse est Pater : prope est ut dicant neque Patrem esse, neque Filium : ut unum enim faciunt quod non sit. Quis enim poterit audire ipsum se sibi esse Patrem ? quis poterit Patrem ipsum se sibi esse Filium ? Si enim voluero mutare vocem meam, non mutatur vestrum propositum. Nonne putatis me aliena loqui ? Dicam ergo Pater non Pater, et Filius non Filius. Nam et si dixerō, ipse sibi est Pater, et ipse sibi est Filius ; nonne insaniam statim significant sermones mei ? sed me non tantum moveant adversum eos qui dixerunt, quantum movet et adversum eos qui patiuntur : calumniantur enim ab iisdem et Scripturæ. *Ego : tene Ego, et serva conjunctionem : Ego et Pater unum sumus* ⁹⁸. Non tamen non sumus. Contraria enim importunitate plena sunt. Filius dicit, Ego ; ille dicit, Non ego : Filius dicit, et Pater ; ille dicit, non Pater. Unum, inquit, sumus ; et ille contra, non sumus. Aut quid scriptum est ? aut quid delemus ? aut quid legimus ? aut quid agnoscimus ? Ego in Patre et Pater in me. Non tamen quia neque ego, neque Pater : quemadmodum autem Pater in Filio, et Filius in Patre, maxime quidem cur audes quærere ? is enim qui (97) est in eo qui est, non quia non est ἀνυπόστατος : an quia non est Pater ut sit in Filio ἀνυπόστατος ? neque non est Filius qui est in Patre significat. Siquidem et apostoli duodecim unum sunt, et septuaginta, et D quingenti, et tota Ecclesia unum. Et ne putes me ad humana deducere divina : sed utimur comparationibus cum indulgentia apud fratres, et maneat Deus ut est. Tamen si dixerimus quemadmodum omnis Ecclesia quæ ubique est, unum corpus est ; nullus reprehendat : quia non mentitur Deus qui dixit : *Ego in ipsis, et tu in me* ⁹⁹. Non quia abnegationem Patris irreligiosi sermones docent, neque quod non sit is qui genuit, neque spretionem ejus

non subsistit. An ideo Pater ἀνυπόστατος, non subsistit, quia est in Filio ? Igitur neque Filius ἀνυπόστατος, non subsistit, quia est in Patre. Respicit ad illud Joan. 1, 18, et xiv, 10, 11 : *Pater in me est, et ego in Patre.*

qui est genitus. Sed si non est Filius, et quomodo sunt ea quæ per Filium facta sunt? Non est Filius: et quæ est spes? Non est qui iudicat: et quemadmodum iudicium? Non est qui coronat: et quomodo labores? Est unus quem nullus genuit, et unigenitus quem unus genuit. Genuit sane impassibiliter: non ut nos, sed ut ille: non ut plantæ quæ apud nos sunt, non ut fontes, non ut sol: nihil enim horum quæ hic sunt, interpretari illam generationem possunt. Omnem enim turbellam humanæ comparationes faciunt, cum accipimus non similia ad interpretationem eorum quæ interpretari non possunt. Ideo lites, ideo pugnæ nascuntur. Si autem tacuerimus ea quæ supra vocem sunt, et dixerimus possibilia, cessabit bellum. Quid ergo dicemus? *In principio erat Verbum*. Quis adhuc poterit iurgari? Nam et si iurgatur, non tibi sed Joanni, et pectori Domini a quo hausit Joannes. Quid relinquis ea quæ sunt sine periculo, et in fluctibus tempestatum periclitaris? Noli dicere tua, et nullus te arguit. Dicit quæ scripta sunt, et nullus te reprehendit: etiamsi reprehenderit, semetipsum potius, et non te. Qui enim divina reprehendit, divina quidem non delebit; semetipsum alienum a divinis constituet. Dicit, *In principio erat Verbum*, et relinquuntur tempora. Dicit, *In principio erat*, et deficiunt sæcula. Dicit, *In principio erat*, et nihil cum ipso erat Verbum. Quia ergo *erat* dictum est, ne putes vocem: vox enim, *erat* non suscipiet: si quidem cum dicitur, tunc efficitur. Neque enim antequam dicatur est, neque postea quam fuerit dicta, *erat* habet. Quia ergo *erat*, non vox est, sed Verbum: quale Verbum? Si non dixit Joannes, quæramus: si autem dixit, quid quæremus? *Et Deus*, inquit, *erat Verbum*. Tu dicis vocem, Joannes autem ait, *erat Verbum*. Et si ille dixerit, *Et Verbum erat apud Deum*, tu dicis in Deo, et non *apud Deum*. Ut enim sit, non tamen ut cogitatus sit: neque iterum ut vox, sed Filius: vox enim habet fratres: mei enim qui dicuntur sermones prioribus verbis sunt fratres: unigenitus autem non suscipit fratres. Nam et si vocat fratres, nuncupationem donat. Si autem et coheredes sumus, non naturæ sed gloriæ accipimus (98). Ad illam enim naturam neque pervenies tu, neque ullus perveniet. Sicut enim Pater eminent, et supra omnem naturam est quod est non natus: ita et Filius supra omnes habetur in eo quod est progenies vera Deus apud Deum, Deus ad dexteram Dei, Deus fortis, Deus quem unxit Deus. Agnoscitis prophetica verba (99). Quid ait propheta David? *Ideo unxit te, Deus, Deus tuus* 96. Nam et fortis dictus est ab Isaia, et *Deus nobiscum* 97, cum ex Virgine. Non ergo cum ex Virgine tunc Deus, sed nobiscum tunc. Non primum ex Virgine, sed primum ex Deo. Ex Virgine enim propter dispensationem, ex Deo autem

A propter naturam. Ex Virgine in novissimis temporibus, ex Deo ante sæcula. Ex Virgine, cum hominibus; ex Deo autem ante omnes. Istic ergo et dispensationem confitere, et naturam delere noli, nec exstinguas tibi lumen (1). Si quidem et qui oculos claudunt suos, non lumen exstinguunt, sed ipsi lumine non fruuntur. Nam et si quis lumen verum non fuerit confessus, non illud delet, sed ipse manet in tenebris. Ita enim ipse Filius dicit: *Qui non crediderit in Filium, non videbit, sed ira Dei manet super ipsum* 98. Quæ ira? illa utique quæ ab initio. Qui enim non constitetur eum per quem revocatur sententia, ipse adversum se ipsum revocat sententiam. Negotia enim separata habent naturam: nostri autem cogitatus accipiunt fructum, a veritate quidem vitam, a mendacio autem noxam et perditionem. Si quis enim percusserit caput suum ad petram, petra quidem ipsa manet, caput autem ab insipientia accipit plagam, forte autem et periculum. Dicit sane et Apostolus: *Fundamentum aliud nemo potest ponere præter eum qui est positus Christus Jesus* 99; et iterum: *Petra autem erat Christus* 1. Si ad istam petram caput percusseris tuum, scissum est quod volebas: si autem confessus fueris lumen, habebis quod confiteris. Si enim apostoli quibusdam quidem odor mortis ad mortem sunt, quibusdam autem odor vitæ ad vitam; si illi qui per Christum sal sunt, et qui per Christum luminaria efficiuntur, ad mortem et ad vitam his qui credunt et qui non credunt habentur: quanto magis is qui donavit hæc hominibus Christus? Si quis, inquit, *vos non suscepit, excutite excutite pulverem de pedibus vestris: tolerabilius enim erit terræ Sodomorum in die iudicii, quam civitati illi quæ vos non suscipit qui a me missi estis* 2. Si autem quis ipsum non suscepit Christum: quid si etiam non solum non suscepit, sed interimere voluerit? si ausus quis fuerit dicere, quia sine Filio est Deus, aut quia sine Patre est Filius? Hæc enim nunc quidam calumniantur dicentes, quia ipse sibi est Pater, ipse est et Filius, et non est Filius. Si enim Pater ipse sibi est pater, non est Pater, quia ipse sibi et filius est, ut aiunt. Ludimus in divinis: irrationalia enim ista ne quidem parvi suscipiant. De his sane sermonibus unum brevissimum infantem interroga, qui prima utpote voce qualitercunque cœperit loqui, et dicit ei: Pater tuus ubi est? Aut sicut consueverunt infantes patrem appellare si semetipsum ostenderit, arguit me infans: si autem parvulus statim ut fuerit interrogatus intellexerit quid quæris ab eo, enim qui se genuit ostendit: vide quid audis. Cum autem benedictus Filius, tenens panem, levat manus suas sursum, ut tuam mentem ad eum qui se genuit extollat, nosce Patrem, et cessa negare Filium. Si igitur Unigeni-

96 Psal. XLIV, 8. 97 Isa. v, 6; VII, 14. 98 Joan. III, 36. 99 I Cor. III, 11. 1 I Cor. x, 4. 2 Matth. x, 14, 15.

(98) Ms. *Non naturam sed gloriam accipimus.*

(99) Ms. *Agnoscite prophetica verba.*

(1) Ms. *Ne exstinguas tibi lumen.*

tus dicit : *Pater, gratias ago tibi, quia semper me exaudisti : sed propter circumstantem populum istum dico, ut credant quia tu me misisti* ³. Ista interpretatione non indigent : et sedemus ut insensati, et ludimus. Num semetipsum genuit Pater? num semetipsum misit? num semetipsum orat, et sibi-metipsi gratias agit, et ipse sibi est Filius, ipse sibi est pontifex, ipse sibi est agnus, ipse sibi est via, ipse sibi est janua? Et quis hæc, etiamsi sit insipientissimus, patietur? Num una vox est ut circumveniamus, una est littera ut deleamus? Dicit enim iterum Dominus : *Ecce ego diligo Patrem meum* ⁴, *ego honoro Patrem meum* ⁵, *opera quæ ego facio ille facit, Pater meus quotidie operatur et ego operor* ⁶, *si creditis in Deum et in me creditis, vado ad Patrem meum* ⁷. Gratias agit, orat, viam semetipsum vocat, ut agnoscas ad quem vadis : januam semetipsum dicit ⁸, ut agnoscas ad quem ingredieris : *Pater, inquit, meus agricola est, et ego vitis* ⁹ : vitis et agricola unus est? Hanc comparisonem Dominus dixit, ut ne quis me reprehendat. Ego autem volo ut me quidem omnes homines reprehendant : ego autem volo : Domini autem custodiant verba. *Descendi de cælo ut faciam voluntatem ejus qui me misit* ¹⁰ : obediit autem usque ad mortem. Sed quid nunc opus est Pauli? quanquam et Paulus non testimonio suo dicat ; tamen quia ipse Dominus non auditur, ut quid de domesticis ejus est sermo? Vis sane honorare Filium, ut vult ille, non ut tu vis. Num si dixeris non est, honorasti, si interemeris quem non potuerunt Judæi? Judæi enim fabri filium eum putaverunt, et ut fabri filium interfecerunt ; tu ut Filium Dei interficis. Sed tu morieris, non ille. Non enim ex his quæ tu dicis, ille non est : sed ex his quæ non credis, tu non eris. Quæ scripta sunt dicito, et derelinquetur lis. Non meum et tuum, sed quæ communia sunt Ecclesiæ. Quis enim te judicat? quid habes quod non accepisti? Non ista est vox Pauli qui ait : *Ex parte agnoscimus, et ex parte prophetamus* ¹¹? Hæc dixit Paulus, ne sane solus putaretur ex parte, sed et Apostoli cum ipso qui ait, *nunc videmus per speculum* ¹². Sed Paulus per speculum ; tu autem estis jam vis facie ad faciem nosse. Quemadmodum sane eum interimus quem vides. Hæc (2-3) videbamus, semper a beato illo viro. Sæpe enim dicebantur ab eo, ut quidam suspicarentur ore quidem suo ista proferre, corde autem aliter habere. Et quidem memor vobis sum audisse me ab eo sancto nobis juramento satisfacisse, quia non aliud in lingua, et aliud esset in corde ejus ; sed corde quidem creditur ad justitiam, ore autem confitetur ad salutem : unde igitur

⁴ Joan. xi, 41, 42. ⁵ Joan. xiv, 31. ⁶ Joan. viii, x, 9. ⁷ Joan. xv, 1. ⁸ Joan. vi, 58. ⁹ I Cor. viii, 15.

(2-3) Hæc videbamus, etc. Henr. Valesius legit : *Hæc audiebamus semper a beato illo viro, sæpe enim ita dicebantur ab eo, ut quidam suspicarentur ore quidem eum ista proferre, etc.*

(4) Neque cessavit. Forte neque cessabit.

omnis beatus audit, inde et nos universi audiemus. A Filio nihil audiat sponsa, quod non est sponsi sui. Si quidem non licet sponsæ alienam suscipere in auribus vocem, etiamsi Paulus dicat. Sed ut non dubitaret sponsa de Paulo, ait ipse : *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus* ¹³? Desponsavi enim vos, inquit, viro uni ; non tamen populo, sed uni unigenito una sponsa. Amicus enim sponsi Ille est qui gaudet de sponsa sponsi. Non est vidua sancta Ecclesia. Vivit enim qui pro ipsa est mortuus. Angeli non mortuum adorant ; sed vita erat, erat, erat, et est, et non cessat esse. Neque enim cœpit a temporibus ; neque cessavit in sæcula (4). Regnum enim ejus non habet finem : quia non temporale imperium ejus est, sed perpetuum. Tempus enim resurrectionis est, et tempus salutis. Non moriamur ergo, cum debemus vivere. Sed nunc quidem paucis ob memoriam et honorem Patris Illius nostri, ita boni, ita laboriosi, et pro Ecclesiis ubique vigilante (5) dicta sint nobis. Neque enim generis ejus memoriam fecimus, neque educationis, aut eruditionis, aut alterius vitæ et propositi. Sufficiens enim in Ecclesia Dei de Patre et Filio loqui (6). Loqui quippe dicibilia, tacere autem quæ occulta sunt. Tinguamur fratres in his quæ in Scripturis scripta sunt, non ut vacuæ litteræ prophetarum ut Judæis. Illi enim adversum se legunt ; legentes enim litteras et non suscipientes negotium ex his quibus legunt (7), semetipsos condemnant qui excusant. Videte ne patiamur ea quæ Judæis increpamus. Si enim dicimus Filium, non confitemur autem Filium, et si agnoscimus Patrem, spernamus autem Patrem ; illa ipsa quæ legimus, ipsa nobis in die iudicii legentur ad condemnationem. Dicit enim Dominus : *Ego non judico* ¹⁴, sed sermo quem locutus est ipse eum judicat. Dixit tibi, quia vado ad Patrem meum Dixit tibi, quia missus a Patre sum ; et tu dicis quia non est missus? sed ipse est qui hæc dixit, et tunc judicabit : leget tibi Evangelia, dabis rationem, dicet cur hæc scripta sunt? Hæc autem tunc non dixi per vocem. Et qua facie videbis illud lumen? Contenti simus veritate, excusamus lites. Si quis autem et novit aliquid cum patientia et non ad instigationem quæ lædit, sed cum humilitate quæ prodest, non ut inimici, sed ut Christiani, non ut in circo, sed ut in Ecclesia. Habes aliquid : trade non cum lite, non quasi auctor, sed ammonens ea quæ didicisti a Scripturis. Retinete hæc, et cessabitis a lite, et ab Ecclesia separari nolite. Si ego deliro, quid ad te? si ego aliena loquar, me judica et perdere noli. Occasionem nolite quærere ad schismata. Ovis quæ ex-

¹³ Joan. v, 17, 36. ¹⁴ Joan. xiv, 1, 28. ¹⁵ Joan. xiii, 9. ¹⁶ ibid., 12. ¹⁷ II Cor. xiii, 3. ¹⁸ Joan.

(5) Vigilante. H. Valesius legit *vigilantis*.

(6) Ms. *Sufficit enim in Ecclesia Dei de Patre et Filio loqui.*

(7) *Ex his quibus legunt.* Græco more, pro *ex his quæ legunt.*

tra gregem est, pars lupi est. Nam etsi fortior ovis es, expedit tibi infra parietes ovilis esse, quam foras. Fortis es, porta meam infirmitatem : infirmus es, accipe medelam a communi Ecclesia : gutta una torrentem non facit. Si enim et ceciderit, antequam cadat, a terra absorbetur. Gutta autem, et gutta, et gutta etiam montes evertit. Canna es fragilis, multi autem ferro sunt fortiores. Oculus solus non est oculus, neque caput caput, neque pes pes. Compositio enim membrorum totum bonum facit. Nam etsi esses oculus, ablati, eras cæcus. A corpore enim sublatus oculus, cæcus est oculus, magis autem mortuus. In Ecclesia fratres sub alas matris conveniamus : in Ecclesia in qua ornamenta sponsæ sunt, et membra Christi, non ad schismata, non ad hæreses. Aliquoties enim dico : offendit mea lingua : potest fieri ut mens mea offendat. Sed tu noli : obliviscere (8) eum qui dixit : *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum* ¹⁸. Ista enim domus non mea est aut tua. Cur mei causa recedis a Dominica domo? Et primo quidem quid accepimus nobis quia sapientiores omnibus sumus? Deinde ut quid quod in prece (9) diabolus habet, donamus ei? Si ego infirmus sum, tu qui es fortis, non recedens, confirma Ecclesiam. Si ego aliena loquor, cur tu qui bene loqueris abstrahis te ut videantur mea infirmari? Et ne quis me putet incitatum ad quosdam dicere : sed ab exercitio (10) sum multorum : scio quanta dicta sunt et dicuntur. Unusquisque enim quærens unde pascatur furatur (11). Minores : fra-

tres : non faciamus conventicula, non speluncas. Forte enim apostoli hæc fundarunt. Non lapides dico, sed negotia rerum. Exis ab Ecclesia, et relinquis matrem tuam propter me. Quid sum enim ego, aut Paulus, aut Apollo quis est? De me et te erit sermo. Num ego crucifixus sum? Necdum ne quidem alapam accepi. E contrario autem, et honoratus sum propter Jesum. Et ille quidem multa passus est propter me : ego autem honoratus sum propter ipsum. Et nos quidem seriamur adversus crucem, et adversum eum qui propter nos sel et acetum bibit, et imponimus ei spinas magis quam Judæi, et effodimus manus ejus et pedes, et dinumeramus ejus ossa : *Quæ enim, inquit, fecistis nisi ex minimis istis qui credunt in me, mihi fecistis* ¹⁹, aut bonum aut malum. Hæc fratres et in his fratres : non semper nomina, sed res. Christianus enim verus, frater sit. Verus Christianus : verus est enim Christus. Fratres, fratres, nolite esse piratæ, nolite bellatores. Nolite quærere cum quo litigetis, sed quem salvetis. Ipse autem Deus pacis, qui non pepercit unigenito suo Filio, et misit eum ad salutem nostram, ipse omnium vestrum animas ad unam consensionem, ad unam concordiam, ad unam pacem et charitatem adunet per unigenitum suum Filium : per quem est non nato Patri gloria, honor, imperium, majestas in Spiritu sancto, et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI DE RESURRECTIONE.

LIBER PRIMUS.

Dictum est quidem a nobis et ante de resurrectione; audistis et vos : sed omnia tempora exigunt summ fructum, siquidem et in tempore rosarum, rosæ florescunt. Agnoscunt autem et secundum Jeremiam ¹⁷, et hirundines tempus et alii passeris agri; quorum propheta faciens mentionem, increpabat Israel qui tempora ignorabat. Et tempus omni rei esse sapientissimus dixit Salomon ¹⁸. Quia igitur tempus exposcit de resurrectione tractari, expetunt

C autem et quæ lecta sunt; forte etiam sæpe nobis dicentibus, necdum quidam de resurrectione susceperunt sermonem : nihil prohibet repetere nos et denuo, et de his ipsis tractare ¹⁹. Eadem enim scribere nec Paulum piguit : hi enim qui credunt resurrectionis sermones, erunt tutiores : forte autem qui necdum suasi sunt, suadebuntur. Nunc creditur enim sermoni qui de resurrectione habetur; et magna est multitudo non credentium. Gentiles enim

¹⁸ I Cor. vi, 20; et vii, 25. ¹⁹ Matth. xxv, 40. ¹⁷ Jer. viii, 7. ¹⁸ Eccle. iii, 17. ¹⁹ Philipp. iii, 1.

(8) *Noli : obliviscere.* Forte *sed tu noli obli-*
isci.

(9) *In prece* Ἐν ἐπιτησίᾳ, in voto, in optatis.

(10) *Ab exercitio.* Id est, ex ministerio meo mea oratio ad multos pertinet.

(11) *Furatur. Minores.* Forte *furatur minores*, id est, adducit per fraudem e sinu Ecclesiæ parvulos in fide, sibi que adjungit, unde alatur : quales hi dñ quibus Judas apost. 12, *Semetipsos pascentes.*

non credunt; hæretici simili modo iisdem non habent fidem; Judæi divisi sunt de resurrectione. Sadducæi enim intercipiunt (12) resurrectionem, Phari- sæi autem susceperunt: nisi magis in injuriis peterunt, quam honoraverunt: forte autem et qui in Ecclesia conveniunt, multi dubitant de resurrectione; quæ enim necdum oculis videntur, a plurimis non creduntur. Nam et ii qui suscipiunt resurrectionem, constituti utpote in Ecclesia, multa habent dubia in mente de ipsa resurrectione. Aiunt enim, quomodo resurgemus? in quo habitu, qua conversatione, in quo loco? nudi an vestiti? manducantes? non indigentes esca? in cælo, in paradiso? omnes simul, an alii alibi? Quæ diversitas? utrum in locis, aut in dignitatibus? Et de his qui puniuntur utrum et semper, aut tempus aliquod, et utrum semper per ignem, aut aliquando aliter? Et utrum qui plura, et parva, et qui multa peccaverunt, semper habebunt pœnam? Et si videbunt se invicem, aut secundum eminentias alii in alio loco punientur. Et utrum qui puniuntur si semetipsos videbunt (13); et si iusti eos, qui in pœnis sunt: et si ii qui in pœnis sunt, justos conspiciunt? Et mille sunt quæstiones de proposita resurrectione. Tantis igitur propositis quæstionibus, et tantis non credentibus, et tantis dubitantibus; oratione opus est, ut ipsius resurrectionis Dominus, et impensius quidem tribuat sermonem dicenti, intellectum autem audientibus. Siquidem et iis quæ dicta sunt aliud unum est commune vitium, quod iurgatur adversus resurrectionem. Multi enim sunt qui peccant, pauci autem qui se custodiunt. Illi igitur qui delinquant, nolunt esse resurrectionem, ut non incurrant in pœnas; sed suam voluntatem decreto resurrectionis opponunt, et resistunt Deo. Quia enim volunt a negotio liberari semel morientes, nolunt in totum esse resurrectionem, ut non habeant causam, neque rationem vitæ præstent post mortem iudici Deo. Ergo iurgatur et horum voluntas decreto resurrectionis: quia igitur tanta et talia sunt quæ quærentur, oratione opus est, ut victor superet universos. Non ignoramus autem et illud, quia multi putaverunt Deum nihil amplius posse quam nos. Incerti sunt enim et movent et adducunt in medio istiusmodi quæstionem. Mortuus est, inquit, qui mortuus est; et illam quidem partem ejus aquila manducavit aut vultur. Forte autem non patiuntur aquilæ istiusmodi humilitatem. Aliam, inquit, accepit canis, et canem ut puta sæva bellua manducavit: aut aliud aliquod animal, et istud animal interfectum, combustum est, aut certe obputruit, aut ipsum ab alio quodam comestum est, fieri enim hoc potest; tanta, inquit, successione facta, et casu eorum qui mortui sunt ab alio in alterum, quomodo, inquit, potest Deus invenire initium? tanquam de figulo aliquo, aut de quodam ar-

(12) *Intercipiunt.* Infra col. 1075 A: *Si interceptimus resurrectionis spem:* et supr. lib. 1, paulo post initium: *Filius Verbum dictus non intercipit Deum.*

A tifice qui apud nos est, humile loquatur. Et non cogitant quantum interest inter Deum et homines mortuos. Gentilium igitur multi semel providentiam in his omnibus ejicientes, et a Deo vivo semetipsos fraudantes, ausi sunt dicere, quod et repetere totum non est. Illi enim sine Deo agentes spem resurrectionis interimunt. Qui enim eum qui suscitavit negant, difficile est ut constentur resurrectionem. Sed relinquamus horum importunitatem, ut a pueris convincantur. Nec enim ad omnes certare nos par est, neque ad omnes iurgari; siquidem nec ad insanos consuevimus de cogitationibus sanis loqui: qui autem imprudenter ita iurgantur, non ad nos, sed ad ipsam ordinem officiorum, et ad officia quæ jussa sequuntur, ad solis scilicet cursum, ad immutationem lunæ, ad stellarum choros, ad translationem horarum (14) quæ per annos effici consueverunt, ad officium maris, ad terram, ad aerem, ad pluviam, et ad omnia quæ sequuntur, ad officia ætatum, ad hominum, ad animalium, ad avium diversitates, ad vultuum, ad specierum habitum, ut sit unicuique conveniens esca, membrorum partes, dentium numeri, unguiarum mensuræ, capillorum officia, compositio membrorum: hæc omnia silentio clamant opificem, et provisorem omnium Deum. Quia igitur ista cæci non viderunt, per ea quæ videntur invisibilem: stultum est de coloribus iurgari ad cæcos: quid enim efficacius est Dei providentia? quid autem breve quod putatur non in se æqualem a majoribus invenitur habere providentiam? Cur enim fornicarum salvatur genus in similitudine? cur apium et operationes in commune redduntur, et habita minimis in substantia? quæ quidem et in volatu, et processu, et regressu, et in opere consentiunt sibi. Quis fecit mel? utique qui constituit medicinam, quæ eo ad medelam utitur hominum. Quid enim non plenum est providentia? quid non clamat provisorem Deum? Nonne herbæ, quæ utilitatem præbent medelis? nonne pisces e mari producti, quidam quidem ad escas, quidam autem ad curas? Nonne lapides incisi, ut alii quidem utiles sint ad ædificia et tecta et operamenta, alii necessarii ad corporum sanitates, quia et infirmantur? Nonne escæ aliæ aliis succedentes, et aliæ cum aliis insequentes, ostendunt præparatorem Deum? Nonne secundum uniuscujusque habitum animalis mensuræ, magnitudines, compagine, membra sunt data, et unumquodque ad suam necessitatem et virtutem accepit? Equis enim velocitas data est, ut insequantur et fugiant; aliis animalibus fortitudo, ut sensim portarent pondera sibi imposita. Et mensurata est unicuique virtus, potentia, magnitudo, conveniens esca, et ipsis animalibus propria salus, quæ gustare deberent, et a quibus se abstinere: homini autem et ab aliis animalibus irrationabilibus usus est da-

(13) Ms. *Et iterum qui puniuntur, si semetipsos videbunt.*

(14) *Horarum.* Ὁρῶν, tempestatum.

lus, et a plantis et ab arboribus, a lapidibus, a mari et a terra: undique enim constitutus est veluti in uno corpore mundus conjunctus sibi. Et unumquodque quidem quod factum est, propriam habet naturam et salutem; plurima autem quæque in se necessaria continet. Denique sol positus quidem est in suo loco, habet autem propriam magnitudinem, et possidet acceptum suum fulgorem, et illuminat ea quæ in terra habentur, fovet et calefacit. Et nunc quidem longius abscedens, cedit confectioni hiemis, ut statutum est; nunc autem iterum revocatus, et ad mensuras accedens, non subito nocet; exussisset enim omnia, si subito ad ea spatia quæ dimiserat recurrisset; neque iterum non illuminans intermisit, ut fructus non coquerentur; neque advenire ad impetum subito currit: at mensuræ et recedenti et recurrenti sunt datæ. Non conjunguntur dies noctibus habentes solem; si enim hæc ita essent, arsisset omnia. Sed sol quidem per diem fovet, ros autem nocturnum consolatur ardorem. Et mensura a terra sol distat, ut neque propinquans noceret, neque longius distans frigori cederet. Mensuræ igitur his quæ in cælo sunt ad ea quæ in terra habentur; nec non et quæ in mari ad terram, et diei ad noctem, et hiemi ad æstatem. Et non tanta eloqui possunt, quanta universa natura proclamat. *Cæli enarrant gloriam Dei, opera autem manuum ejus annuntiat firmamentum* ²⁰, dicit Prophetæ. In alio autem psalmo a sursum usque deorsum omnis creatura dinnumeratur. Et certe et ipse qui dicit, *Cæli enarrant gloriam Dei*, non loquentiam audivit. Ait enim *non esse loquelas, neque sermones* ²¹: tacentium autem eorum in omnem mundum exiisse sonum eorum ait. Quia igitur per tanta quæ diximus et tacuimus, ipsa rerum negotia clamant, et providentiam prædicant Dei; rationis non est ad eos qui præscribere naturam volunt, et visibilia non videre, nosmetipsos protendere. Sed ab illorum quidem irreligiositate transire jam tempus nos admonet, properare autem ad aliam, ne videamur et contaminari inspicientes eos, qui non vident. Tantum autem addi oportet, quia confessa providentia consequens est adesse resurrectionem, quemadmodum consequens et necessaria est resurrectio. Sine causa justitiam colit justus? sine causa pudicitiam amat pudicus? et qui providet his quæ sine anima sunt, arboribus et plantis, Deus, invenitur rationabiles animas negligens? et qui providentiam suam formicis impertit, et ostendit eas quæ non habent rationabilem sensum, sibi met consentire, et imitationem concordiæ habere; si tamen et oporteat dici consentire sibi ea, quæ non habent sensum; quia igitur et formicis providet Deus, et dedit eis et receptacula terræ et concordiam, omnium licet sint natura infirmiores, tamen eis, quæ videmus, donavit: de bobus autem secundam Apostolum pertinet ad Deum ²², et de nobis ei

²⁰ Psal. xviii, 1. ²¹ ibid. 4. ²² I Cor. ix, 9.

(15) Ms. *Fruitus est quæ diripuit.*

(16) Ms. *Et ei qui martyrium colit.*

A non pertinet? quemadmodum autem pertinet, si similiter moritur justus, et impius? Is enim qui aliena rapit, fructus est quæ diripuit (13): qui autem sua amisit, abiit gemens non habens spem? Sed non est iniquitas apud Deum. Si enim non est spes resurrectionis, et solatium illis qui istis nocentur, et merces his qui sua istis spargunt, magna iniquitas est apud justum. Si enim æqua redduntur omnibus, jejunanti et ebrioso, libidinoso et pudico, rapienti et donanti, occidenti et ei qui occiditur, et ei qui martyrium tollit (16), ubi virtus est providentiæ? In præcipuis enim si defuerit, non erit utilis neque in minimis. Sed non sit sacrilegium istud admittere quemquam: sive enim gentiles sunt qui adversus resurrectionem augent nobis rationem, qui volunt B ratione se agere cuncta, qui sunt irrationabiles: quemadmodum Deo justitia salvabitur? istis enim videmus nonnunquam perverse negotia geri, ut illos quidem qui cantant putemus bene habere in mundo: alios autem, qui diripiunt et ditantur, lætari et sanos esse corpore, forte magis iniquos quam justos, et nonnunquam melius corpus habere, et filios quamplures, et hos incolumes, et mulieres cum viris lætam degere vitam, et servorum multitudinem eis esse, et opum et possessionum, et condita multa substantia larga, quam et transmittunt ad filios: justis autem genuit, et cum incere degunt in mundo: et ubi est justitia quæ a Deo est? Et si quidem ad Judæos sit sermo, quid profuit Abrahæ, ut promissionem quidem acciperet, ad promissiones autem C non perveniret: quique patrem quidem amantissimum, matrem quidem dilectam, patriam in qua est educatus reliquit propter præceptum? Scitis autem et vos quanta pernicies sit consuetudinis sustinere recessum. Adveniens autem ad terram repromissionis, circumibat ut peregrinus et advena, desiderans satiari aqua, cujus ipse fons, puteus erat adinventor, qui ei fructus ex promissione provenit? Tormentum enim ei erat ipsius promissionis adventus: videre enim promissionem, non permitti autem eadem frui, magis ad blasphemiam adducebat, sed non Abraham. Abraham enim addens et non perfruens ut mensa apposita, et prohibitus degustare etiam ex his quæ exsuperaverant, ita dimissus gratias agebat. D Quid ergo profuit illi? Sed quia filium habuit; post quanta tormenta, post quantas orationes? Servi Abraham habebant, et Abraham desiderans non habebat: sed conjugem habebat, et istam honestam, quæque ab eo ablata est, et valde amare, non interficiens, et mutans locum (17) et locum, perseveravit. Dicant ergo Judæi quæ proaverint Abrahæ ex promissione in præsentem hac vita, ut abscedamus eorum spem resurrectionis. Sed habuit filium. Quando? Circa centesimum annum datus est ei filius, tormentorum potius ejus et precum. Quia enim habuit et bonum filium, et lætatus in dono est,

(17) Locum. Τόπον ἐκ τόπου ἀμελθών.

putas accipiens filium sine tentatione de cætero mansit? et non ipsa pulchritudo filii, ipsa sapientia, ipse intellectus, et ea quæ in eo erant bona, et quæcunque habebat ut donum Dei, amariora tormenta operata sunt patri? quid enim dicit ei Deus? qui dixit (18) donavit ei filium: *Abraham, Abraham, accipe filium tuum Isaac, quem diligis unigenitum, et offeres eum mihi in uno montium, quem tibi dixero*²². Si interceperimus resurrectionis spem (19), statim habet dolorem, statim habet mœrorem Abraham. Noli enim quærere si non est occisus Isaac; sed ex quo proposuit pater, mortuus est patri Isaac. Putas quia et tanta erat crudelitas apud Deum, ut in tantum torqueret Abraham? ipse enim testatur et dicit: *Scio quia ipse et filius ejus mandabit custodire legem et mandata Domini*²³: ut ex hoc testimonio Abraham non solum per semetipsum religiosus exstiterit, sed et ex mandato et filio, qui et post mortem colit et veneratur Deum per ea quæ mandavit Deus. Quemadmodum iste vivens non pœnas sustinuit? dedit ei filium Deus, dedit et tentationem: si esset alius, dixisset utique, Utinam non accepissem. Abraham autem et accipiens gratias egit, et reddens gratias egit, lucrum utpote ducens non frui filium, sed offerre, sicut et factum est: sed quemque respiciens habuit: quando autem præcipitur filius offerri? non statim ut natus est: quæ enim nuper nata sunt, necdum tantum habent affectum. Et antequam loquantur infantes, perdicis aut columbæ locum ad genitores habent: visum enim tantum delectant, et incomposite loquentes: cum autem promoverit ætas, et effulserit sensus, et cœperit intellectus per linguam promi, floruerint autem ætatis pulchritudines et firmata fuerint membra istic et initium ipsius corporis, ut rosa, aut liliū, vel aliquis flos maturus, aut fructus jam paratus; ita et pulchritudo quæ videbatur, et maxime intellectus flectet genitores, et totum se in genitoris evacuat amorem. Movenit autem et filii moribus suis parentes et sermonibus et loquelis. Et quemadmodum extendit manum filius: quemadmodum patrem hortatus est aut per verbum, aut per linguam, aut per eam quam sumit escam. Loquantur autem et patres ad filios, et dulcior filii est vox omni alio quod videtur. Nam et frontes filiorum illiciunt aspectum parentum, et mille alia et alia movent, et omnia quæcunque locutus fuerit filius, si per noctem amplexus est, si per diem blanditus est. Cum igitur hæc omnia concurrerunt, et cum maturum factum est donum Dei, cum domesticum in spe fuere, cum amicis allatum est nuntium, cum reddidit Deus Abraham promissiones suas, et jam haberet filium; videbatur enim et ipsi Abraham solatium promissionis jam factum; cum jam Sara habuerit consolationem, et jam non ab ancilla exprobrationes audiret, cum cognatio audiens esset in lætitia, cum pueri et servi, cum domus majores,

²² Gen. xxii, 2. ²³ Gen. xviii, 19. ²⁴ Gen. xii, 1.

(18) Qui dixit, Forte dixit qui.

et horum filii, et illi homines quibus peregrinus cohabitabat Abraham, cum undique excelsum factum esset donum Dei; tunc dicit Deus tanquam ad quemdam adamantinum: *Abraham, accipe filium tuum unigenitum Isaac, quem dilexisti*. Intueris Deum per adhortationem dehortantem: solito enim usus est ad Abraham sermone; siquidem et tunc cum præciperet ei exire e patria sua, tali ad eum usus est sermone, qui alium utique prohibuisset exire. Dicit enim ei: *Abraham, Abraham, exi e patria tua, et ex cognatione tua, et ex domo patris tui*²⁴: hæc alius si audisset, magis fuisset detentus quam obaudisset. Sed sicut athletic fortioribus jubentes duriora præcipiunt: oportet te, inquit, portare, etiam si fueris calce percussus; oportet te esse patientem, etiamsi adversum oculum tuum manum adversarius protenderit suam: et quæcunque illi mandare consuerunt, et athletarum fortissimi sustinere: ita et istic Deus suum athletam adhortans, per duros eum hortatur actus: *Exi e patria tua, et cognatione tua, et ex domo patris tui, et veni ad terram*; ad quam paratum negat, et promittit aliam, et ipsam promissionem in incerto ponit. Non enim dixit illam terram; sed *in terram*, inquit, *quam tibi ostendero*²⁵. Sicut enim ejiciens e patria, per ea quæ prohiberent eiecit; ita et præcipiens filium suum sibi offerre, per istiusmodi verba jubet, per quæ si esset alius, non obediret. Abraham, inquit, Abraham, accipe tu; nec per alium præcipit, sed *accipe*, inquit, *tu filium tuum, et hunc unigenitum*, ait; porrectio tentationis; *quem dilexisti*, inquit: additamentum doloris alii. Et post hæc consignat majorem plagam, dixit enim et nomen filii. Nam et si hæc omnia essent dulcia et idonea, moveret viscera paterna, ut diceret, *filium tuum unigenitum quem dilexisti*. Sed nihil tale, quantum et nuncupationem ejus annuntiaret, et diceret, *Isaac accipe, et offeres eum mihi in uno montium*. Neque istic designat locum, sed sicut ejiciens eum de patria, ait, *Veni ad terram quam tibi ostendero*; ita et istic dicit, *in uno montium*. Et certe multum commodius si in ipso fervore negotii liberatus fuisset sollicitudine Abraham, et non audiret itineris laborem, nocturnos amplexus unigeniti, confabulationes, per dies visum, motum, sermones, ipsum Isaac dilectum. Et quid opus est plura nos dicere? Abraham enim, qui sententiam adversus filium susceperat, descripserat sibi et abibat habens filium, vivum quidem quantum ad sensum filii, jam autem holo-caustum quantum ad inscientiam patris. Et certe tantam passionem habet quod dicitur, ut et nos qui audimus et dicimus, de his quæ ille in unigenitum filium suum ausit, commoveri et collacrymari et conturbari videamur. Si igitur nobis dicere tantum et audire non est ferendum sine lacrymis; qualis, putas, inveniatur mensura illius conscientie? quis sufficiet sermo illius exhibere dilectionem ad Deum?

²⁵ Ibid.

(19) Interceperimus. Cf. supracol. 1071 A.

Mer simul faciebat pater cum filio, et inter hæc multa quidem dicebantur, plura autem audiebantur, et infinita agebantur. Erant autem omnia bona : Dei enim donum erat Isaac, et portabat : qui portabat? forte autem non debet dici quia portabat, sed gaudebat. Et dies una transierat, et necdum locus ostendebatur. Et nox ad diem, et necdum ad locum pervenit. Et secundus dies, et post diem nox, et alla nox : et nondum finis, sed protensio erat tentationis dilatatio, et quando perveniret, et quando ostenderetur locus cum jam deberet : quia ergo omnia quæ sunt et in Vetere Testamento formæ erant Novi, tertio die et tertia nocte sacramentum unigeniti Filii Dei præcurrebat per unigenitum Abraham : quia autem completum sacramentum est trium dierum, et trium noctium; ostensus est locus, advenit et tempus : forte autem putatis jam liberum esse a certamine tentationum Abraham. Et certe quantum propinquat tempus, tantum tentatio protenditur ejus. Et Abraham dicit ad pueros : *Manete hic; ego autem et filius ascendemus in montem, adorantes remeabimus* 27. Timuit enim, ne pueri ad dominum affectum habentes, et maxime ad unigenitum, prohiberent. Certe quia nunquam Dominus sacrificium hominis petit. Audierant autem quia et secundum promissionem Deus donaverat Isaac Abraham : intuentes vero et ætatem Abraham in alio jam tempore constitutam : quia igitur non consentiebant (20) negotio his quæ faciebat Abraham : possint enim dicere : quid offers Deo filium non petenti? quis enim et ante ipsum justorum hoc aut ausus est, aut tentare ausus est? ob quam enim causam petat Deus eum, quem donavit? cur autem et transferat Deus promissiones suas? ut quid autem et dedit, ut et accipiat, quem indulsit? Hos rationabiles cogitatus timens Abraham, præcipit pueris exspectare, et secum non ascendere, ne quis ob amorem Isaac mitteret manum, et contaminaret immolationem. Quid autem quia et ipsam Saram, quam puto nihil latuisse unquam quæ Abraham cogitabat? hæc enim conscientia ipsa æstimare nos facit, quæ in illo erat conjugio. Illa quam nihil latuit unquam quæ Abraham facere, aut movere voluisset, vel cogitare : illa ignoravit quia unigenitus ejus, illa sterilis fructus, ille ex iusperato filius, ille qui extra ætatem procreatus est : illa ignoravit quia Deo offerretur, qui donaverat : ut non sicut aliquando risit importune in promissione ejus, et nunc plorans importune impediret immolationem : sed tacita res est et ad Saram. Ita enim sciebat et Abraham, et ante mulierem, et Saram præhonorare Dei præceptum; sciebat autem et ante unigenitum suum, eum qui donaverat honorare. Sed neque ii qui iter cum eo fecerant, sciebant mysterium, sed sacramentum ærum, inquit, *mihi*. Tamen cupiens Abraham suajere pueris ut remanerent, locutus est id ad eos, quod nec ipse speravit, nec sensit : dicit enim ad

27 Gen. xii, 5. 28 Gen. xiii, 7. 29 ibid. 8.

(20) *Negotio. Forte negotia, res.*

A eos, *Manete hic : ego autem et puer ascenden-
tes adorabimus in monte, et regrediemur.* Hoc quidem non speravit, hoc autem impetravit, et usus est Deus ejus lingua ad prophetiam. Cum ergo dicitur Abraham propheta, et quæritur a multis ubi prophetaverit Abraham; scire oportet, quia maxime quidem cui revelavit Deus semetipsum, quantum et possibile fuit Abraham ut revelaretur ei; iste ipse vocabatur propheta. Alia autem invenimus eum istic prophetantem : unam quidem prophetiam, quam jam diximus : secundam autem eam, quæ insequitur. Sed sequentem forte dicere perniciosum est, et audire perniciosius. Quemadmodum, putas, sustinuit ea quæ passus est? quemadmodum charitas omnia sustinet. Et pueri quidem remanserunt, præcepit enim dominus; Abraham autem accipiens ignem et ligna et gladium, ascendit cum filio, ipse filio suo imponens ligna. Et certe scimus Abraham per semetipsum vitulum portantem ad susceptionem eorum qui advenerant. Quid autem nunc nec partitus cum filio pondus est, sed omnia ligna imposuit filio, volens jam acceptum habere donum? significabat autem quia incipiet immolari, quemadmodum portare crucem per semetipsum. Cum autem promoveret iter, et agnosceretur montis cacumen, et ignis in medio, et ligna in collo Isaac haberentur, et gladius appareret; Isaac undique prudens, quod alii pueri non dixere, iste requirit a patre. Tentationem utpote quam habebat pater, eloquitur dulcissima, aut potius dura voce : magis autem non tantum grave, quantum dulce. *Pater enim, inquit : sufficit hoc ad flectendum patrem : quique et conjungit alia et dicit : Ecce ignis, ecce ligna, ubi est ovis in sacrificium* 28? Quis alius portasset istam vocem? Ex aliis quidem hominibus nullus. Juste ergo Deus Abraham dilexit. Adamantinus autem ille, unigeniti sui sagittam accipiens, non tacuit ferens, sed potuit loqui, potuit respondere, et neque linguam offendi dentibus : potuere autem et dentes aperiri et dare spatium linguæ : sed nec forte ista dicere de illo licitum est. Non enim ex his quæ nos patimur, illius virtutem accusamus : sed et lætus et exultans, erat enim Abraham, respondit ad filium non crudeliter neque inhumane, sed religiose et pie : dicit enim ad filium : *Dominus providebit ovem sacrificio suo, fili* 29. Ecce alia prophetia, quæ ab eo qui locutus est, ignorabatur : oppositum autem erat quod ait, *Dominus providebit ovem sacrificio suo, fili*. Sicut enim ille incipiens sermone ait, *pater* : ita iste consignans verbum, dicit, *fili*. Audivit ovem, et accepit ut a patre, certus quia quod inventum interim non erat, inveniretur. Cum autem pervenissent ad locum, ædificabat Abraham festinans altare, et cum construxisset, mentitur ad filium promissione (21) quæ per linguam fuerat facta, non tamen eam quæ in corde erat absconsa. Et accedit pater Abraham

(21) *Promissione. An promissionem?*

et accedit ad Isaac, et ligat : filium Abraham ligavit, ut nec palpitans, nec se movens turbaret immolationem. Quo, putas, vultu respiciebat filium Abraham? quis ei erat color? quemadmodum sine tremore manus operabantur? quis, putas, tunc erat Isaac in his constitutus, tacens aut loquens? Scriptura enim hoc tacuit. Putas quia iustis in his sermonibus usus est? Noli enim attendere si puer, sed quia Isaac erat filius Abraham. Putas non dixit ad patrem : quando Deus sacrificium hominum deposcit? quid facis? donum sum Dei : sine poenitentia sunt quæ a Deo sunt dona : quid spernis gratiam? quid contra voluntatem donantis interficis donum? Erant multa quæ dicerentur. Cur autem et mater non agnovit? si enim rationale est quod sit, cur et a servis abscondisti? si autem et hoc fieri deberet, cur mihi ipsi hoc ipsum non palam facere voluisti? promissionem, quam dixisti exigens : dixisti enim, quia *Deus orem providebit sacrificio suo* : fidelis es, redde fructum fidei, utpote, quæ dixisti. Erant multa quæ dicerentur. Et non utique ea quæ nos dicimus : ipsa etiam non sint scripta, jam nos adducunt ad rem. Movetur enim sensus consequenter ut sese negotium habet, et advenientes sensus in illo tunc tempore in quo hæc agebantur cogitemus. Si tacuit Isaac, grandis admiratio est : si dicebat iterum aliquid, alia admiratio. Quemadmodum potuit sustinere pater? quomodo currebant manus ejus? Sed istæ admirationes in aliis hominibus habentur : in Abraham autem contraria erat admiratio. Finis autem sermonis : forte urgentur uniuscujusque viscera : et quod est mirandum : quia certi ex Scripturis quæ sint acta, et quis fuerit exitus negotiorum, tanquam periclitantes sermone, ne quid aliud proveniret quod est scriptum, ita solliciti sumus. Completa fuerunt Abraham omnia quæ ad alacritatem tendebant. Ligatus ab eo fuerat filius, et exallatus in altare, et positus supra ligna, et filius desuper alligatus : et pater velox manu gladium apprehendit. Quo accepto properabat occidere, non differens quippe alacritatem ac donum. Erat autem et manu et alacritate patris Abraham, Dei velocior vox. Abraham qui alacritate præcesserat, præcepto præventus est Dei. *Abraham, Abraham* : bis utitur voce, quia et ab initio præcepti : quia enim forte et dubitare (22) : sed prævenit qui præcepit : eadem utitur voce. Sicut enim dixit antea, *Abraham, Abraham, accipe filium tuum unigenitum Isaac quem dilexisti* : ita et istic, *Abraham, Abraham*. Ipse enim qui illa præcepit, et nunc loquitur, et dicit, *Noli contingere filium tuum* ²⁰ : habeo donum, habeo et tu filium. Secundo tibi et hoc munus dono. Effulsit tua charitas, agnita est fides tua. Erunt ista quæ a te acta sunt, adhortatio eorum qui post futuri sunt te. Decantabitur id quod fecisti, in progenies futuras. Habes fructum fidei, habes et fructum ventris, habes et sterilis filium, habes et ex altare immola-

²⁰ Gen. xii, 12.

(22) *Dubitare. Forte dubitaret.*

tionem. Accepit Abraham secundum filium. Putas tristatus, quia non perfecit promptum animum suum? sed Abraham est, nescit tritari, Ignorat præscribere id quod gaudens accepit : non quia non obtulit. Deus præcepit, gaudens obtulit : sed quia in nullo inobediens fuit. Ubi ergo est prophetia quam ait Abraham, *Deus providebit sacrificio suum*? Num otiosum erit altare? Num vacuum totum quod factum est? Quid autem opus erat videri ludere Deum? Si enim iste quidem non offerebatur, Deus autem præcepit eum offerri, oblatum autem, non est oblatum : quid necessarium erat in re : quid necessarium erat? oportebat præformari Novum Testamentum a Vetere? et apud Judæos quidem aut parva inveniuntur ista aut otiosa. Si autem Novum additum fuerit Testamentum, et lumen effulserit verum; utilissima et non otiosa, et necessaria et non superflua apparebunt. Si enim et interrogaverimus Judæos, ut quid offerebatur Isaac qui non est oblatum, incerti sunt et imprudentes. Si autem Ecclesia dixerit quæ vera sunt, quia oblatum est non ut offerretur, sed ut appareret quia ovis ligno pendeat pro homine, ut liberaretur homo a morte : non concedunt nobis Judæi magnificare vetus per agnitionem novi. Interrogavimus enim eos, quam ob causam hæc omnia fiebant : oblatum non offertur. Sed dicent, ut agnosceretur Abraham a Deo. Latebat enim eum et ante tentationem? Sed ut ab hominibus. Erant ejus et aliæ tentationes plurimæ : putas quia ut sciretur nihil sit amplius? ut lucraremur qui post hæc lucrati sumus? Quid opus erat ove? puta quia et ove : cur non taurus apparuit? cur non capra aut vitulus? cur non alia magna immolatio, sed ovis? puta quia ovis. Cur non in terra visa est ovis? cur non extra altare, aut in cominus apparuit altari? Si quidem hominum esset adinventio aut compositio de ove, oportebat alibi inveniri. Si autem Deus pro homine ovem præbebat, subito in ipso loco debuit ubi erat Isaac, in ipso altare, aut in terra, aut juxta altare, aut ligatum ad radicem arboris. Nunc autem apparet ovis suspensa, et a cornibus, et suspensa in arbore. Natura autem interpretabatur quod erat occultum. Si quis enim suspenderit ovem a cornibus in arbore, id quod sequitur, videbit quod erat futurum. Necessarium enim est istam quæ ita pendet in arbore ovem, separatos expandere pedes priores : hoc enim expedit ovis quæ ita suspenditur. Necessarium est enim et separari ejus qui deorsum sunt pedes. Cum igitur ovis suspensæ in ligno, et in arbore expansæ fuerint manus et pedes, neque interpretatione indigent hi qui habent oculos mentis. Sed quis est qui periclitabatur occidi? homo. Quid est quod pro homine immolabatur? ovis suspensa in ligno. Tanquam si diceret Deus ad Abraham : Non tuus unigenitus necessarius : sed currat quidem forma per tuum, servetur autem meo Unigenito quod sit. Ita ovis appa-

rult pro homine, et hoc in ligno, et hoc suspensa, et hoc cujus hæserunt manus et pedes tanquam in cruce : et prophetia Abrahamæ efficitur duplex. Quod enim ait, *Deus providebit ovem sacrificio, fili* : et tunc quid completum est in comparatione, servabatur autem in mysterio veritati. Quid igitur sibi vult iste sermo incurrens ostendere quia Abraham (23) totam suam vitam transegit in angustiis, in tentationibus; in doloribus. Si enim in ista vita spem haberet, fraudatus esset a spe. Cum igitur gloriati fuerint Judæi in Abraham, necessitatem habebunt et resurrectionem confiteri. Hoc ad illam Sadducæorum partem, qui negant prorsus resurrectionem futuram, recte diceretur. Quia autem alia pars, hoc est Phariseorum, resurrectionem quidem confitetur, resurrectionem autem talem dicit futuram, ut iterum manducetur et bibatur, et conjugii utatur; ut ne quidem resurgentes cessent manducantes et bibentes, et conjugii se conjungentes : venter enim magis sunt quam homines. Et sicut quidam morientium qui ante fuere in deliciis viventium, putant esse fraudare (24) ista vita in morte, in monumentis, et circa januas sepulcrorum semetipsos depingunt, et vel in imaginibus, et post mortem manducant : ita et Judæorum Pharisei volunt et post resurrectionem tanquam depicti iterum manducare et bibere, et nubere. Recumbunt enim et picturis apud istiusmodi, et meliores suæ (25). Nos autem præsiliamus ad id quod verum est. Si enim talis esset resurrectio, excusarem utique resurgere. Iterum enim exurgere, et arare et metere, iterum manducare et bibere, iterum spoliari et vestiri, iterum dormire et vigilare. Sed advertamus quid dicat Apostolus : *Si in ista vita spem haberemus in Christo, miserabiliores omnibus hominibus essemus*²¹. Si enim ita statuit Deus ut in ipsis iterum simus, ut quid nos et quiescere facit? Hoc enim ludentis est potius, concedere mori, et iterum ad ipsam resurgere vitam. Si enim ita resurgeremus, oportebat Abraham ut non amitteret quæ hic sunt, jam perfrui ea quæ esset in resurrectionem accepturus. Si enim cum voluptate bibere et epulari vita est; in quacunque hora non cum voluptate bibimus, fraudarem a vita. Sed vere Judæorum *venter est deus*²², sicut dicit Paulus, qui est ex Judæis, qui Judæos quidem passus non est, veritati enim credidit in Christo. Quid autem dicent nobis et de Isaac, qui jam habebat dolorem immolationis? Habuit autem et post hæc easdem ipsas tribulationes, quas et pater. Conjugis inquam suæ, quæ parere non poterat, nuptiarum mœrorem, commanentium deceptiones, fraudes laborum. Hæc donat Deus suis, dolores, tribulationes, angustias. Si Deus hæc promisit : Jacob

A *autem electus ille et qui ante Esau factus est, viginti et unum annos servit, tunc maxime cum adolescentia ei dabat epulari : et in paternis dum ageret, suspectus erat ne occideretur a fratre : et in soceri domo servus : in itinere autem lapidem ponit sub capite suo, et cum virga sola ambulat. Hæc nuditatem quidem significant ipsius hominis : sacramenta autem quæ per Jacob fiebant, petram supportantem caput ejus, qui persecutionem patiebatur : et virga in manu ostendens viam fugienti. Ego sane audivi Jacob dicentem, quia per diem comedit eum ardor solis; et frigus semper per noctem sensit*²³. Si ista beatitudo est, valde odibat Deus Jacob, Esau erat autem in deliciis. Audio sane Deum dicentem : *Jacob dilexi, Esau autem odivi*²⁴. B Dicant igitur nobis Judæi : si iste est fructus promissionis, si ista est spes, num odit Deus Jacob de quo dicit, quia dilexi? Sed tunc cum liberatus a servitute esset, nonne fugit ut salvaretur? Fugiens autem non est comprehensus, et in timore stetit? Sed fugiens insequentem se socerum nonne occurrat fratri suo? nonne timor timori successit? Sed quia liberatus et ab isto est : nonne habuit in senectute sine consolatione dolorem? Habuit enim Jacob et alium Isaac. Habuit, inquam, Joseph, illum bonum et dilectum sibi, bonam progeniem suam : amarum autem de eo dolorem. Et habuit quando et sterilis erat et istius mater, et Jacob non cessabat orando. Jam autem et in opprobrium erat. Desebat enim sterilis, et dicebat ad virum : *Da mihi filium, aut moriar*²⁵. Soror exaggerat. Ancillæ habebant, et libera non habebat. Dolor, gemitus, et tristitia erat iisdem. Sed misertus est eis aliquando Deus, et natus est Joseph ille bonus undique, corpore in tantum, quantum testatur quæ victa est, mentem autem (26) quantum testatur pater : qui prærogavit his, qui antea fuerant nati. Testatur autem et apud Ægyptum dispensatio, quæ toto facta est mundo. Testatur et scientia linguæ quam ignorabat : et mirabilia intellectibus pueri erant; sed pulchritudines hæc salvatæ, lætificant : bonorum autem casus sine solatio dolorem parabant. Erat igitur in timore patris Joseph : et cum adesset cum eo, ne forte talis non permaneret salvator : ita mordebat, et timorem ingerebat patri per ea quæ loquebatur, per ea quæ aiebat, per ea quæ tacebat. Quid ergo quia Joseph erat talis, et secundus solus matris suæ, et dilectus patri, et fratres quidem ejus mittebantur ut pascerent gregem : Joseph autem ad charitatem patris non est missus cum fratribus; quia habebat tunicam singularem ad agnitionem præcipue charitatis. Non suffecerat Jacob fratris livor, fratris invidia, servitus in peregrinatione, fuga a fratre, com-

²¹ I Cor. xv, 19. ²² Philipp. iii, 19. ²³ Gen. xxi, 40. ²⁴ Malach. i, 5; Rom. ix, 15. ²⁵ Gen. xxx, 1.

(23) Forte per interrogationem, *Quid igitur sibi vult iste sermo incurrens? ut responsio sit, Ostendere quia Abraham, etc.*

(24) Ms. *Putant se fraudare*. Quid si potius, *putantes se fraudare*.

(25) Ms. *Meliores sue*.

(26) *Mentem autem*. Fortasse, *mente* (bonus) sicut antea *corpore* : sensus est, animi dotibus præstans, sicut testatus est pater, cum ei partem unam hæreditatis supra fratres attribuit.

prehensio insequentis : obvius a timore frater ; ut vix acciperet Jacob a sterili ipsius matris mors : desupra hæc omnia decem et septem dum ageret annos in ætate Joseph : tunc cum augentur bona, excidere bonis quantus est dolor ? Et mittit pater dilectum suum filium, quem in multis fratribus habebat unigenitum : mittit pater filium, ut visitaret eos qui erant in solitudine fratres. Puto quia et dum legitur Vetus Testamentum, magis Novum est quam Vetus. Mittit pater filium suum quem habebat in locum unigeniti : nam et singulari veste separaverat eum a fratribus : mittit filium de quo prædictiones erant : prædictiones autem quas ipse quidem viderat Joseph, non absconderat autem a fratribus suis : erat enim frater. Dicebat enim ad eos : *Metebamus, inquit, et meum manipulum erectum est ; vestri autem undecim circuitu adorabant* ²⁶. Bene jam occasio esse cœpit, ut adorarent fratres. Audierunt fratres, et efficax somnium statim intellexerunt, et aiunt ad eum : *Num adoraverimus te nos ? regnabis enim aut tenebis nos* ²⁷ ? Forte autem irascebatur primogenitus et primogeniti, quia junior volebat omnibus prærogari. Voluit enim somnium videre ut hoc velit : num increpatur aliquis cur somnium viderit ? Tamen objurgatum Joseph est, et hoc secundo videt : et ne quidem secundo abscondit ab his qui irati fuerant de priori. Ita erat frater ad fratres. Illi autem ex secunda visione firmantes priorem, duplicem habebant invidiam et indignationem et iram adversus Joseph. Narravit et patri somnium, quia sol et luna et undecim stellæ se adorabant ²⁸. Solem quidem in loco patris intellige, lunam autem in loco matris, et cætera. Videtur reprehensibile esse ; quia mater ejus non vidit eum in gloria : quemadmodum ergo adoravit ? aut vunc quaeritur locus matris quem implevit conjux patris ? Simul autem magis stellæ undecim, hoc est undecim fratres. Forte autem ideo ex sideribus quæ in cœlo sunt apparuit somnium, ut pretiosa ostenderetur prosapies generis ejus. Præfectæ sunt itaque prædictiones ; prædicta enim sunt, quæ sunt prædicta (27). Et tunc mittitur a patre, de quo et prædictiones. Prædixerunt enim prophetæ : et tunc missus est Filius a Patre Christus. Joseph autem filius veniebat a longe ad fratres frater. Magis autem ad non fratres frater. Illi autem videntes eum a longe venientem, dicunt ea quæ et in Evangelio scripta sunt : *Iste est hæres, venite occidamus eum, et nostra erit hæreditas* ²⁹. *Ecce, ille inquit, somniator venit, venite occidamus eum, et mittamus in unum e lacis* ³⁰, annuntiantes quia non solum interficietur, sed inferiorem locum habebit. Et Joseph quidem appropinquavit : appropinquavit ad iudicium fratrum, ad visitationem malorum : illi

A autem benefactorem accipientes occidunt, quantum ad propositum ; et occidissent utique, nisi qui prohibuit Isaac ne occideretur, ut vero servaretur passio, permisit et istic firmam esse formam. Quemadmodum ergo forma occiditur, et non occiditur : proposuerunt occidere Joseph. Jam ad propositum interficientium mortuus est Joseph : quia et proposito Abraham oblati Isaac est, et immolatus. Illi autem non solum non sunt contenti proposito suo, sed accipientes eum facto impetu voluerunt quidem occidere, detenti autem ab uno sunt, qui prophetaverat fratri : et mittunt eum viventem in lacum, annuntiantes quia vivus descendit in lacum promortuis Christus. Hædum autem occidentes, tunicam Joseph tingunt in sanguine hædi, ut esset suspicio per sanguinem, ut inter mortuos liber vivens. In lacu itaque interfectus est Joseph ; coinquinata enim erat ejus tunica a sanguine. Erat autem vivens in lacu post interfectionem quæ in tunica fuerat facta. Transeunt quidem e gentibus, quibus servabatur honum quod erat in lacu : et movet (28) spiritu unum e fratribus consolare suum errorem et dicere : *non occidamus fratrem*. Amatores autem pecuniarum fuere et Judæorum patres : et Judas consiliator eorum ; et dixere, *Non occidamus, inquit, eum, quia non sumus ejus digni*. Non sit nobiscum qui beneficium nobis impertit. Distrahitur itaque Joseph, et tantum a comparatoribus accipiunt pretium, quantum dederunt et proditori Judæ, ut et pretium consentiret sacramento. Judæ autem erat consilium et tunc ut tantum distraberetur Joseph. Judas autem est, qui et in Evangelio distrahit Dominum. Ascendit e lacu qui jam fuerat interfectus per tunicam : et in lacu putatus mortuus, ingreditur Ægyptum. Et iterum istic per insomnia et visionem adunat fructus alimonias mundo : et quem interfecerunt Judæi et distraxerunt, istum adorant gentes dum pascuntur. Non enim Ægyptios solos pavit Joseph ; sed ex omni mundo constuebant omnes gentes et populi, ad formam utpote Domini Jesu. Joseph autem jam pascebat fratres ipsos, scilicet qui se distraxerant, et pretium acceperunt suum. Gratis accipiens, gratis dabat. Et illi quidem ejus acceperunt pretium : ipse autem tritici pretium non accepit. Ubi ergo eos qui affligerunt cruci et distraxerunt, pascit Dominus Jesus ? Ex ipsis Petrus est, ex ipsis et Paulus, et cæteri apostoli. Et fratres et apostoli ad Paulum dicunt : *Intueris, inquit, quanta millia sunt in Judæa qui crediderunt* ³¹ ? *Quid autem si non crediderunt quidam ? nunquid incredulitas eorum fidem Dei evacuavit ? Absit autem* ³². Et contumaces volumus pasci per Jesum. Prohibuit eos idolis servire. Sed sermo ad proposita festinat, ut ostendat et dolorem

²⁶ Gen. xxxvii, 7. ²⁷ ibid., 8. ²⁸ ibid., 9. ²⁹ Matth. xxi, 58. ³⁰ Gen. xxxvii, 20. ³¹ Act. xxi, 20. ³² Rom. iii, 3.

(27) Forte perfectæ sunt itaque prædictiones, perfecta enim sunt quæ sunt prædicta.

(28) Spiritu. Forte spiritus.

Jacob, et quia non ista vita spes est religiosa. Putas potest sustinere sine lacrymis audire : cum tunica illa sanguine tincta in manu Jacob est posita cum voce illa conficta ? *Istam*, inquit, *invenimus* ⁴³, istam sanguine pollutam, agnosce cujus est tunica, agnosce tuum dolorem. Dolor quidem erat patris de mortuo Joseph. Erat non ferendus dolor, quia nec ante oculos suos decesserat filius : videtur enim istud solatium esse quia affuit, quia novissimam ejus vocem suscepit, quia et dimisit ei ad consolationem verbum, quia reliquias ejus commendavit terræ. Cum autem mortuus fuerit Joseph, quantum ad nuntium exspectat, quantum ad distractionem, et incertum sit homicidium aut mors, incisa autem sunt patris viscera. Omnia suspicatur, omnia sibi describit, et multas mortes pro una imitatur. Si quis sustinet vel auditum, non solum qui genuit, vel qui audivit, tunica composita et scissa; ita ut et parerent morsus feræ impressi per tunicam. Utinam dixissent, quia et in lacum cecidit ambulans : et videbatur signum proximum veritati haberi. Sed suspecti sunt ne arguerentur. Requirebat enim ab eis reliquias pater. Suspectus itaque Jacob est, quia mortuus est Joseph, et esca factus est feris : nuntiaverunt enim fratres, testabatur et tunica. Quis portaret, quis sustineret memor illius Joseph ? cum esset cum patre antequam distraheretur ? decem et septem annis erat ei mortuus, et tunica immortalis suggerebat mortem. Sicut enim misericordes sunt patres, nonnunquam ut retineant figuras filiorum per colores depingunt, easdemque recondunt in domibus, ut putant quidam ad consolationem. Effligantur ad admonitionem dolorum : ita et tunica illa recondita domi, et habens sanguinem inveterascentem non hædi putatum sed Joseph, et morsus compositi (29) et impositi ferarum, et hoc silvestrium, semper faciebant dolorem Jacob : videns, condiscens, tangens semper filium per illam tunicam (30) : tangens eam et oculis videns. Et ne quis reprehendat sermonem, quia dolentem introduco justum : sunt enim et misericordes religiosi. Nam et audivimus eum dicentem : *Cum omnes*, inquit, *fili et filia accessissent ut consolarentur eum, non suscepit eorum consolationem* ⁴⁴; non sinebat enim tunica sanguine tincta. Dixit enim : *De-*

A non permisit eum Deus : habuit solatium. Dilexit enim eum qui emerat, quem oderant fratres. Quid igitur, istic putas obdormivit invidia ? putas despexit diabolus consolationem Joseph ? Habebat conjugem Ægyptius ⁴⁵ : per mulierem igitur diabolus machinatur. Diligitur, inquit, bonus non bene. Et vere nunc incurrit in feram Joseph, et signum fratrum transivit ad actum. Mulier insistens, mulier semetipsam decorans, ad laqueum verbis illiciens, lapidibus (32) suadens, odoribus capiens, et varias vestes ut retia expandens. Et intueri mihi peregrinum et adolescentem. Intuere eum qui non habebat patrem, non matrem præsentem. Intuere distractum a fratribus, et contra dignitatem servientem ingenuum, et memor esto verborum quæ a muliere promebantur, et illa ficta mulieris blandimenta. Intuere et divitias Ægypti ostensas a conjugem, promissiones mulieris, tristitiam pueri : pueri angustiam, mulieris abundantiam; potestatem enim habebat domus; additamenta tentationis. Dicebat enim mulier multa : non audiebat autem pudicus. Depingebat sibi oculos illa : Joseph autem suos clauderat. illa se lapidibus coronabat : et ille se a lapidibus ne offenderet custodiebat. Illa contorquebat capillos suos : et ille vitabat ut vincula. Illa varia vestimenta utebatur : et ille intuebatur opificiorum varietatem. Illa movebat thymiamata ad odorem : ille autem odorem pudicitia odorans domabat suam adolescentiam, junior quantum ad ætatem, senior autem sapientia. Cum autem non valnisset mulieris blandimentum, transtulit blandimentum ad vim. Nova quippe tragedia in primo flebat Joseph, forte et solo. Siquidem a viris vim pati mulieres, natura ipsa mulierum suadet : Joseph autem solus a muliere vim periclitabatur sustinere. Accessit enim mulier ad adolescentem, sola ad solum : hominum videbat nullus. Ille autem qui ab hominibus non videbatur, Deum invisibilem intuebatur. Immittebat fera ungulas suas ad tunicam Joseph. Ille autem qui consueverat tunica salvari, et qui tunicam fratribus dedit, et a deceptione fratrum est liberatus, reliquit et nunc tunicam in manu mulieris, ut non dimitteret suam animam in manibus impudicitia : et exivit nudus a tunica, pudicitia autem amictus sua, illo

B
C
D

sancto et pudico vestimento indutus. Mulier autem videns pueri constantiam, et pudicitia imperium, detinens tunicam ejus, sicut canes irascuntur ad lapides qui ad eos fuerint missi : et sicut frequenter quidam effugientes bestias, partem vestimenti jactantes, faciunt eas iram in partem vestimenti deponere suam ; ita illa lea, aut alia quædam bestia dira, tunicam pudici accipiens, et manibus et unguibus comprehendens et tenens, et scindens undique com-

⁴³ Gen. xxxvii, 52. ⁴⁴ ibid. 55. ⁴⁵ ibid. ⁴⁶ Gen. xxxix, 7.

(29) *Morsus compositi.* Morsuum, potius confictæ ad fallendum patrem.

(30) *Ms.* Per illam affectam tunicam.

(31) *In sinu lusus patris.* Pro in sinu patris lusus agens. Supra pag. 485. a. Post futuri sunt etc.

(32) *Lapidibus*, id est, gemmis.

ponebat falsam adinventionem suam pudico ascribens, et honestiam (33) ad se transferens. Impudenti enim clamat voce, et convocat adversus se convictionem et dicit: *Venite, inquit, et videte: introduxit puerum Hebræum* 47. Dicitur ingenuitas, ut illudat nos: subingressus est mihi, volens vim facere. Putas non offendit lingua impudentis? Miramur si non est mutatus ejus color? Conscientia enim, etiamsi occultat factum, tamen per vultus sua producit vestigia. Conferrebat autem ad signum color imitatus (34). Videbatur enim ad vinum esse durata, quam ipsa quidem fecerat, passam autem se confingebat. *Subingressus est mihi, inquit impudens. Subingressus est mihi dicit, quæ subingressa est; et clamari* 48, ait. Et certe non clamasti, nisi postea quam egressus est adolescens: *et reliquit, ait, suam tunicam, et fugit* 49. Et certe non est vim facientis, ut relinquat suam tunicam. Ad convictionem supervenit et dominus domus, qui omnem domum crederat Joseph. Accedit ænea fronte mulier, et iterum repetit signum quod fuerat meditata: lacrymansque et deflens, aut quia non potuit obtinere, aut quia contempta est, aut quia non manibus ejus jam præfocavit. Desiderium enim contemptum ad iram convertitur. Quid igitur in his agitur? Pudicus accusatur ab impudica. Non miraris quia non statim aggressus est vir, et hoc Ægyptius calidæ naturæ homo et loci laniavit adolescentem: si quidem ætas habet suspicionem, et quæ vocabat et accusabat, et qui ad vocem ejus ecurrerant, et tunica quæ retinebatur, movebat dominum ad indignationem, et honor qui erat datus ei qui fuerat distractus. Movebat autem et suspicionem pulchritudo. Et tanta quidem erant quæ ad fidem provocabant. Sufficiebat autem ad operis dubitationem pueri sapientia et pulchritudo. Cur enim eum non statim disparavit (35)? quia sciebat pueri mores: melius autem factus fidei et incredulitati dilaniavit, sed dubitans non disparavit. Et quidem ipsum quia non credidit, ad carcerem misit: qui et susceptus est. Quæ igitur dinumerabimus Joseph? bonam ejus interfectionem (36) dicemus: aut bonam jactationem in lacu; sed distractionem, sed servitatem; post hæc sed exsurrectionem mulieris impudicæ; sed factam calumniam et accusationem falsam in adamantinum adolescentem. Non est locutus Joseph: non fecit satis qui calumniabatur: non est confusus pro impudenti; maluit mori calumniatus, quam uti veritate ad salutem. Putas et iste imitator est et forma ejus, qui non aperuit eos suum cum calumniaretur. Sed Joseph iterum ad carcerem. Et ubi est Judæorum spes? Sed de resurrectione proponentes dicere, incurrimus in necessarios sermones, qui non alieni

sunt a resurrectione. Et videmur quidem protrahere tractatum diu hoc exposcente et maturam reflectionem tenere. Sed forte nec inmorari est ad otium; oportet enim constantes fieri ad mortem, et ita reflicisci. Efficiamur igitur et nos medii, et neque extra mensuram protendamus sermonem: non sinit enim tempus: neque iterum valde colligamus, ut fruamur et festivitate. Et quia nos ex anima et corpore sumus compositi, pascamus animum mensuris propriis, ut et ipsa reficiat corpora a constantia. Sed quid vultis? dimitemus Joseph in carcerem? et quem Deus non reliquit in carcere, nos sermone pingentes relinquemus ligatum? Et quis adhortabitur pudicitiam studere? quis autem amabit continentiam, videns in carcere derelictum Joseph? Et certe si relinquatur Joseph in carcere, et mortuus fuerit cum pudicitia, spes resurrectionis non circumscribit spem. Sed quia non dimisit eum Deus in carcere, simus patientes, et audiamus ejus egressum. Et cum ille fuerit emissus, tunc et nos dimittamur cum eo. Joseph igitur erat in carcere habens delicias ex uberibus pudicitiae, honestate indutus, diligens magis carcerem quam amorem illius bestiae, amantorem fetorem frui. Istum enim præhonorabat unguentis. Ast pudicus amplectens vincula magis, quam ornatum Ægyptiæ; amans oculorum tenebras propter lumen animæ; libenter audiens gemitus carceris, quam videns lapides in luxuriosa fronte et immunda. Ubi ergo sunt prædictiones? Noli properare, et audies. Irascitur Pharaon duobus pueris suis summis e ministerio 50, iratus est Pharaon, quia propitius erat Joseph Deus. Mituntur ad carcerem, et simul cum Joseph recluduntur. Joseph autem et in carcere et iste fidelis. Sicut enim creditam accepit domum Ægyptii, custodivit fidem etiam, cum calumniaretur. Non enim detulit damnum, sed passus est ipse injuriam pati quam facere, et differre domum ejus qui sibi crederat. Creduntur et religati in carcere ei qui erat in carcere. Flos enim pudicitiae annuntiabat per frontem puerum. Et in tanta abundantia habebat solatium, ut ipse esset qui consolaretur tristes. Habebat enim frontem pudicitia germinantem. Suscepit et pueros Pharaonis, eosque statim consolatur: quia erat susceptor et nepos Abraham, et sapiens valde. Ingressus igitur in uno dierum ad pueros Pharaonis, vidit vultus eorum immutatos, et intellexit quia mens eorum erat turbata: et interrogat causam, quæ ista esset in eis immutatio. Illi autem promunt insomnia, et hæc duplicia. Sicut enim et in paterna vidit domo, et procuravit Deus, licet et contrarii sibi essent somnii. Primus exponit somnium qui viderat bonum, ut adhortatio fieret

47 Gen. xxxix, 14. 48 ibid. 49 ibid. 15. 50 Gen. xl.

(33) *Honestiam. Honestatem*, ut a modestus modestia.

(34) *Ms. Color mutatus.*

(35) *Disparavit. Dilaceravit, medium diffidit*

(36) *Bonam ejus interfectionem* Videntur hæc dici per interrogationem. *Bonam ejus interfectionem dicemus? aut bonam jactationem in lacu? sed distractionem?* etc.

secundo, ne taceret. Si enim fuissent utriusque somnii A
boni, forte suspicio fuisset, quia utraque donans
bene interpretatus est Joseph, ut eos consolaretur
potius, quam veram interpretationem somniorum
diceret, et fortuitum putaretur negotium, et iterum
qui perniciosum viderat somnium secundus non
diceret, et non fieret duplex testimonium. Nunc
autem exponit primus qui bonum habebat somnium.
Erat enim supra vineam regis, et dicit: *Vitem vide-
bam, et in vite tres fundi: et ipsa germinans attule-
rat maturos botriones uvæ: et calix Pharaon in manu
mea: et sumpsi uvam et expressi eam in calicem in
manibus Pharaon* ⁵¹. Prudens et sapientissimus
Joseph, qui a Deo edocebatur, statim ad interpreta-
tionem currit et dicit: *Tres fundi tres dies sunt adhuc;
triduum, et in vinea habebit Pharaon initium tui,* B
*et restituet te super vineam in officio tuo, et dabis cali-
cem in manus Pharaon*. Lætatus est audiens, et statim
mutavit colorem ⁵². Hortatus autem et alius est semet-
ipsum: habebat et ipse similem visionem. *Et ego,
inquit, vidi somnium. Putabam me tria canistra halice
(37) tollere super caput meum* ⁵³. Sicut illic tria, et
istic tria. *Et in canistro superiori ex omnibus generi-
bus (38) ex quibus Pharaon rex manducabat, opus pi-
storum: erat enim supra pistorum: et volatiliu cæli
comedebant ea de canistro quod erat supra caput
meum. Etiam, inquit, et tria tua tres dies significant* ⁵⁴.
Sed quia non ministrasti in manu regis, volatilia autem
comedebant ea; manifestum est quia incisio capie
tuo, et affixa carne cruci, volatilia manduca-
bunt carnes tuas. Hoc enim annuntiat somnium tibi.
Et cum tertius advenisset dies, et regis haberetur
natalis, memor fuit summorum illorum ministrorum.
Et illi quidem qui supra vineam erat concedit: vo-
catus enim est, et stetit ante conspectum regis, et
dedit calicem in manum ejus secundum interpreta-
tionem Joseph. Præpositi autem pistoris admonitio
magis fervere fecit indignationem regis, et incide-
batur capite, et volatilia perfliciebant visionem.
Quid hæc ad Joseph? maxime quidem quia
intellectus erat in eo et revelatio: et quia et
eorum qui in carcere erant consolatio habebatur,
quia et illic creditum est ei. Dixerat autem vini præ-
posito: *Memento mei per te ipsum cum cæperit
tibi esse bene, et facies in me miserationem, et me-
morabis de me Pharaoni: et educes me de isto car-
cere: quoniam furto sublatus sum de terra Hebræo-
rum, et hic nihil mali feci, sed miserunt me in domum
laci hujus* ⁵⁵. Quia enim hoc ipsum credidit in ho-
mine, additum est ei biennium. Emendatus autem
est ob istum sermonem per biennium Joseph ut esset

in carcere. Non enim intermittit Deus sanctorum
errores, diligens eos. Si qui erraverunt, statim cor-
rigit, ut non maneat eis in judicio. Dixit enim ho-
mini: *Memor esto mei, et educito me de carcere
isto; obliviscetur te homo, et protendetur tibi bien-
nium tempus. Sed non est oblitus Deus: sed assi-
stit Joseph Pharaoni primo et secundo. Erat enim
visio Pharaonis* ⁵⁶ omnis de frugibus et cultura. Illic
enim boves femine erant; septem bonæ aspectu et
electæ carnibus, et culmi septem spicarum: oportet
enim conjungi insomnia spicas septem plenas, et
septem tenues. Quia enim cultus terræ per boves
efficitur, per culmos autem spicæ, de proventu au-
tem et fame erant insomnia regis; per domesticas
visiones dantur et provisiones. Septem erant spicæ
plenæ, et septem vaccæ pingues; succedebant autem
vaccis quidem pinguibus vaccæ macræ, spicis autem
bonis et plenis spicæ tenues. Pro septem spicis ple-
nis septem spicæ tenues. Comestæ sunt pingues vac-
cæ a macilentis vaccis, et spicæ a spicis, et in fame
habebatur Ægyptus, et in turbela Pharaon. Et vini
præpositus admonitus est dicens (39): *Dicam an
taceam? tacui tanto tempore. Sed si non dixerō,
perient Ægyptii. Meum, inquit, errorem, meum pec-
catum admoneream. Putas cum repeteret et diceret:
Cum iratus esses nobis; admonitio sui peccati: erat
autem taciturnitatis. Fieri enim potest quia utraque
admonitus est, et utraque dixit. Quid ait ad regem?
Peccati, inquit, memor fui hodie: Pharaon indigna-
tus est pueris suis, et misit nos in carcerem; in do-
mum præpositi coquorum me et qui supra pistorum
erat. Et vidimus somnium uterque una nocte; ego,
itidem ille; unusquisque somnium vidimus. Erat au-
tem ibi nobiscum adolescens puer Hebræus præpositi
coquorum: et enarravimus illi, et interpretavimus nobis.
Et factum est, sicut interpretatus fuerat nobis sic ero-
nit; me restituisti in officio, illum autem suspendisti.
Et misit Pharaon vocari Joseph* ⁵⁷. Convicta enim jam
fuerat sapientiorum sapientia, quæ somnium regis
interpretari non potuit. Et eduxerunt eum de car-
cere, et tonderunt eum, et mutaverunt vestimen-
tum ejus. Iterum e lacu Joseph, iterum e carcere
exiit, et venit ad Pharaon. Dixit autem Pharaon ad
Joseph: *Somnium vidi, et qui interpretetur illud
non est* ⁵⁸. Convicta enim jam fuerat Ægyptus: con-
victa et sapientia quæ pollicebatur multa. Ego au-
tem audiui de te dicentes, audire te somnia et in-
interpretari ea. Confirma ergo nobis famam tuam.
Religiosus autem Joseph respondit ad regem, et
dixit: *Sine Deo non respondebitur salutare Pharaon.
Dei enim est, inquit, interpretatio* ⁵⁹. Ego nihil pos-

⁵¹ Gen. xl, 9-11. ⁵² ibid. 12, 13. ⁵³ ibid. 16. ⁵⁴ ibid. 16-18. ⁵⁵ ibid. 14-15. ⁵⁶ Gen. xli. ⁵⁷ ibid. 9-14.

⁵⁸ ibid. 15. ⁵⁹ ibid. 16.

(37) *Tria canistra halice.* Halicæ seu alicæ: in S. Scriptura Græca τρία καλά χορδιστῶν.

(38) *Ex omnibus generibus.* In vulgata interpretatione, omnes cibos qui fiunt arte pistoria.

(39) *Admonitus est dicens.* Locum hunc videmur sic explanare posse ex Scriptura: Recordatus est Josephi dicens, Dicam regi an tacebo? tanto jam tempore tacui: sed si non dixerō, perient Ægyptii:

potius itaque meum, inquit, errorem, meum peccatum confitebor: nempe cum Pharaoni renarraret ac diceret, Cum iratus esses nobis, confessio erat sui peccati quo regis iram provocaverat, tum etiam taciturnitatis, quod accepti a Josepho beneficii immemor tandiu siluisset: fieri enim potest ut ejus animo subierit utrumque, et utrumque sit confessus.

sum ut possim. Exponit autem duplex somnium Pharaeo, quod erat in una virtute: Cur autem secundum somnium videt? ut discas quia urget Deus ut parcat hominibus. Putabam, inquit, me stare juxta oram fluminis, et quasi de flumine ascendebant septem vaccæ electæ carnibus, bonæ aspectu, et pascebantur ad ripam. Et ecce aliæ septem vaccæ ascendebant post illas de flumine, pessimæ et turpes aspectu, et macræ carnibus, tales quales nunquam vidi in tota Ægypto turpiores. Et devoraverunt illæ septem vaccæ macræ et turpes septem vaccas bonas et electas, et intraverunt in ventres earum; et non paruerunt quod introissent in ventres earum, turpes sicut erant ab initio. Surgens autem rursus dormivi, et vidi iterum in somnis: et quasi septem spicæ ascendebant in fundo uno plenæ et bonæ. Aliæ autem septem spicæ tenues et a vento corruptæ crescebant juxta eas et glutierunt septem spicæ tenues et a vento corruptæ, septem spicæ plenas et bonas. Dixi ergo interpretatoribus, et non fuit qui dissereret mihi. Et dixit Joseph ad Pharaeo: Somnium Pharaeo unum est. Quæcunque Deus faciet, ostendit Pharaeo. Septem vaccæ bonæ septem anni sunt. Somnium Pharaeo unum est: et septem vaccæ macræ quæ ascendebant post eas, septem anni sunt. Et septem spicæ tenues et a vento corruptæ, septem anni sunt. Et erit septem annis fames: verum autem quod dixit Pharaeo: quæcunque Deus faciet, ostendit Pharaoni. Ecce septem anni veniunt ubertatis magnæ in omni terra Ægypti. Post autem venient septem anni famis: postea obliviscetur ubertatem in universa Ægypto, et consumet fames omnem terram. Neque agnosceatur ubertas super terram præ fame quæ futura est post hæc. Vehemens enim erit valde. Quod autem iteravit somnium Pharaeo bis; quia verum erit verbum quod est a Deo, et properat Deus ut faciat hoc. Nunc ergo provide hominem sensatum, et præpone eum super Ægyptum, et faciat Pharaeo, et præponat locorum principes super terram, qui quintas exigat (40) omnis fructus terræ Ægypti septem annorum ubertatis, et colligant omnes fructus septem annorum venientium horum bonorum: et colligatur frumentum sub manu Pharaeo et escæ in civitatibus custodiantur: et sint escæ quæ custodiæ fuerint terræ, in septem annos famis quæ erit in terra Ægypti: et non exterminabitur terra a fame. Et placuerunt hæc verba ante Pharaeo, et omnibus pueris suis. Nunquid inveniemus hominem talem qui habet spiritum Dei in se? Et dixit Pharaeo ad Joseph: Quoniam ostendit tibi Deus omnia hæc, non est tibi homo prudentior, nec sensatior te: tu eris super domum meam,

et orî tuo obediet populus omnis præter thronum: ego te præero. Dixit Pharaeo ad Joseph: Ecce constituo te hodie super omnem terram Ægypti, facito, inquit, tuum consilium. Quis te sapientior? quis te sensatior et fidelior? te enim volebat Deus ut supra domum esses meam, super omnem scilicet Ægyptum. Perficito tuum consilium, conregna mihi. Tibi enim dans Ægyptum in potestate, habebō te mecum in regem⁹⁹. Jam consolatio, jam fructus pudicitæ erant Joseph. Sed nec in his factus arguit mulierem impudentem, non reddit vicem: tamen fuit in tribulatione, et in tali angustia tanta Joseph. Jacob autem in tribulatione erat, et jam cum (41) remissus fuisset Joseph a carcere. Quid ergo, dicent Judæi, ubi est fructus promissionis? Si enim ista est vita, quid hoc ad Jacob, qui decem et septem annis luxit Joseph? aut ad ipsum Joseph, qui vix liberatus est? Sed sermo quidem impletur, negotium autem servetur: licitum enim est nobis et sequenti perfrui die. Mensuremus autem tempus. Decet enim gratis dona Dei, ut jejurent in tempore, et epulentur in tempore. Tantum estote memores ubi finimus sermonem: ut sicut hi qui alacriter manducant, et ob quamdam occasionem exsurgentes a mensa nitant (42) sibi apposita: ita et vos reliquias alio nobis exposcite die, ne quid et intermisimus: non enim decet nos venientes ad consolationem mortis, relinquere Jacob in luctu de fama mortis filii. Sed rationis est et sequenti nos jungere, et miscere in alacritatem lugentium jam esse consolationem. Non fuisset vos passus ita dimittere, adhuc sollicitus propter Jacob lugentem. Quia igitur incipimus permittente Deo et probationes de resurrectione conjungere, jam fidem præcedentis sermonis confidentes epulemur, non cum mortuis: omnes enim vivunt. Non enim venimus ad monumenta, sed ad locum commendationis; non venimus ad mortuos, sed ad viventes: commoneutes nosmetipsos per ea quæ facinus spem ipsius resurrectionis. Læti convenimus, majus gaudentes recedimus; ita enim confidimus, quia resurgemus, quia et ista credentes lætabimur. Habemus autem reconditum sermonem nobis ostendentem, spes quia est religiosus. Et jam quidem ostensum est a justo Deo: tamen quia vocat tempus nos refici debere, gratiarum actiones consignantes verbum gloriam referamus viventi et bono et vero et vivificanti Jesu Christo: per quem est Deo Patri cum Spiritu sancto gloria et honor, imperium, majestas, et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

⁹⁹ Gen. xli, 47-41

(40) Exigat. Forte exigant.

(41) Et jam cum. Forte etiam cum.

(42) Nitant. Forte nictant, dum scilicet ad epulas relictas respectant.

LIBER SECUNDUS.

Lætantur quidem cœli de festiuitate præsentis, in qua Dominum susceperunt victorem : lætatur et exercitus angelorum suscipiens cum victoria regem : lætatur et qui genuit, et misit Pater a dextris suis habens charissimum Filium, per quem mortua quidem mors (43) est, corrupta autem est corruptela, et destructa est diaboli tyrannia, et saluati sunt homines, et gaudium acceperunt angeli. Non est passus autem Spiritus sanctus : sed per omnium hominum linguas victori obtulit laudes. Quia enim omnium linguarum erat salus, ideo omni lingua per ora apostolorum locutus est Spiritus. Et exinde iam vocabat gentes per initiationem : implebatur autem et præcedentis festiuitatis lætitia. Pascha enim festiuitatis mortis sacramentum in se continens, tunc recipiebat fructum, cum fiebat recursio Domini ad cœlos. Non enim venit ut moriens moreretur, sed ut eos qui mortui fuerant uiuificaret. Lætantur igitur omnia : forte autem et creatura : clarior enim et sol est, secundum præsens hoc tempus : prolixior enim et lumen habetur (44) : et omnium completus est fructus : et consentiunt officia dispensationi. Soluta autem nobis est et sententia : reuocata est nostra restitutio : obedientia enim ueniens, præuicariationis pœnas eiecit : iustitia subintroducita iniquitatem repulit : ueniens uita mortem mortificauit : Deus descendens hominem perluxit ad cœlos. Undique igitur fulgores festiuitatis lucescant (45). Sursum ebori, in terra lætitiæ. Tristant bona malum, luget semetipsum diabolus : decet enim eum luctus suis : lugent adhuc usque dæmones, et semetipsos deplorant. Tantum enim ut nominata fuerit crux, agnoscunt plagam, et non sufferunt nomen. Et ne quis putet oblitum me fuisse hesternæ promissionis meæ; promiseramus enim de resurrectione dicere heri; exposcebat enim tempus. Sicut enim heri de resurrectione motus est sermo : ita quia festiuitas regressum Domini requirit ad Patrem. Firmatur autem hominum resurrectio, cum apparuerit Filius reuersus ad Patrem. Et maius ostenditur quod propositum est, cum apparuerit resurrectio eius qui suscitauit (46). Siquidem et Apostolus uolens ostendere quia resurgunt homines, ad resurrectionem Domini transmisit suum sermonem, et dixit : *Si compatimur ut et simul glorificemur*⁴⁶. *Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit*⁴⁷ : ut ex hoc manifestum sit, hominum resurrectionem sequi Domini resurrectionem. Et mirabilia quidem

⁴³ Rom. viii, 17. ⁴⁴ I Cor. xv, 16.

(43) Ms. *Per quem mortua quidem mors.*

(44) Ms. *Prolixius enim et lumen habetur. Prolixiores enim tunc dies esse incipiunt.*

(45) Ms. *Lucescunt.*

(46) Ms. *Suscitauit. Forte suscitabit.*

quæ ante crucem facta sunt qui fuit ostendit : post mortem autem mirabilia quæ per apostolos facta sunt, confirmant quia qui mortuus est resurrexit et uivit. Unde et maiora serua sunt mirabilia post mortem, quam ea quæ ante mortem sunt facta. Quia enim incredibilior resurrectio Domini magis quam aduentus ejus in mundo, maiora serua sunt (testibus resurrectionis mirabilia, ut agnosceretur (46*) quia mortuus quidem est, sed resurrexit ob dispensationem, uivit autem propter uirtutem. Quis enim ausus est dicere, quia non resurrexit Christus, aut confessibiles (47) inimici, aut liciti amici? Putas gentiles audebunt dicere quia mortuus est et non resurrexit? Non quæro quid dicant, sed quid patiantur. Si enim stant eorum templa, non resurrexit. Si non destruxit, si non conflata sunt eorum simulacra post crucem, non resurrexit, qui arguit ea quæ non uivunt. Si non increpantur nomine crucis eorum dii et dæmones, non resurrexit qui his qui non sunt terribilis habetur : constitentur enim et dæmones resurrectionem Christi. Qui enim exorcizant, crucem Domini nominant, et resurrectionem : et nomine ejus qui mortuus est et resurrexit increpantes, non ut inobedientes aut contradicentes habent dæmones, sed obaudientes et consentientes resurrectionem. Sed Iudæi dubitant de resurrectione Christi. Utinam non dubitent, ut et ipsi resurgant a peccatis suis, in quibus mortui et uere sunt mortui! Si autem dubitant, ostendant civitatem suam post ea quæ ausi sunt, stantem. Et uere qui mortuus est mortuus est, quia stant qui affixerunt cruci. Si autem deserta est ciuitas ob audaciam incolarum, qui post mortem cruciat eos quia sunt, utique uivens id gerit. Si non seruit eorum gens, si non excusauerunt suum regem, si est cum ipsis propheta; non est factus exitus prædicationis prophetarum. Si autem ciuitas eorum deserta est, si altare iam non est eis, non sacerdos, non rex, non propheta, non spiritus; per quem ista? Si autem et dicatur ab eis impudenter, quia ciuitatem eorum destruxerunt homines; utrum concedente Deo et ita permittente, magis autem malignante? dicant causam peccati. Putas propter idololatriam? et certe nunc idola non colunt. Sed quia prophetas occiderunt aliquando? et certe cum eos interficerent, habitabant ciuitatem suam. Sed quia templum contaminarunt aliquando? et certe contaminantes habe-

(46*) Ms. *Ut cognosceretur.*

(47) Ms. *Confessiles* : aperti et professi inimici, infra lib. i, de incorporali post med. *nonne confessibile est*, etc.

bant. Quæ ergo causa est ut ira adversus eos sit Dei nunc? Et certe secundum ipsorum sermonem ut aiunt, utinam videantur religiositatem fecisse! Si enim solventem legem, et de lege contra facientem invenerunt Dominum Jesum, et non invidia, sed zelo pro lege affixerunt cruci: oportebat Deum et alia eis peccata dimittere magis propter istam justitiam, quam nunc eos ita punire. Et licet ipsi essent peccatores, et alia haberent peccata; tamen Dominus Jesus, quem ipsi legi contraria facientem dixere, cum apud eos esset, prædicebat quia destrueretur eorum templum, et deprædaretur eorum civitas propter id quod adversus se audebant. Et si ipsi alia habebant peccata, Deus autem non videretur mendax, ut ipsi blasphemant, inveniretur autem verax, passus utique fuisset alia eorum peccata, ut confirmaretur docenti prædicatio illa, quæ et cæcis existit manifesta, et videntibus completa. Apostolus enim Paulus ad Galatas scribens ait: *Quia ante oculos eorum descriptus est Jesus Christus crucifixus*⁴⁸. Ego autem et audeo adversus vos dicere, quia sermo ante oculos vestros describit Jesum Christum resurrexisse a mortuis. Quid enim queris? non invenies solem clariorem: ad satisfactionem (48) resurrectionis Domini, gentilium quotidie deficientem culturam. Protenduntur autem Ecclesiæ bona, et quotidie crescunt. Inimicus ergo ut ipsi putant legis, qui vindicat in adversos et domesticos suos, exaltatur, vivit. Putas aut non vivens hæc quæ non viventes possunt, ipse operatur? occasio Judæis nulla relicta est. Cum enim dicunt, quia alia peccata habuimus, et ideo ejecti sumus nunc. Primum est enim, quando non peccavit Israel? quando non eos est passus Deus nisi nunc solum? Nonne in Ægypto idola colebant? Putas ergo quia colebant idola primam istam irreligiositatem admittentes, ideo non sunt ejecti de Ægypto? Et certe cum multis signis et prodigiis et mirabilibus, cum percuterentur Ægyptii decem plagis, liber autem esset Israel a decem plagis colubitans iisdem. Et operibus (49) quidem erat Ægypti, Dei autem misericordia a plagis Ægyptiorum habebantur immunes. Si igitur propter istiusmodi peccata plagæ sunt, debuerant in Ægypto cum adducebantur plagæ adversus Ægyptios, dari et Judæis, qui cum colubitantes idola adorabant, qui et colubitantes simul cum iisdem peccabant. Si autem idola quidem colebat in Ægypto Israel, et non solum non accipiebat plagas, etiam irreligiosa gereus, sed alii pro eis quandiu et exirent isti; nunc sine causa causantur. Quod autem idola colebant in Ægypto Israel, testatur quidem et Ezechiel propheta comparans duas eorum metropoles, Hierusalem dico et Samariam, duabus consororibus, et dicit: *Duæ erant consoro-*

*res, et ipsæ fornicatæ sunt in Ægypto in adolescentia sua*⁴⁹. Fornicatio autem in Scriptura ita ponitur, quia secundum misericordiam dignabatur Deus tanquam conjungens sibi tunc quidem Synagogam, nunc autem Ecclesiam. Ab eo ergo qui secundum misericordiam conjungebat recessio, et dæmonibus conjunctio, et idololatria, fornicatio secundum Scripturam rectissime nominatur. Quia ergo idola colebant in Ægypto, ideo per prophetam ait: *Duæ erant sorores, et ipsæ fornicatæ sunt in adolescentia sua in Ægypto*. Denique et Moysi successor Jesus Nave, mandans populo de suo exitu dicit: *Quibus vultis servire diis? Num his quos coluerunt patres vestri in Ægypto*⁵⁰? Quid autem opus est prophetas vocare? ipsum Israel testem adversum se et ipsorum vocem produco, ut ostendam quia idola colebant in Ægypto. Quia enim exeuntes de Ægypto erant in deserto, et Moyses ascenderat apportare sacrilegis legem, quadraginta autem dies protenderat in monte Moyses: caput vituli sibi conflantes, clamabant suis linguis adversum se: *Isti dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti*⁵¹. Hoc autem commendat, quia qui et in deserto coluerunt idola facientes sibi vituli caput, et apud Ægyptum. Dixere enim: *Isti dii tui, Israel, qui eduxerunt te de terra Ægypti*. Accusantium vox est quia istiusmodi venerabantur idola, et hos colebant et in Ægypto, quibus et reddebant gratiam egressionis suæ. Si autem dixerint, quia alia peccata habuimus ob quæ et ad desertum perducta eorum civitas, et servit gens, et neque propheta cum ipsis est, neque altare, nec rex, nec sacerdos; quod peccatum majus est irreligiositate? Si autem colentes idola in Ægypto exierunt ex Ægypto; non erat facilis irreligiose eos agentes apud Judæam, reverti in Judæam? Sed ausi sunt dicere, quia ideo nunc non habemus prophetas, quia inter gentes sparsi videmur. Ubi ergo venit Moyses? nonne in Ægypto? ubi Maria, soror Moysi? nonne in Ægypto? ubi septuaginta duo? nonne in deserto gentium? Post hæc autem ubi Daniel? nonne in Babylonia? Ubi tres ejus fratres? nonne in Babylonia apud gentes? Ubi degunt qui jejuntant? nonne in gentibus? ubi flamma ignoravit suam naturam? ubi Zacharias propheta? ubi Angelus (50)? Si autem prima et media in gentibus, cum ipsis erant prophetæ. Et certe apud Babylonium extra hos qui prædicti sunt, omnes Judæi adoraverunt imaginem regis, et non ideo fraudati sunt a prophetis. Quia autem adoraverunt imaginem, comminatio Nabuchodonosor tunc facta adnuntiat. Dicit enim: *Omnis qui non cadens adoraverit imaginem, statim mittetur in fornacem ignis ardentis*⁵². Et aderat quidem illi (51) omnis Israel. Tres autem soli inventi sunt qui non adoraverant; in fornacem missi sunt, et

⁴⁸ Gal. iii, 11. ⁴⁹ Ezech. xxiii, 3. ⁵⁰ Jos. xxiv, 11. ⁵¹ Exod. xxxii, 4. ⁵² Dan. iii, 6.

(48) *Ad satisfactionem*. Forte in Græco fuerit ἀπολογία, quod interpretes verterit satisfactionem: sicut 1 Pet. iii, 15, in vulgata interpretatione.

(49) *Et operibus*. Sensus potest esse, idololatria

similis Ægyptiis erat Israel.

(50) *Ubi Angelus. Malachias.*

(51) *Illi. Forte illic.*

ab igne salvati sunt. Daniel autem regalia sibi commissa non aderat præsens. Si enim adfuisset, nunquam a quadriga bonus remansisset equus. Ita autem nec derelictus est Daniel ob comminationem ignis a fratribus suis et illorum martyrio : quia fratres quidem ejus in medium producti, in aperto martyrium posuerunt, et passi sunt et liberati : Daniel autem post hæc præcepto existente regis nullum debere neque alium adorare Deum, neque regem, nisi solum regem, et quem putas? Persarum : ipse autem ingrediens domum suam, et cum posset latefe et occulte adorare Deum, palam adorans non negavit religionem, sed maluit magis escari leonibus, quam fraudari se ab adoratione viventis Dei. Noli enim quærere, si Daniel non est a leonibus comestus : sed quia proposuit se comedi (52), hoc advertite. Nec quia non consumpsit flamma tres illos pueros missos in fornacem ignis ardentis, sed quia ipsi holocausti facti sunt (53) quantum ad alacritatem suam. Non enim ab exitu iudicium est, sed ab alacritate coronæ. Ego autem dico, qui ideo salvati sunt tunc, et Daniel a leonibus, et tres pueri a flamma ignis ardentis ; non propter alacritatem eorum qui salvati sunt, sed propter infirmitatem illorum qui adoraverunt imaginem. Ut enim non dicerent qui adoraverunt, Quid profuit eis qui non adoraverunt ? ne ab exitu incendii eorum qui non adoraverunt, satisfactionem (54) sibi conquirent irreligiosa agentes, ideo salvati sunt qui non adoraverunt, ut non permanerent mortui qui adoraverunt. Ipse (55) enim Deus est Daniel et horum qui in martyriis consumuntur a feris. Sed non ipse populus : ab incredibili (56) enim populo salvabantur qui fidem confitebantur, ut non incredulitas populi augetur : a fidei autem plebe, ut crescat fides in sanguine sanctorum, veritas firmatur Evangelii. Habemus autem et nos, quia et mirabilia facta sunt in languentibus locis. Quidam enim a feris salvati sunt, quia languebant loca in quibus et passio martyrum agitabatur : alii ab igne liberati sunt. Si quis autem non credit, et rationem exposcit ; nihil prohibet religiosi unius memoriam nos repetere, et proferre in medium. In Antiochenorum illa urbe Romanus quidam exstitit martyr. Iste peregrinus advenerat illo. Cum autem jactari a tempestatibus illam tunc videret civitatem (invenerat enim jam multos milites cecidisse Ecclesie), non est passus dare diabolo ut exsultaret : sed exsultantem iudicem de his qui fuerant superati aggreditur, vim faciens regno vero rapto (57) : et dicit : Non recedes lætus. Habet enim Deus milites qui superari non possunt. Iudex autem ebrius in victoria eorum qui fuerant superati, ex illorum imbecillitate æstilians sancti

A constantiam (58), præcipit eum induci. Non oportebat enim Dominum Jesum sine victore recedere. Introducens autem eum, omnia tormenta movebat, et tanta uni vincenti, quanta omnibus his qui fuerant superati. Contendens enim ne solveretur victoria sua per unius istius victoriam, et reputans apud se, quia et in stadiis finis currentium quæritur, et quia si iste vicerit, nec ut victi erunt qui fuerant superati ; universa ei admoventi tormenta jubet. Volens enim flectere juvenem, et oculis torquebat, et dentibus minabatur, et manibus torquentium suas protendebat manus, et ab ipsa ira etiam de sede movebatur sua. Cum autem fatigaretur torquentes, et non cederet qui torquebatur, atque obtusum et deflexum fuisset ferrum, non est flexus qui radebatur. Cum jam nulla adinventio tormentorum fuisset derelicta, cupiens constantiam suam ostendere Domini miles, emittit vocem dicens : Cur jam, tyranne, non cessas ? confessus sum per os verum esse regem Christum. Iudex autem injuriam in tyrannidem dictam non sufferens, convicit quidem se, et commendavit martyrem Christi : quia ideo hæc pro vero rege patitur, qui ita de mortali ausus est loqui. Propterea jubet eum igni tradi, coronam coronis jungens. Et ideo cito efficiebatur præceptum. Ejiciebatur enim Romanus lætus et coronatus sanguine, insignis in lateribus habens quæ pro veritate fuerat passus : portans quippe et in humeris crucem, et in fronte signum regale. Cum autem adunarentur sarmenta et cannæ, ad velocitatem utpote flammæ, vel quod igni apta videntur ad incensionem, imponebatur autem vivens immolatio in igne (59). Hæc cum ita agerentur, non longe autem abesset civitas, ut testaretur veritati : et forte quia quidam de Judæis aut alii homines dicebant, ubi est horum Deus ? forte proferentium Judæorum tres pueros, et dicentium, quia sub nos salvabantur a flamma fornacis ardentis, isti autem ardent : atqui cæli jubet Dominus nubibus coronari cælum. Adimplens autem sinus nubium grandine et imbre admodum vehementi, et addens ventos ad velocem emissionem eorum : neque accendi flammam permittit, vehementiorem ostendens hanc virtutem, quam apud Babyloniam. Illic enim e flamma tres pueros liberavit : istic autem ne quidem accendi flammæ concessum est. Fit turbela non levis : nuntiantur (60) tyranno quia martyre tradito igni cælum indignatum est, et quia cælestis rex suos qui in terra habentur defendit. Hæc cum audisset tyrannus, et cum valde injuriam defenderet suam factam per linguam, jubet iudici jam non debere jurgari eum ad Deum, sed istum quem liberavit Deus dimitti debere. Et noster igitur Ananias

(52) *Proposuit se comedi.* Sponte se obtulit leonibus vorandum.

(53) *Holocausti facti.* Ὁλοκαυστοί id est penitus consumpti, et holocausta facti, si spectes illorum alacritatem.

(54) *Satisfactionem.* Ἀπολογία supra col. 1095. B.

(55) *Ipsè.* Pro idem.

(56) *Incredibili.* Pro incredulo.

(57) *Regno vero rapto.* Quod violenti rapiunt, ut dicitur Matth. xi, 12.

(58) *Ms. Æstimans fortis constantiam.*

(59) *Ms. Imponebatur vivens immolatio in igne.*

(60) *Nuntiantur.* Forte nuntiatum.

velut ex igne dimittitur. Judex autem blandiens ty- A
 ranno, iniquus voluntate et proposito, sine Deo
 degens, cupiens nihil deesse blandimentis suis, in-
 venit nescio quid novum adversus sanctum, addens
 admirationem admirationibus. Quid enim facit?
 præcipit linguam qua fuerat locutus in hominem,
 eo quod non negaverat Deum, incidi. Et quidam
 medicus qui jam ruerat non proposito sed carnis
 infirmitate; quia enim ipse fuerat superatus exi-
 vit; exsultari libet de victoria superantis: provenit
 autem istum portare medicinalia operamenta. Et
 exivit ut consolaretur suam ruinam: inventus est
 in aliam tentationem incurrrere. Præcepto enim ju-
 dicitis insistente ut lingua incidere sancti, et quia
 inventus est ille parata habens ad istam necessita-
 tem ferramenta, urgebatur incidere quam volebat B
 linguam. Et incidit quidem: cum autem incidisset,
 ipsam linguam usus est ad tutelam sui: non enim
 projecit quam incidit, sed accipiens eam, ut me-
 dicamen ad sanitatem illius delicti quod admiserat
 ab negando, accipiens domi recondit, ut consue-
 runt (61) infirmiores, fideles tamen, honorare si
 quid a martyribus sumpserint. Dicit autem medicorum
 doctrina, contestatur etiam et natura, quia linguae
 incisio, interfectio est ejus a quo inciditur: oportebat
 autem et secundo a morte liberari martyrem
 Christi: ergo cum producant nobis Judæi tres pue-
 ros, in uno tria proferimus. Et jam quidem habemus
 duo mirabilia: flammam ne quidem concessam
 flammam fieri; post incisionem linguæ, vitæ, C
 quam natura quidem non confitetur, gratia autem
 addidit. Ubi ergo tertia admiratio est de eodem mar-
 tyre Christi? Adducebatur Romanus ad carcerem:
 addebat autem et hoc blandus ad tyrannum judex,
 qui istam corporalem linguam non habebat.
 Lectum est autem nobis, quia in apostolos Spiritus
 linguas ut ignem divisit et donavit. Sed illum non
 vidimus, sed audivimus et credimus. Quod autem
 dicturus sum, multi vultus (62) sunt testes. Dicitur
 quia beatus iste Romanus, dum adhuc carneam
 habebat linguam, similia Moysi loquebatur, hoc est
 balbutiens, et non composite loquens. Dum adhuc
 haberet totam linguam, et non posset composite
 loqui, erat balbus. Qui autem carcerem ingrediebatur
 custos carceris interrogavit eum, quod ei esset
 nomen: et certe litteræ (63) jam his qui valde com-
 positi recte loquuntur, impedit ad loquendum. Nunc
 autem Romanus et incisa lingua; quam cum habe-
 ret (64), et recte loqui non poterat; Spiritus linguæ
 loquitur, et valde rectissime, et dicit, Romanus
 dicor. Iterum nuntiatur hoc judici et tyranno præ-

⁶¹ 1 Cor. xiv, 22. ⁶² Marc. viii, 33.

(61) *Ut consueverunt. Ut solent infirmiores clam et domi reconditas martyrum reliquias honorare; cum fortiores palam id facerent: erat autem ille medicus carnis infirmitate lapsus, sicut paulo ante dictum.*

(62) *Vultus. Πρόσωπα, aspectus.*

(63) *Litteræ. Forte littera, ut sensus sit: littera R quæ ægre pronuntiatur etiam ab iis qui os recte compositum habent ad loquendum, nunc, etc.*

senti. Iterum qui incidere medicus, constituitur
 in timore. Etiam, inquit, iste adhuc Christianus
 est: ut fratri parcens contempsit præceptum. Forte
 autem ille, cupiens post incisionem linguæ non su-
 peresse martyrem, et majori mensura incidit ad
 interfectionem potius quam ad præcisionem. Tamen
 comprehensus medicus ducebatur ad judicem, et
 negotium habebat, cur loqueretur, is cui incisa
 fuerat lingua. Non enim semel locutus tacuit, sed
 conferebat cum aliis de cruce et victoria Christi, et
 hoc multis mensibus in carcere constitutus. Habe-
 mus ergo et tertiam admirationem, et tunc Eccle-
 siæ martyr jam æquatur tribus ex Synagoga. Cum
 autem negotium pateretur medicus, ut disciscatis
 quantum boni sit, et brevis quidam ictus religiosi-
 tatis. Quia enim tutelæ causa acceperat linguam,
 quia in ratione salutis thesaurum recondiderat sibi,
 exhinc jam accepit fructum fidei. Judici enim in-
 dignanti et comminanti, et jam eum interficere vo-
 lenti respondit medicus: Habeo linguam quam incidi.
 Producat alius, cui non assistit Deus, et secun-
 dum mensuram incisæ linguæ, incidatur lingua; et
 si vixerit, meum commentum est, et non Dei de-
 fensio. Producitur quidam damnatorum, et diligen-
 tissime mensura accepta, incisa etiam lingua est,
 quæ habebat incidere. Tantum ut impleta incisio est,
 et finis ejus completus est vitæ. Et ille quidem est
 mortuus. Dei autem ex comparatione tenebrarum
 apparebat clarissimum lumen. Si quis autem infir-
 mus et incredulus est, signa autem infidelibus, ut
 dicit Scriptura ⁶⁷, habemus hæc proferre quæ au-
 divimus. Et certe non tantum egena est Ecclesia;
 sed et de alio audivi ego, quia vir quidam ad be-
 stias missus est, a bestiis autem non consumptus,
 ut Daniel, Ecclesiæ referere mirabilia Dei. Sed
 non sit mihi colligere talia. Ista enim supportatoria
 infirmantium habentur, istæ satisfactiones sunt non
 credentium. Sed neque ista sperno, nec abnuo.
 Glorificetur autem et in istis mirificator Deus.
 Diligo autem cum video incidere capita martyrum, et
 totum corpus ardere, et virgines nudas non irreligiosis
 oculis, amicis autem et fraternis. Nihil enim
 horum terribile vident fratres, quia nec patiuntur.
 Istæ sunt gloriæ, istæ nostræ dilectiones. Et qui-
 dem qui inciditur capite, habebit caput in judicio;
 quia qui ardet totus, holocaustum Deo viventi of-
 fertur. Et virgo nudata, non nuda; habet enim in-
 dumentum incorruptelæ suæ. Nemo dicat martyri-
 bus: Misericordia a vobis (65) ab his, fratres; ne
 forte imitatores Christi vocem etiam ejus mittentes
 respondeant dicentibus: *Vade retro me, Satana* ⁶⁸.

(64) *Quam cum haberet. Quam litteram facile pronuntiare non poterat, etiam cum linguam haberet.*

(65) *Misericordia a vobis. Forte Misericordia vobis ab his, ut sensus sit: Nemo martyribus dicat: fratres, vestri misereantur hi tyranni, parcant in vos sævire; ne martyres exemplo Christi respondeant: vade retro, etc.*

Incedantur et ardeant ut nudentur (66) virgines in passione, et vincat per omnia Christus. Quid enim et promunt Judæi ut gloriam aut accusationem? Si enim nos fratrum nostrorum interficientium (67) usi sumus prædicta gloria, interfectis prioribus non cessamus interfici: nunc adoremus idola quæ excusamus (68). Israel autem et dum interficeretur ne adoraret, non cessavit adorando. Et ausi sunt loqui ad crucem. Cum enim vituli caput sibi ut adorarent fecerunt, Moyses interfecit plurimos, ne cæteri facerent talia, et qui derelicti sunt adorarent. Unde ergo simile erit Judæis ut et dum interficiuntur, alii adorent simulacra; et Ecclesia (69) quæ interficitur ut adoret, et non adorat? Sed quæ communio est lumini ad tenebras? *Quæ enim debui facere vineæ meæ, et non feci* ⁶⁹? dicit Deus. Donare debuit, et blandire, et beneficia tribuere: fecit omnia. Donavit enim manna: Israel autem modo manducans, vitulum qui nec herbam manducabat nec vitam habebat, adorabant. E petra bibeant aquam, et ex petra faciebant idola sibi. Per lignum figurati amara aqua translata ad dulcedinem est: illi autem e ligno exculptentes sibi simulacra, adversum eum qui fecerat dulce adorabant. Veterascentes autem concrecebant eis tunicæ: illi autem accipientes quæ donabat Deus, consecrabant idolis. Tantum enim erant ad beneficia contumaces: ideoque adduxit adversum eos plagas, quia dum daret beneficia, eos suadere non potuit: voluit ergo eos puniens perurgere. Quam enim plagam eis non misit? Quid enim ait ipse ad eos? *Sine causa percussi filios vestros: disciplinam non accepistis* ⁷⁰. Cum enim beneficia sua eis exprobaret, dicebat: *Quid adhuc debui facere vineæ meæ, et non feci* ⁷¹? Cum autem incredulitatem ad plagas addebat: *Sine causa percussi filios vestros: disciplinam non accepistis*. Et iterum: *Quid adhuc percutiamini addentes peccata* ⁷²? Hoc est, ego evacnavi plagas: vos autem non cessatis peccantes. Sed forte simplices plagas putatis: et gladio interfecti sunt, qui caput sibi vituli fecerunt, ut adorarent: et nihilominus indisciplinatus mansit Israel: et terra mirifice ostendat aperiens os suum: vivos quosdam absorbit: et qui relictus sunt, adorabant non viventes. Flamma eos consumpsit ne adorarent idola, et comedit multos: et qui relictus sunt, adorant simulacra dæmoniorum. Et illi quidem consumebantur, ut non adorarent, at nihilominus adorabant (70). Nos autem consumimur ut adoremus, et non adoramus. Non quippe nostra virtute, sed crucis potentia. Serpentes eos mordebant, et immisso veneno occidebant, et per omnes

plagas, per terram, per ignem, per gladium, per serpentes, per feras, per inimicos, per legem puniti, interfecti, concisi, consumpti sunt, et manu sacerdotum occisi: et non recesserunt ab idolis. Et tamen hæc omnia fiebant tunc, et spiritus erat in ipsis, et Moyses propheta, et Aaron sacerdos, et Jesus Nave exercitum ducens, et expugnans inimicos, et Moyses orationibus vincens, et manna desursum, et petra dabat aquam, et tabernaculum aderat, et virga florebat, et mirabilia fiebant. Et colentes idola non abegerunt Deum, ut recederet a promissionibus suis quas fecerat ad Abraham. Cur ergo, vos interrogabo, cur cum et apud Ægyptum idola colebatis, cum et in ipso mari positi non credebatis, cum et manna accipientes murmurabatis, cum et ante legem et contra legem vituli caput vobis fecistis, cum Beelphegor vosmetipsos consecrastis, cum flammam ignis contempnistis, cum serpentibus interficiebamini, non estis suasi: cum terra admirabiliter os suum aperiens absorbit vos viventes, neque vos cessastis ab idolis, neque Deus recessit, ut non vobis faceret bene; et habebatis prophetas vobiscum. Comparavimus igitur illa his quæ non sunt (71), et interrogavimus eos cur tunc cum tanta fierent a vobis, passus (72) est vobis (73) Deus, et nunc cum Sabbatum custoditis ut pollicemini, et legem legitis, et libros prophetarum, quos præsentem quidem interfecistis, libros autem eorum purpureis palliis honoratis: quæ causa est ut tunc quidem tanta vobis facientibus mala, tanta fiebant in vobis Dei bona, et spiritus vobis aderat, et prophetæ vobiscum erant? Nunc autem, cum et legem legitis, et dicitis, et custoditis, et seriamini, et Sabbatum observatis, et ab escis vos abstinatis; sine causa laboratis, et vigilatis, per noctem psalmos dicentes, et per civitates et nationes synagogas constitutis, et arcam et candelabra et mensas, et omnia vultis facere nunc magis quam in terra vestra? Cur tunc cum tanta mala faciebatis tantos habebatis prophetas, et Moysen quem voluistis lapidare, et Aaron cui vim irrogastis: nunc autem cum videmini custodire legem, et omnia facere ut prædictum est, nullus vobiscum propheta est? Putas quia Romani, compellimini enim dicere, quia citra voluntatem Dei destruxerunt vestram civitatem? Spiritum sanctum quis abstulit a vobis? Ubi nunc apud vos propheta est? Dicit Deus in Ezechiel propheta: *Populus iste peccavit in me, et misi eos ad captivitatem* ⁷³. Sed non ista metuentes, inquit, ad gentes audiebant: *Iste est populus Dei et terra Dei* ⁷⁴. Et educam, inquit, propter nomen meum, et reducam eos, et dicito eis:

⁶⁹ Isa. v, 4. ⁷⁰ Jerem. II, 30. ⁷¹ Isa. v, 4. ⁷² Isa. I, 5. ⁷³ Ezech. xxxvi, 19. ⁷⁴ ibid. 20.

(66) *Incedantur*. Forte *inciduntur* (aut *incendantur*, et *ardeant*, et *nudentur*, etc.

(67) *Interficientium*. Pro *interfactorum*.

(68) *Excusamus*. Vox interpreti nostro familiaris, pro eo quod est *repudiare*, *rejicere*. Sic supra, lib. II. De fide adv. Sabell. sub fin.: *Contenti simus veritate, excusamus lites*; et lib. I. De resurr. circa med.: *Si talis esset resurrectio, excusaremus utique resurgere*;

et infra: *Factus es perfectus, formatus es, excusa illud*, etc.

(69) *Ecclesia*. Forte *Ecclesiæ*.

(70) Ms. *Et nihilominus adorabant*.

(71) *Non*. Forte *nunc*.

(72) Ms. *Passus est a nobis Deus*. Fortasse *passus est a vobis*.

(73) *Vobis*. Forte *vos*.

Non propter vos facio, domus Israel, sed propter nomen meum ⁷⁵. Ille Deus qui dixit tunc, Non propter vos facio, sed propter nomen meum, nunc audiens vos dicentes, quia religiose fecimus crucifigendo Christum, et sint illi digni propter prius opprobrium gentium dicat ut dixit : et nunc, si tamen permittit vestrum peccatum, in unum non propter domum Israel facio, sed propter nomen meum : et certe propter nomen suum nunc vos non reducit. Sicut enim tunc propter nomen suum revocavit : ita nunc propter nomen suum vos non revocat. Si enim propter nomen suum facit quod non facit, debet et non permittere fieri, ea quæ prædixit Salvator, cum ostenderent ei lapides templi, quia *non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruat* ⁷⁶ : et cum defleret Hierusalem, et prædiceret quia circumdabant eam inimici, et destruent eam ; et cum diceret filiabus Israel : *Filiæ Israel, nolite plorare me, sed plangite vos et filios vestros : venient enim, inquit, dies cum patiemini ea quæ passæ sunt* ⁷⁷. His semel et bis et tertio a Salvatore prædictis, si mendax est, et si contra legem faciens, si defendentes legem occiderunt quem occiderunt ; debet Deus ut argueret prædicationes mendaces, pati illos etiam nunc peccantes, ut et antea passus est. Si autem Salvator quidem prædixit, Pater autem audiens confirmavit, et opera testantur, prædicatione dupliciter convictus est Israel. Quia igitur apparet correctio quæ per crucem facta in mundo effulsit, interrogavimus eos, quem vultis esse Jesum ? hominem peccatorem et contra legem facientem ? Ergo producite vestros justos, et fiat comparatio. Absit ut a nobis servis, ad Dominum ! Quia autem ad Judæos loquimur, oportet nos infantiari. Comparemus in (74) signa, et opponamus lucernas plures soli uno, et dicamus Judæis : Quem vultis Jesum esse ? ut Abraham ? Ostendite ergo quem suasit Abraham, vel unum licet, ab idololatria ad religiositatem : aut non hoc primum et in vestra lege mandatum est. Sed Isaac comparabitur rei (75) ipse, et de Isaac erit sermo. Quem suasit Isaac ? Sed Jacob, cujus et socer in idololatria permansit ? Sed Moysi, qui non potuit per multa signa et prodigia filios Abraham ad culturam Abraham transferre ? qui non potuit suadere socero suo ? Nonne mare scindebatur, et iterum copulabatur, et manna ad vicem imbris deducebatur, et petra ex imis emittebant aquas, et omnis natura transferebatur per signa, et populus manebat in idololatria ? Quid valuit lucerna Moyses ? Ideo bene dicit Dominus : *Nolite judicare ad faciem, sed justum judicium judicate* ⁷⁸ : non nominibus, sed negotiis : quid correxit Moyses, et præhonoretur (76) a vobis Jesus ? Si autem unum po-

A pulum per signa non suasit, Jesus autem per crucem, per scandalum, et non per signa aut prodigia, mundum transtulit ad Dei culturam : Moyses lucerna ne quidem uni domui sufficit ; Jesus autem sol justitiæ, si non fulget mundus et illuminatur, non sit sol. Ex negotiis enim et nuncupationes sunt accipiendæ. Si illuminatur mundus, sol justitiæ est : ubi enim præcurrit opus, adjuncta sit et nuncupatio. Moyses lucerna quare dictus est, qui neque fratribus suis et cognatis lucere valuit ? Siquidem ad fines (77) ejus igni consumpti sunt sub illo peccantes, et Aaron per os ipsius Moysi objurgatus est, et propter ipsum Moysen objurgatus a Deo est Aaron. Qui norunt Scripturas sciunt quæ dicuntur. Moysen producant quod jurgatus a Deo est, et finem justum habuit vitæ. Sed nos compellimur dicere adversum sanctos quos cupimus honorare. Sed non dicimus adversum Moysen, sed ea loquimur quæ vult : ipse dicit Moyses. Nam et si compellimur dicere, dicimus ideo ut commendemus ea quæ ipse Moyses de Christo locutus est. Ergo falso Judæi Moysen adversus Moysen legunt. Legentes enim dicunt, quia nihil veri loquitur. Nos autem Moysen pro Moysæ legimus. Et quid contendimus ad Judæos vere adicere (78) quæ apud Judæos habentur, quæque nobis concedunt ? At idem Judæi concedant nobis quia Moyses vera locutus est, et nullus e prophetis mentitus est, neque Deus horum. Dicimus enim quia omnes promissiones Dei, quæ per legem factæ sunt et per prophetas, impletæ sunt in adventu Domini Christi, et adhuc usque implentur. Hoc est honorare libros prophetarum, non purpureis pallis a foris, sed illum qui intus prædicatur agnoscere. Non est mentitus Moyses pro nobis ; opus enim ipsum ei testimonium præstat. Non est mentitus Moyses adversus Israel ; captivitas enim eorum et humiliatio testatur. Non sunt mentiti prophetæ vocationem gentium prædicantes ; vocati enim sunt ut videtis. Non sunt mentiti prophetæ, exitum et abjectionem Israel prophetantes. Si autem sermones prædicti sunt, et negotia testantur, quid adhuc impudens Israel ? aliquando quidem ad dicta, nunc autem et ad ipsa negotia. Scriptum est, et promissum in lege est, quia si fuerint qui dispersi sunt et populo ad fines usque mundi, et penitentes custodierint legem : *inde eos reducam, dicit Dominus* ⁷⁹. Ista Dei promissio est. Interrogavimus ergo Judæos, utrum servatis legem aut non ? Si non servatis, quid et loquimini ? Si autem servatis, quid quia non revocamini ? Non enim mentitur Deus. Si autem prævaricantes legem habeatis civitatem ; nunc ut dicitis servantes legem dispersi estis in civitatibus : manifesta ergo est vestra

⁷⁵ Ezech. xxxvi, 22, ⁷⁶ Marc. xiii, 2. ⁷⁷ Luc. xxiii, 28 ; xix, 44. ⁷⁸ Joan. vii, 24. ⁷⁹ Deut. xxx, 5.

(74) In. Forte Jam.

(75) Comparabitur rei. Fortasse comparabitur ei, id est Jesu Christo : nempe littera r, prioris vocis postrema, perperam repetita fuerit.

(76) Et præhonoretur, etc. Forte, ut præhonoretur

a vobis Jesus.

(77) Ad fines. Fortasse unica voce ad fines, propinquum.

(78) Vere adicere. Fortasse vere ea, vel vere dicere : vel adicere dictum est pro adjicere.

Inexcussibilis audacia sanguinis justī. Et certe multorum prophetarum effudistis sanguinem, et habebatis vestram civitatem : et prioribus prophetis interfectis, secundi veniebant, et convincebant vos. Quomodo ergo multorum prophetarum sanguis non intercedit prophetiam ; unius autem, ut dicitis, contra legem facientis sanguis, statuit (79) omnem prophetiam ? Et quomodo omnes prophetæ cum legislatore et regibus justis, et omnibus mirabilibus quæ facta apud Ægyptum videntur, et in deserto, et in ipsa terra promissionis, et cum omnibus beneficiis et pœnis non statuerunt idololatriam ne quidem ab ipso Israel ? Crucis autem sermo et orbem universum convertit, et Israel si nihil aliud, tamen ab idololatria prohibuit ? Quid hoc efficientius mihi videtur, quia resurrectio viventis quæ hoc fecit, mors quam sustinuit. Si enim affixus est ob infirmitatem, ut dicit Paulus ⁸⁰, sed vivit ut videmus. Et nos quidem illum quem non videmus non negamus : viventem autem ex his quæ efficit videmus. Quia autem ausi sunt, in qua sunt pœna ipsi edicant. Ergo vivens et apud eos invenitur qui passus est. Qui enim adversantur in dissolutione sunt : et gentiles jam non gentiles : et Judæi superantur. Quid deest qui vincit ? Ecclesia quippe unde habens filios ? Ita enim est admiratio, quia a Judæis accipiens patres apostolos, a gentibus autem filios a non credentibus ; habet illic salutem filiorum, istic non credit Judæis (80). Sed ab abnegantibus Judæis habet testes apostolos, ut illorum conspersio apud nos non sit illorum. Cum enim ferrum acceptum fuerit a congeriebus lapidum, aut a terra ex qua et conflatum est, jam non est quod erat in monte : et apostoli a Judæis accepti, jam non sunt ex illis. Per ignem enim emundati, aliud quam lapides facti sunt. Illi enim interficiebantur ut non adorarent idola ; et lapidabant Moysen quia non concedebat eis adorare : Stephanus autem statim ex ipsis lapidabatur, eo quod non negavit causa crucis Dominum Jesum. Putas isti ex Judæis sunt ? Petrus qui inverso capite affixus est cruci, Paulus qui persecutionem est passus, et gloriatus est in periculis. Sed meminimus Petri et Pauli et Stephani. Petrus ante crucem infirmus et incertus, et ter abnegans Dominum ; quando magis oportebat eum negare ? cum adhuc viveret magister ? aut tunc cum satis sibi fecit qui est mortuus ? Si autem neque ante mortem negaret, esset contentiosum omnia dominantis Magistro (81). Si autem ante crucem negat, et ter non simpliciter, sed per vocem puellæ unius, et hoc Domino prædicente ei, et certe si non propter aliud, propter contemptionem prædictionis deberet Petrus non negare. Et certe cum Dominus

A dixit, negaturos esse omnes, Petrus dicebat : Si omnes te negabunt, ego non te negabo ; sed paratus sum pro te mori ⁸¹, et ante te mori. Et cum dixisset quia et ipse ter abnegaturus esset, non recessit, contendens et dicens, Non te negabo. Qui autem dixit sæpe, quia non negabo, et horum habebat memoriam ; quia puella quædam accedens interrogabat eum, nunc Galilæus est, nunc cum Jesu erat ; cœpit et jurare, quod non poposcerat puella, et dicere, quia nescio hominem, nec ut hominem, o Petre ! et hoc semel, et bis et ter. Et certe vivebat Magister, et incertum erat si moreretur Petro. Ipsi est enim vox quæ dixit : *Misericordia tibi, Domine, ab his* ⁸². Quemadmodum iste, negans ter et jurans, et hoc propter vocem puellæ unius ante mortem : post crucem, post paucos illos dies incipit clamare et ad populum dicere : *Viri fratres et patres, audite* ⁸³. Puellam non audis, et viros fratres et patres vocas ut suadeantur ? In nocte negas in qua posses et latere, et tertia hora constanter proclamans loqueris ad populum universum ? Sed puta quia Petrus contentiosus est, et omnia donans Magistro, ausus fuit Judæis et loqui, a quibus ipsa audacia exstitit. Quemadmodum Judæi non statim fustibus et lapidibus, aut quolibet alio genere obruere arguentem ? Si enim Deum, qui signa fecit, ausi sunt affigere cruci, quemadmodum Petrum convincentem eos post istam audaciam non statim fustibus aut lapidibus obruerunt ? Nunc ergo sunt in captivitate et humiliatione, cum floret Ecclesia ; et adorant nobiscum et reges et iudices. Audeat quis ingredi synagogam, visus licet (82) alicujus, et dicere, Jesus crucifixus Filius est Dei. Si exierit exinde ? et hoc cum non sit ex Judæis, sed ex nobis : cum et leges vindicant, et reges adorant, et cum Ecclesia tenet (83). Si autem nunc non est sine periculo aliquem non Judæum ingredi in synagogam eorum qui in captivitate habentur, et hoc in vico ubi tres aut quatuor colliguntur Judæi, et dicere veritatem ; quemadmodum Petrus ex Judæis Galilæus ? Nec enim hoc est dicere quia ingenuitatem ejus honorarunt, et non sunt ausi : nec quia eruditionem, nec quia divitias. Jam autem nec piscator erat, sed egeno egentior. In tantum autem aderat ei ut non loqueretur, qui dum periclitaretur animæ, et interrogaretur si Galilæus esset, negans et dicens, non, in ipsa abnegatione convictus est. Quia enim naturalis est linguæ (84), partis uniuscujusque terræ meditantem assuefieri ad eloquendum, oriens ad aliam partem utitur, Syrorum lingua in alio clamet, nationem quidem ipsam esse, mutatam autem in sono haberi. Fit enim et hoc apud Judæos : et cætera. Galilæi Hebraica quidem loquebantur,

⁸⁰ II Cor. xiii, 4. ⁸¹ Matth. xxvi, 33-35. ⁸² Matth. xvi, 22. ⁸³ Act. vii, 2.

(79) Statuit. Id est, stitit.

(80) Judæis. Forte Judæus.

(81) Omnia dominantis. Forte omnia donantis Magistro. Sic paulo post : Sed puta quia Petrus contentiosus est, et omnia donans Magistro.

(82) Visus licet. Quamvis aliquam speciem dignitatis ore ac vultu præferens.

(83) Tenet. Κρατεί.

(84) Ms. Naturalis est linguæ.

lingua autem impediti aut immutantes convincebantur quia non erant e civitate. Sicut et apud nos nunc efficitur, qui agros habitant, immutantur ab eis qui in civitatibus habitantes linguam habent. Forte autem et uniuscujusque civitati vicinæ diversam habent linguam propter consuetudinem assuetam. Hæc cum ita agerentur, ex consuetudine ita apparent. In libro Judicum scriptum est ⁸⁴, quia pro venit bellum inter se agere propter accusationem nescio quam ex istius partis (sic) homines. Communis enim erat circumcisio. Si ad alteram venissent partem, per linguam erat eorum discretio. Interrogabant enim victores eos quos vicerant unde essent : pro salute ex parte adversa haberi, proponebant sermonem quemdam, non poterant recte ita loqui (85), ut illi qui interrogabant : et qui negabant, ex lingua arguerentur. Hoc enim in evangelii renovatur quod apud Judices scriptum est. Petrus enim negabat se scire hominem : lingua autem per ipsam abnegationem convincebat eum quia Galilæus erat. Iste Petrus qui periclitabatur, et cupiebat suam immutare linguam a Galilæa ad Judæam, et parum quid corrigere, hæc cupiens et festinans et mortem timens, dicat quid putaverit. Quomodo omni mundo loquitur iste Judæus, imo ex Judæis (86), dicat, et gentiles convincat. Unde iste cui sine voce erat lingua, unde Petrus loquitur? Sed non est locutus, sed tacens suasit mundum. Majorem nobis das admirationem : is qui negabat sed locutus est, qua lingua? ipsis enim qui apud Hierosolimam erant, quomodo poterat loqui? tamen loquitur, et post quantos dies convictionis cum per linguam est convictus? iste erat dies quinquagesimæ completio, abnegationis autem Petri ante quinquaginta dies passio fuerat Domini. Putas in quinquaginta diebus piscator rusticanus ex vico studuit omnem linguam? In Actibus enim scriptum est apostolorum : et non credatur, si res ipsæ non consentiunt. Scriptum est enim quia dum impleretur dies quinquagesima, erant adunati in unum apostoli ⁸⁵, quos sparserat quidem crux, collegerat autem resurrectio; et adunatis iisdem divisæ sunt linguæ tanquam ignis dividentes, et insederunt in unumquemque illorum, et cœperunt linguis loqui quas non didicerant. Hæc Scriptura dicit; qui vult D interroget. Si non est factum, quomodo audierunt gentes? Sed audierunt gentes. Ergo quod scriptum est, factum est. Quis est qui donavit? qui mortuus est; et quidem antequam pateretur, non donavit linguam. Quod ergo non donavit antequam pateretur, quemadmodum donat mortuus, nisi quia resurrexit? Sed non donavit, nec vera dicit Scriptura, Quomodo ausi sunt apostoli exire ad gentes?

⁸⁴ Judic. xii, 6. ⁸⁵ Act. ii, 1.

(84) Ms. *Naturale est linguæ.*

(85) Ms. *Quendam, quem non poterant recte ita loqui.*

(86) *Ex Judæis. Forte et Judæis.*

(87) *Suscitavit nos. Fortasse dicebat quia susci-*

qua spe elati, quid ante oculos habentes ausi sunt hoc? Unde autem eis hæc prudentia? quomodo putas adunati hæc impudenter ad alterutrum dicebant, Magister fefellit nos? Quia ergo fefellit nos, et nos fallamus mundum. Dicebant quia suscitavit nos (87), et ipse mortuus non resurrexit. Si hæc conscientia eorum ita sciret esse contraria, deberent dicere, et negare, et pœniteri, et confiteri errorem, et ante Judæos dicere quæ dicebant Judæi (88) : seductor erat, seduxit nos; putabamus, promittebat resurrectionem; arguit eum operimentum (89). Debuisset unusquisque recurrere ad retia paterna, providere sibi victum, abscondi, erubescere falsitatem Magistri, propriam seductionem occultare, multo magis jurgare (90) quia nec vidimus eum. Hæc debent facere, si vera essent quæ Judæi volebant. Sed putas convenientes in unum impudenter dicebant ad semetipsos : Quid si seducti sumus? sed non concedamus. Magister mortuus est; dicamus quia resurrexit : ut quid lucrarentur? quid commodi acciperent? aurum? sed non permisit mandatum : argentum? et ipsa retia dereliquerunt. Sed ut honorarentur? qui inverso capite affligebantur. Quid erat quod posset eos hortari, ut mentirentur de eo qui non resurrexerat? Quis præbuerat eis audaciam? In quo confidentes essent inscientiæ suæ, rusticitati, ingenuitati, divitiis, multitudini, duodecim ad mundum? Sed prædicationem ejus qui affixus est cruci. Ipsum solum audere exire ad mundum, grande est. Puta ista ausi sunt : Judæi quomodo passi sunt non eos statim interimere? Nonne parati sunt ad interemptionem? Magistrum affixerunt, qui non arguit eos homicidas : istos qui convicerunt quia homicidæ sunt, non multo magis debuissent interimere? Cur sanguinem Magistri adhuc habentes in manibus, patiuntur piscatores? et certe cum interficerent Magistrum, nisi negasset Petrus fuisset mortuus. Qui ergo volebant eum antequam moreretur Magister occidere, quemadmodum eum non occidit post Magistri interfectionem? quemadmodum? quæ est causa? sed noluerunt : et quis est qui convertit eorum mentem? Sed voluerunt : et quis est qui prohibuit eorum propositum? sed voluerunt et non potuerunt : et quis est qui superavit eorum malitiam? quemadmodum superati sunt? si non est facta admiratio, quomodo vincunt piscatores? Ecce alia admiratio, si nulla admiratione vincunt. Et certe volunt Judæi occidere, et concedit Dominus eis ut occidant. Martyrium itaque tulit Stephanus. Quomodo ergo Stephanus quidem ab istis occiditur? Utile enim erat ejus martyrium, ut firmaretur per mortem resurrectio : et cæteri non occiduntur? Sed noluit Israel.

tabit nos.

(88) Ms. *Dicere ea quæ dicebant Judæi.*

(89) Ms. *Arguit eum experimentum.*

(90) *Jurgare. Forte jurare.*

Quomodo vult Stephanum? De hoc concedit Dominus : sufficit hoc ad victoriam. Quomodo concedit Stephanum, et non concedit et alios? Ut agnosceretur quia mortua est mors, et quia per mortem firmatur resurrectio; ut agnosceretur quia vivit qui vivificat. Voluit Judæi et non possunt. Moysen facientem signa voluit Israel lapidare, et prophetas occiderunt, et hoc ita prohibente lege. Piscatores, arguentes eos et prædicantes Crucifixum, non occiderunt : Lazarum, quia resurrexit a mortuis, voluerunt occidere, ut mortificarent admirationem; et eos qui prædicant resurrectionem affixi cruci ab ipsis, non occiderunt. Sed puta quia Judæi victi sunt. Cogitaverunt autem piscatores ad mundum exire, si homines ad terminos mundi sine litteris, ad eruditos imperiti, ignobiles ad ingenuos; cogitaverunt et tanto donaverunt (91) Magistro mortuo, cum quo et suere : puta quia ipsi cogitaverunt, puta quia victus est : quomodo gentes susceperunt, et gentes discipulos audiebant? Non consuetudo erat vetus, non simulacra adornata, non templa excelsa, non sacraria quæ multo tulerant tempore, non versus compositi, non superbia sapientium, non multitudo poetarum, non remissio feriarum, non traditio parentum, non mirabilia illa in ambitione, quæ per artes et machinas et compositiones vatium fieri consueverant? Quomodo ausi sunt piscatores ne quidem panes portantes ingredi domum alicujus? ad quam cognationem? ad quam similem linguam? ad quam civitatem et domum agnoscentum? Sed prædicatio erat honesta. Crucifixus prædicabatur, et qui prædicabant humiles, et quibus prædicabatur præventi erant. Nunc ascendat quis ad templum, dicat quod verum est quia non sunt dii lapides : si potuerit dinumerare eos qui adversum se jaciuntur. Si autem reges, exercitus et leges pro religione sunt, et multitudo fidelium, tantæ minæ adversum eos qui hæc non suscipiunt, nullus ausus est : et si fuerit ausus, non vivet. Si dixerit, isti dii non sunt dii, sed si nunc (92) ita repentem, vide quæ erat virtus sine his (93) qui circuibant mundum : et dicunt quia ista non sunt quæ apparent, neque ista putantur, neque illa quæ sapientes dicunt aut poetæ conflungunt et quæ loquuntur. Mentiantur sacraria : non vera dicuntur vaticinationes. Præmissio (94) ipsa nocens et ars mentita est. Templum male constructa sunt, recedite a paternis et credite Crucifixo. Quis putas ita lapideum habet cor? Ego puto quia et si gentilium ipsorum quidem adessent priores, et Ju-

⁹⁰ Math. iv, 19.

(91) *Tanto donaverunt.* Forte, *Et tanta donaverunt magistro*; ut supra col. 1106 B, *Petrus omnia donans magistro.*

(92) *Sed si nunc.* Fortasse, *sed si nunc ita repetat?* id est quid si ista non seniel, sed iterum apud paganos dixerit?

(93) *Quæ erat virtus sine his.* Forte *quæ erat virtus in his, nempe in apostolis.*

(94) *Præmissio.* Forte *promissio.*

A dæorum primarii Synagogæ, aut transferrent corda sua lapidea ad fidem, aut tacentes utique confunderentur. Scribantur istæ suasiones in uniuscujusque corde, non atramento : non enim atramento sunt digna : si quid autem cum vi loquitur, noli pati mentientes (95) : et si donamus aliquid sermone, nolite seduci. Si autem sole clariora negotia sunt, nolite fieri cæci. Videte Dominum Jesum a mortuis resurgentem. Videte eum ad dexteram Patris cum gloria sedentem. Quibus oculis? apostolorum quippe illorum virtute, illorum scientia. Quomodo suscepti sunt? quomodo creditum est? quomodo destructa sunt veterna? quomodo introducta quæ in prædicatione erant tanquam inhonesta? Et certe multa erant impedimenta apud eos; consuetudo quæ putabatur vetus, imperium adversariorum, remissio feriarum, et ea quæ particulatim prædicata sunt : ab eo autem qui prædicabatur crux, et quod in eo erat incredibile et sine honore. Præconum autem abjectio, ignobilitas, nulla doctrina, egestas, numerus parvus. Ab ipsa autem prædicatione jejunium pro ebrietate, pudicitia pro libidine, donare sua quam rapere. Si igitur qui prædicabatur incredulitatem habebat propter impotentiam quæ putabatur crucis, et qui prædicabant omnia incredibilia; adde autem et persecutionem ipsorum cum vapularent, cum injurias sustinerent, cum recluderentur et interficerentur; si qui prædicabatur interfectus est, qui prædicant interficiuntur, et qui credunt persecutionem sustinent. Unde creditur? ab ipso. a suis prædicatoribus? ab his qui susceperunt? Sed ex consuetudine quæ contraria suggererat? sed ab acerbitate prædicationis cui adversabatur requies quæ in Veteri erat Testamento permissa (96)? sed a promissionibus? Mortuus est, inquit, quidam, et resurrexit aliquando; et persecutio quidem aderat, promissiones autem dicebantur. Sed putas provenerunt ista, et suaserunt discipuli, et translatus est mundus, et Judæi cessarunt? Impossibilia facta sunt possibilis, et iterum silentio : et si fortuito (97). Si autem prædixit ea Jesus ante crucem, perfecit autem post crucem, quid non videmus ad solem, ubi et prædixit? Ubi enim non prædixit? Si quis autem scrutatus fuerit ejus sermones, non est ejus sermo, in quo non est statim et prædicatio. Piscatores enim nominavit discipulos suos : in eo dum vocaret piscatores, piscationem annuntiavit. Ipsum enim nomen, prædicationis est nuncupatio. Vocavit eos piscatores hominum ad salutem ⁹⁶. Piscati sunt autem. Si non sunt piscati,

(95) Ms. *Nolite pati mentientes.*

(96) *Permissa.* Forte *promissa.*

(97) *Et iterum silentio : et si fortuito.* Sententia videtur esse : Et iterum dices, quid si hæc silentio, id est clam et obscure peracta sunt? quid si etiam fortuito et temere contigerunt? Respondet, neque clam esse peracta, quia ad solem, id est palam et aperte gesta sunt; neque fortuito, quia hæc Jesus multo ante prædixerat.

mentitus est et mortuus. Si autem et absentes nunc usque piscantur homines, nonne apparet quia adest qui misit piscatores ad piscandum? Et cum sint absentes, sales eos appellavit ⁹⁷. Si non statuerunt nostram putredinem, si non detererunt nostras sordes, si non emundaverunt nostras spurcicias, si non immiserunt in nobis saporem, non sint quod dicti sunt. Si autem a spurcitiis nos et fœtore liberarunt, statuerunt autem nostras defluxiones, detererunt nostras sordes, suavi autem odore pleni sumus per illos, et sumus esca divina: reprehende prædicationem, si concedet tibi exitus rerum. Piscatores sales eos dixit et exhibuit. Denique et in alia prædicatione lumen eos facit et dicit: *Vos estis lumen mundi* ⁹⁸. Piscatores privati, ignobiles, egeni, lumen mundi dicuntur. Domus enim si dixisset, non esset magnum, si via alicuius non esset. Adhuc majus. Civitatis enim unius si dixisset. Sed lumen eos esse non est incredibile nationis integre: sed mundi, inquit, estis lumen. Si dixit magnum, et non fecit maximum, num mentitus est aliquid? Si autem dicit magna, operatur autem majora, quid faciemus de his quæ videntur? Dicit Petro: *Tu es Petrus, et super istam petram ædificabo Ecclesiam meam* ⁹⁹. Certe ædificaturum se promittebat Ecclesiam suam. Si non ædificavit, mortuus est. Si autem ædificavit qui non vivit, dicant quomodo ædificavit: sed ædificavit, nihil autem addidit? sed dicit: *et portæ inferi non prævalebunt adversus eam* ⁹⁹. Si non moti gladii sunt, et exercitus, et tyranni, et leges, et pœnæ, et mors, et varietas horum, et ignis, et mare, et fluvii, et omnia simul adversus istam prædicationem, et per omnia transiens prædicatione confata est; et de terra, et castigata ostenditur quia inferi et mortes plurimæ non transferunt Domini prædicationem. Si non facta fuissent ista, forte relinqueretur dubitatio. Si autem per omnia tota ista prædicatione stat, vivit utique cujus prædicatione non evertitur. Sed ex medicis magnæ prædicationes sunt factæ. *Recumbebat*, inquit, *Dominus, et venit ad eum quædam mulier* ⁹¹. Et quod portavit? unguentum effudit super caput ejus. Irascebantur autem discipuli, scientes quod unguento non indiget Magister. Irascebatur autem et Judas propter fructum; et quia et pauperibus donat incurrentia. Dominus autem ad irascentes: Nolite, inquit, querere quid ego velim, sed quis et quæ est voluntas ejus qui immisit (98). Nolite esse molesti: fecit enim. Quod autem fecit ista, non ignorat. Prænuntiat ista meam mortem. Immittitur enim gentibus qui moriuntur unguentum. Et una quidem prædicatione quia morietur: sed ista non sit mirabilis. Addit enim: *Amen amen dico vobis, quia cum prædicatum fuerit nomen meum in omni mundo,*

prædicabitur et hoc quod fecit ista ⁹⁹. Et parva illa occasio unguenti tantam magnitudinem introduxit prædicationis: et dictum est quia toto mundo prædicabitur nomen meum, et illius mulieris lusus in memoriam erit. Quæ auctoritas istius vocis? Quid enim dicit qui mortuus est post mortem his qui prædicarunt? *Exite ad universum mundum*. Dixit, aut non dixit? Si non dixit, quomodo exeuntes perfecerunt quæ Jussit? quomodo suspecti sunt (99)? quomodo qui mortuus est, mortuus est? *Ite, docete*, inquit, *omnes gentes*: o regia vox, o tenentis mundum promissio! *Ite, docete omnes gentes*. Quantis dicis hæc, o Domine? Duodecim hominibus ad innumerabilem populum: *et baptizate eos* ⁹², inquit; et fecerunt quæ videmus. Iterum sane comparans parabolas prædicit: *Simile est regnum cælorum, hoc est prædicatione ista, fermento* ⁹². Secundum quid fermentum? quia et fermento modico a muliere in multa conspersione abscondito, ipsum quidem non obscuratur a conspersione, sed cum sit parum totum fermentat, et fermentat sine strepitu. Ita, inquit, mea prædicatione brevis per duodecim, per istud fermentum, toto, inquit, insparsum non transmutabitur, sed omnem mundum transferet ad religiositatem. Hoc dictum est per parabolam. Prædicatione autem facta est, aut non? Si facta est, quid dubitas? si autem non est facta, argue. Aliam iterum parabolam similem huic introducit. Quid enim dicit? *Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod brevis quidem est ab omnibus seminibus: cum autem creverit, majus fit omnibus oleis* ⁹³. Et prædicatione in duodecim erat apostolis, et Judæis et gentilitas erat. Cum autem crevit, superavit utraque. Isti ante crucem sermones sunt, post crucem autem opera quæ videmus. Interim venerunt quidem gentiles, et dicunt Philippo: *Volumus Jesum videre* ⁹⁴, et dicit Jesus: *Venit hora, crucis timor, ut glorificetur Filius hominis* ⁹⁵. Dicit, quia cum crucifixus fuero glorificabor. Hoc dixit, non fiat, et mortuus est. Si autem prædixit et per mortem perfecit, o potentia virtutis per ea quæ non sunt fortia! Sed nolite fatigare de resurrectione, in die assumptionis audire. Festivitas est primo animas, et ita ventres (1). Primo debes condicere cui feriaris; primo debes agnoscere quia vivit in quo habetur spes, ut securus manduces. Si mortuus est qui adhortatur, lugeri oportet. Si autem suasi fuerimus quia vivit et vivificat, et si manducaverimus et biberimus, et quæcunque alia fecerimus, in gloria viventis faciemus. Suademus igitur et ut gaudentes epulemur. Putas enim quia adhuc necessarius sermo est. Adhuc enim quædam. Unum enim ex his quæ dicta sunt non sufficit et lapidem comminuere: tamen unum ex his

⁹⁷ Matth. v, 13. ⁹⁸ ibid. 14. ⁹⁹ Matth. xvi, 18. ⁹⁰ ibid. ⁹¹ Matth. xxvi, 6, 7. ⁹² ibid. 13. ⁹³ Matth. xviii, 19. ⁹⁴ Matth. xiii, 33. ⁹⁵ ibid. 31. ⁹⁶ Joan. xii, 21. ⁹⁷ ibid. 23.

(98) Qui immisit. Forte qui me misit.

(99) Suspecti sunt. Pro suscepti sunt.

(1) Et ita ventres. Subaudi, curare. Et ita, forte ex Græco καὶ εἶτα, id est et deinde.

addam. Omnia enim ut dicam, nec sæculum sufficit. Mensurabo sane tractatum propter corpora, propter festivitatem, propter refectionem. Dicit iterum Dominus : *Granum tritici nisi cadens mortuum fuerit, ipsum solum manet* ¹⁰. Ut habet se natura locutus est. Si enim seminatum non fuerit, nudum granum mauebit. Si autem cadens, inquit, fuerit mortuum, ut testatur a natura, multos fructus affert. Et ego, inquit, si non fuero mortuus, non colligo : si autem cadens in terram mortuus fuero, multos fructus affero secundum granum tritici. Et per modicum quidem granum parabola dicta est, permagna autem admiratione opus ostenditur. Si enim, inquit, mortuus non fuero, non colligo. Antequam enim moreretur, et mirabilia faceret, nec duodecim collegit ; non permanserunt enim cum eo. Dicit enim : Quia si non ero mortuus, non colligam (2) : *Cum autem exaltatus fuero a terra, omnes traham ad me* ¹¹. Hoc quod dixit,

quia moriturus sum, et exaltabor in crucem, aut in cælos (nihil enim prohibet utraque ita intelligi), et traham omnes ad me : dixit modicum? miremur. Sed magnum quid dixit, et modicum fecit? minuamus admirationem. Si autem magnum dixit, magnum et fecit, et hoc per crucem, et post mortem ; pellamus dubitationem et suscipiamus fidem. Et iterum ad Judæos dicit eadem : *Cum, inquit, exaltaveritis Filium hominis, tunc scietis quia ego sum : et a me ipso non veni, sed a Deo, cum opera testata fuerint his quæ dico* ¹. Hi sunt gustus prædicationum Domini : plena autem Evangelia sunt volentibus bene degere, pleni Actus apostolorum sunt, et Epistolæ Pauli, et civitates mirabilia (3), plenæ sunt urbes fide. Laus uni non nato Deo, qui misit nobis unum Deum unigenitum suum Filium, per quem est ei gloria, honor, imperium, majestas in Spiritu sancto, et nunc, et semper et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE INCORPORALI ET INVISIBILI DEO.

Incorporalem esse Deum voce magna clamemus, C et in corpore constitui, et a corporibus recedentes. Vivent enim animæ incorporaliter, et post mortem incorporalem (4), et necdum quæ a Deo creata sunt tantam habent dignitatem. Ipse autem qui pura et perspicua operatus est ; incorporalia putas operietur mente insipientium corpore? Consignemus igitur nostros cogitatus a divinis Scripturis. Quia enim inde moventur quæstiones, inde veniant et solutiones. Anima immortalis est, et passiones corporis non veniunt ad eam. Per eum enim per quem omnia facta sunt, et animæ creatæ sunt. Ipse hoc pronuntiavit Dominus et dixit : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere* ². Non dixit quia nolunt occidere, sed quia non possunt, inquit, occidere. Naturæ enim animæ potentiam posuit, et non propositum decipientium. Si igitur nostræ animæ, quæ in corporibus et circa corpora habentur, corporum passiones non admittunt, etiam dum adsunt in corporibus ; quanto magis (5) his qui honoravit animas incorporali natura, ipse magis est incorporalis, et non ita incorporalis ut animæ? Cum enim de his moverimus sermonem, et inquisierimus quomodo incorporalis ab incorporalibus differt ; tunc cum ipse Deus impertierit de his loquemur. Interim autem motus est sermo, quia Deus incorporalis est,

qui et animis tribuit et incorporalitem. Paulus autem et in corpore constitutus, et in carne vivens, non volebat in carne esse. Dicit enim : *Audent quidam putantes nos in carne vivere ; et quia vivebat in carne, addit : In carne enim constitui, non ea quæ carnis sunt operamur* ³. Si igitur qui erat in carne alacritatem refundens in spiritu recedit a corpore, quanto magis immaculata et inaccessibleis et pura illa natura hoc erit et sermone, quod est et natura? Habemus sane et in Evangeliiis scriptum, ipso Salvatore dicente : *Deum nemo vidit unquam* ⁴. Nullus, inquit, unquam vidit : omnes personas comprehendit : omnia non simul, non separatim ; unquam potuisse videre Deum pronuntiavit? omnia spatia comprehendit : ut ne quis diceret, prophetis apparuit, aut legislatori, aut alio alicui. Quid ergo? mentiuntur Scripturæ quæ dicunt : *Veni et vidi, et audivi? Vultibus non est visibilis Deus. Quemadmodum ergo agnoscibilis? Qui autem solus novit eum qui se genuit, dicit : Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* ⁵. Si enim dixisset, Beati qui acuti sunt oculis, diceremus quia oculis mancipavit visum. Si autem sicut oculus purus videt quæ oculis sunt naturalia, ita et anima munda videt quæ sunt supra animam ; qui corde videtur, oculis non videtur : quæ autem oculis videntur, subjacent motionibus men-

¹⁰ Joan. xii, 24. ¹¹ ibid. 31. ¹ Joan. viii, 28. ² Math. v, 8.

(2) Ms. *Dicit, quia si non ero mortuus, non colligam.*

(3) *Mirabilia. Pro mirabilibus.*

(4) Ms. *et post mortem propter incorporalem.*

(5) *His. Pro is.*

tis. Iterum enim Paulus dicit : *Quem nemo vidit A hominum, nec videre potest* ⁶. Quia enim potest fieri eum qui audit ea quæ non videt cogitare; quia non pervenit, aut prohibitus est, aut cælum non permisit; amputans omnem suspicionem Apostolus, et invisibilitatem Deo custodiens quod conjunctum est incorporali, non solum dixit, *nemo vidit, sed nec videre, inquit, potest*. Et sicut animam, non quia nolebant, sed quia non poterant occidere propter naturam, ita et istic dictum est, neque videre possunt: quia non cælum obumbrat ne videatur, sed natura non comprehenditur. Ut autem scias quia cælum non operit eos ne videant qui videre non possunt; adverte quid ait ipse Deus : *Nonne cælum et terram ego impleo* ⁷? Intuere quia adest quidem, non videtur autem quia et adest. Ita iterum idem Apostolus de unigenito Filio ait : *Quia est imago invisibilis Dei* ⁸. Si enim dixisset imaginem tantum, quæreremus secundum quid nunc accepit similitudinem. Si autem addat imaginem, secundum quid accepit similitudinem? manifeste dicens : Invisibilis est Pater, invisibilis et Filius Patris. Sicut enim in *Genesi* scriptum est : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* ⁹, et in sequentibus ostendit secundum quid similitudinem. Ait enim : *Et dominetur supra terram omnibus piscibus maris, et volatilibus cæli, et animalibus terræ* ¹⁰. Et accipitur secundum imaginem non aliud nisi qui a rege Deo omnibus constituto rex fiet et homo eorum quæ supra terram sunt. Et dominante Deo omnibus his quæ fecit in cælo et in terra, dominabitur et homo omnibus his quos suscepit. Sicut enim illic similitudo secundum imaginem salvatorem in dominationem; ita et istic quod dicitur, qui est imago invisibilis Dei, confitetur quia sicut Pater invisibilis est, ita et Filius Dei, qui est imago Patris invisibilis, habetur. Imago enim similitudinem exhibet. Et sicut de Patre dictum est, imo ab isto Patre : *Cælum et terram ego impleo* ¹¹, et cum adest omnibus non videtur : ita et de Filio dictum est : *In mundo erat, et mundus eum non cognovit* ¹². Et certe dicit Evangelium : *Erat lumen verum* ¹³. Lumen autem videtur conducibile esse oculis. Naturale enim est lumini, ut per eum visibilia videantur. Sed si simpliciter lumen dixisset, oportebat nos de hoc lumine suspicari dictum, et de istis oculis. Sed quia non simpliciter dicit lumen : sed *erat*, inquit, *lumen verum* ¹⁴ : pellit istud lumen quod verum non est. *Erat lumen verum veniens in hunc mundum*. Quia enim dixit *veniens*, suspicio erat quia veniens nondum advenerat. Incidens autem sermonis infirmitatem confirmavit mentis intellectum. Quia enim dixit, *Erat lumen verum veniens in hunc mundum* : ut non putares, quia non aderat præsens antequam veniret, ut dicitur a quibusdam, addit corrigens sermonem : *In mundo erat*. Si igitur in

mundo erat, quomodo venit in mundum? Cum autem audieris quia *Deus ambulat in paradiso* ¹⁵, ita audi et de Filio quia venit. Ergo et cum audieris a propheta : *Quis est qui venit ex Edom* ¹⁶? sicut venit qui adest in mundo, ita venit qui venit ex Edom. Vestes autem ei rubras imposuit propheta, cum Daniel dixerit alba esse ejus vestimenta. Mota autem nobis fuerat ista quæstio et de vestibus : et si non fuisset mota, rationis erat non eam transire. Condiscamus quid est quod dicitur vestes habere Deum, et has modo rubras, modo autem albas. Non enim jactatum dicam Deum in vestibus, et nunc quidem ita vestiri, nunc autem alia, tanquam obsoletatis prioribus, aut non obsoletatis. Quidam sed volunt Deum in vestibus jactatum esse et clarum videri, tanquam non sufficiat ei natura sua : ut nunc quidem aliis vestibus indutus, nobis sedeat secundum Danielelem, nunc autem aliis indutus veniat secundum Isaiam. Sed hæc ipsæ quæstiones magis nobis interpretantur naturam. *Quis enim, inquit, est qui venit ex Edom, interrogat propheta, rubra vestimenta habens ex Bosor* ¹⁷? Ista enim illius nationis metropolis erat. Respondit per hoc spiritus prophetæ qui interrogaverat : magis autem spiritus Deus utraque facit ; et interrogavit propheta, et respondet ut Deus : *Ego, inquit, qui loquor justitiam* ¹⁸. Cur, inquit, rubræ sunt tuæ vestes? Dicit : *Torcular calcavi solus* ¹⁹. Si quantum ad dictum spectat, quia sermones nobis proferunt inimici : incorporalis torcular, inquit, calcavi ; et sicut torcularia sparsa sunt vestimenta ejus, et rubredo quædam, non tamen fucatio, erat vestimentorum naturalis, neque illa quæ ex artificio fieri consuevit. Sed quid erant? aspersiones utique, ut a torculari fieri solet nonnuquam vino jactatum. Quid ergo in Edom habet Deus torcular? Si quis autem calcaverit torcular, justitiam loquitur. Si autem considerantes invenerimus quæ erat ista gens, et qua damnatione delitrix habebatur, et quam vindictam de eadem fecit Deus, et quo interficiuntur judicio : agnoscemus quia torcular non est torcular, sed vindicta per sanguinem. Esau autem ob ventris edacitatem distrahens propter ventrem naturæ primitias ; quia enim hoc ipsum incontinentia erat, ex vitio habuit et nuncupationem. Et est Edom quod interpretatur avaritia. Ex isto igitur Esau facta est gens Idumæorum. Ista gens, quia et Esau erat frater Jacob, utique debuit æqualem fraternam quamdam affectionem habere ad populum. Qui cum non haberet, increpatur ei a Deo quia non servavit pactum fraternitatis ad populum. Quid ergo prævaricavit conscientia ad fratrem, et erexit iudicem adversus se? Propheta autem previdens futurum de eisdem judicium et vindictam, ut Israelitæ de Idumæis vindicarentur, antequam fieret vindicta videt iudicium, et dicit : *Quis est qui venit ex Edom?* Et cert-

⁶ I Tim. vi, 16. ⁷ Hier. xxiii, 24. ⁸ Coloss. i, 15. ⁹ Gen. i, 26. ¹⁰ ibid. ¹¹ Jer. xxiii, 24. ¹² Joan. i, 10. ¹³ ibid. 9. ¹⁴ ibid. ¹⁵ Gen. iii, 8. ¹⁶ Isa. Lxiii, 1. ¹⁷ ibid. ¹⁸ ibid. 3. ¹⁹ ibid.

quantum ad rem necdum hoc scierat. Si autem necdum facto iudicio tanquam jam fecisset, et venire videtur cum dicitur apparere, necdum apparet, non quia apparet antequam veniat ex EDOM; viso enim non videtur qui prævenit visionem, neque vestimenta habet, qualia apparuit habens: sed quia vult veluti aspergi sua vestimenta a sanguine eorum qui digni sunt morte. Non enim ad cælum transmittitur interficientium sanguis, sed ex hoc maxime agnoscitur quia incorporalis est Deus, et vestimentis non indiget. Quia quæ apparet indutus, significatio est magis efficientiæ quam exhibitio naturæ. Cum iudicat habet sedem, et qui iudicat mundum, albas ejus esse vestes Scriptura dicit. Cum autem iterum vindicta completur, tanquam regrediens rubra ejus dicit quæ non erant rubra, et vestimenta quæ non erant vestimenta: ut ante audiret populus quia vindictam facit. Ego autem audiebam prophetam dicentem non de Deo solo, sed et de sacerdote, nescio quo, qui indutus erat vestimenta sicut induimur et nos. Quæ autem vidit propheta vestimenta, et quæ immutavit visionem, non sunt ista vestimenta quæ nos induimur. Si autem qui induitur ista vestimenta homo conspicitur indutus et mutans, et patiebatur quidem ille nihil eorum quæ vidit propheta, facta autem sunt, quæ videt propheta (6): si de homine ista, quanto magis de Deo? Dicitur in Zacharia propheta: *Ostendit mihi Deus Jesum summum sacerdotem*²⁰: Jesum dicens sacerdotem, non illum ostendit Dominum Jesum qui est pontifex pontificum et sacerdos sacerdotum. *Et iste, inquit, vestitus erat vestimenta sordida, et stabat diabolus a dextris ejus cupiens eum nocere*²¹. Erant enim ejus sordida vestimenta. Sicut enim mures ad nidores concurrunt: ita diabolus et illius exercitus illo delectatur nidore. Et hoc quod erat lectum est: *Cum spiritus nequam exierit ab homine, circuit desertos locos, et quærit requiem*²². Sicut et canes coquinarum requirunt ubi sanguis, ubi stercus, ubi inolæ interanæ, et illic concurrunt. Et sicut qui foris currunt, adveniunt quod turpe est verbani, qui ætus fœdos; ita cum spiritus immundus exierit ab homine, circuit deserta et arida loca quærens requiem, quia non delectatur pacem, neque vult habitacula, sed deserta quærit, aut terram aut animam quærit. Nec ubi aurum malis artibus commachinatum est in simulacris quærit, nec ubi argentum male confatum est ut adoraretur. Sicubi lignum ars aut idolum sculpsit, sicubi lapidem erexerunt manus ad colendum; tales quærit requies spiritus immundus. Sicubi sanguis, sicubi nidor, sicubi seducantur, sicubi theatra, sicubi nudi currentes, sicubi turpia loquentes, et turpiora admit-

capere volunt strepitibus quibusdam et sonis, et thymiamate volantes detinent: ita et immundi spiritus circa immunda vagantur, et quærent non ubi purus est flos, sed ubi contaminatio, ubi fabulæ mendaces, ubi imago false figurata, ubi sacrificia malitiosa, ubi mulieres impudicæ, ubi viri incisi, ubi dei adulteri (7), ubi deæ fornicantes, ubi sanguis et pollutio, ubi tibiæ, ubi saltatio, ubi nuditas, ubi omnis turpitudine. In istiusmodi immundi spiritus requiescunt. Si autem viderit aliquem in habitu pudico et honesto, indutum esse Dominum Jesum, statim dicit; quæ dicit permittit: quid nobis et tibi? Non est aptum lumen his qui læsi sunt oculis; ad tenebras enim convertentur, tenebras insequentur, in tenebris requiescunt. Cum autem spiritus immundus quæsierit in desertis et aridis locis requiem et non invenerit, exierat enim ab homine: *Redeam, inquit, ad domum meam unde exiri*²³. Domum suam vocat eum, qui voluerit domus esse ejus. Si autem redierit, inquit, spiritus immundus, et invenerit hominem illum paratum sibi: quia enim vidit spatium in malo, non vult jam solus habitare, sed vadit et assumit alios septem spiritus sibi nequiores, et octuplo quantum ad numerum quia pejores assumit. Non enim quantum numerus multiplicat, tantum solum et malitia addit. Ita cum cœperit quis moveri ad cursum malum, aut ad turpem loquelam suam paraverit linguam; invenit spiritus immundus operamentum jam incipiente mala ab homine, et suggerit pejora, et efficit ista quæ et videtis. Non enim est quod videtis tantum, sed unusquisque eorum septem et plures sunt. Nam et plures habent dæmones. Si quis autem recedentibus dæmonibus, sicut ebrietate recedente, voluerit interrogare, si tamen et agnoverit aliquem eorum qui nunc gloriantur in turpitudinibus suis, ipse sit qui faciebat hæc, aut fecit, aut locutus est; vere efficitur illud apostolicum dictum: *Quod fructum habebatis tunc, in quibus nunc confundimini*²⁴? Sicut enim nunc videmus immundos spiritus accipientes occasionem, persequi ea quæ similia sunt sibi: ita et tunc quia sordida erant vestimenta sacerdotis ejus qui fuerat visus, stabat diabolus ad dexteram ejus cupiens eum nocere propter sordida vestimenta. Stabat autem et angelus Dei. *Et dicit, inquit, angelus Dei diabolo: Increpet tibi Dominus. Hoc, inquit, relictum est ab igne, et vis eum comburere*²⁵? Et post hoc præcepit angelus auferri a sacerdote sordida vestimenta, et vestiri eum munda. Et sacerdos quidem qui videbatur non aderat; sed constituto eo sibi, videbatur a propheta, et sordida vestitus erat vestimenta, illo forte candida vestito. Et iterum immutatur ejus vestis qui videbatur a propheta, et ille non mutavit qui non erat in visione. Et provenit quantum ad visto-

²⁰ Zach. III, 1. ²¹ ibid. 8. ²² Matth. XII, 43. ²³ ibid. 44. ²⁴ Rom. VI, 21. ²⁵ Zach. III, 2

(6) Ms. *Facta autem sunt ista quæ vides, propheta.*

(7) Ms. *Ubi dei adulterantes.*

nem, duplicem esse sacerdotem istum. Erat enim et homo ad semetipsum ille, et utique nec sordida habebat vestimenta, neque immutavit cum isto qui in visione erat visus. Agente autem eo et salvo, et agente in his locis in quibus erat propheta, vidit eum, non ipsum videt, et eum præsentem vestitum sordida vestimenta, quæ non habebat ille, nec enim erant vestimenta sed peccata. Vestimenta quidem utpote hominis erant candida : ubi autem vestimenta non erant, vestimenta peccata erant sordida. Quia enim peccata erant, sordida vestimenta dicit. Quia autem peccatis delectatur diabolus, adoratur per visionem : ubi enim erat nidus, illic sordida animalia : ubi peccatum, illic adinventor ab initio peccati. Objurgatur igitur angelus præsentem diabolum, et præcipit mutare vestimenta sacerdotis, et auferri ab eo sordida, vestiri autem eum munda, et interpretatur efficientiam, et dicit : *Ecce, inquit, abstuli a te peccata tua*²⁶. Si istæ circa hominem vestes non erant vestes, sed modo quidem peccatorum insignia, modo autem puritatis : quare ea quæ circa hominem sunt descripta vestimenta non suscipimus, quia circa hominem fuerant quæ et vestitur; quæ autem circa Deum dicuntur vestimenta, contendimus esse vestimenta? Multis denudo vobis omnem partem istam Scripturæ. Nec Jesus sacerdos ille aderat illic, non enim aderat : sed nec diabolus aderat, neque angelus aderat, sed totum erat visio. Et sacerdos quidem propter peccatum apparet sordidis vestimentis indutus; qui non et aderat, nec erat vestitus sordida vestimenta. Et diabolus veluti videtur, quia istis talibus gaudet, et ad istos tales exurgit. Et angelus veluti visus est, ut ostenderetur quia per angelos justis efficitur adiutorium, magis autem pro peccatoribus poenitentibus gaudium. Nec enim illud putemus sicut et putamus, quia et in Job libro diabolus aderat ante conspectum Dei, et locutio erat Dei cum diabolo ex æqualitate²⁷. Et dixit Dominus, et dixit diabolus, et interrogavit Dominus diabolum, *unde venisti?* Sed hæc ad auditionem vestram velut composita inducuntur. Totum autem illud est quomodo Job quidem erat vir irreprehensibilis, diabolus autem invidus. Ad istiusmodi et Deus defensor horum permisit diabolum ante conspectum suum. Sed hoc ita est. Vidit diabolus immaculatum : properavit imponere maculam. Quæcunque enim motiones erant diaboli adversum Job, hæc per sermones contexuntur in Scriptura; utpote si dicebat diabolus ad semetipsum : Si non timerem Deum, rangerem omnia quæ habet Job; abstulit ab eo Deus timorem, et non prohibuit. Contextitur jam compositio libri. Dixit diabolus, et dixit Deus. Hoc est, voluit diabolus, et non prohibuit Deus. Cur autem non prohibuit? Quia non in-

videbat Deus athletæ coronam. Ergo cum Scriptura aliquid propter nos loquitur, non nostram infirmitatem Deo forti applicemus. Si enim in corpore et in carne totus conventus dæmonum legio in Evangelio dictus est²⁸, et non sustinuit Filii Dei præsentiam; nam et diabolus ipse in corpore, agente Filio Dei non fuit ausus accedere quandiu esuriret, et immitteret ei laqueum per ejusmodi : quemadmodum possumus pati et dicere quia diabolus Deo ex æqualitate locutus est? Cui et angelus Dei dicit : *Increpet tibi Deus*²⁹. Et quid dico angelus Dei? Vermes : qui nec vermis accepimus virtutem in nomine crucis, ut imperemus dæmonibus et diabolo, eosque fugamus. Si igitur nos increpamus, Deus ad colloctionem venit. Et certe si acceperunt potestatem homines Domini calcare viperas et scorpiones. et omnem virtutem adversarii³⁰; si homines acceperunt potestatem calcare, Deus ex æqualitate loquitur ei qui calcatur? Venit diabolo fortior; vincens eum ligavit. Leo autem ligatus, nec ut canis potest. Forte autem dices, quia si veniens vicit, vincens ligavit, et ligans dedit calcari, non quidem sit talis : tunc autem cum esset, sub Job erat : adhuc ille poterat fiduciam habere : nondum enim erat ligatus hominibus. Futas sit lupus potens adversum oves, si autem potens et adversum leonem? ut ita quodammodo comparisonibus utamur propter fortiorem. Non enim amplioem accepit virtutem a corpore Dominus Jesus, ut superaret diabolum. Sed cur ipsa et coluctatio facta est? Quia enim produxit agnum lupo : lupus autem videns agnum qui videbatur ex consuetudine accurrere, et extra consuetudinem detentus est. Si enim maxime et inimicus vocatur, adversarius diabolus : quia enim et inimici crucis dicuntur homines (8) : non quia inimicus nominatur, jam æqualis est. Non enim æqualiter habens virtutem dicitur adversarius, sed ideo quia non placet Deo ejus malignitas. Non sicut tenebræ videntur lumini ex æquali virtute adversariæ, quia tanta detinent spatia tenebræ, quanta et lumen. Si autem et hoc tale, non ita adversatur diabolus Deo, non ex æqualitate, sed quia Deus maligno non delectatur : et ex eo quod vertitur, et non vult et odit, si tamen ita debet dici, adversa voluntas est, non tamen virtus. Si enim neque ab hominibus est melior diabolus neque fortior, quæ horum probatio? Quid vult diabolus? Perditionem hominum : si correxit homo, fortior illo est. Si autem quotidie spoliatur et denudatur, et evacuatur qui hominibus nocere contendit, et non potest, sed nomine Dei et nuncupatione sola, et ab hominibus vincitur : qui ergo non suffert nuncupationem Dei, quomodo virtutem posset sufferre Dei? Et certe nec ipsum Adam provocans vicit, sed suadens et decipiens et fallens.

²⁶ Zach. III, 4. ²⁷ Job II, 1. ²⁸ Marc. V, 9; Luc. VIII, 30. ²⁹ Zachar. III, 2. ³⁰ Luc. X, 19.

(8) Ms. *Quia et inimici crucis dicuntur homines.*

Hoc autem infirmitatis est opus. Quantum ad diabolum spectat, nulla sit, inquit, virgo: vincitur autem a tantis. Quantum enim ad diabolum pertinet, ne quidem unus salvatur. At nuptiæ honestæ sunt, et diabolus a tantis est obrutus. Quantum enim ad diabolum pertinet, nullus sursum aspiciat unquam: dirumpitur autem tantos videns. Quantum ad diabolum, ne quidem vestigium pudicitiae vult esse in terra. Feriunt autem qui percutiunt cor errantis. Quantum ad diabolum, nec nomen justitiæ esse cupit. Qui autem dicunt peccavi, illius aures castigant. Non vult pœnitentiam esse, et efficitur pœnitentia. Movet persecutionem, et fiunt martyres. Quanta ejus capita incisa sunt? hoc est ipsius diaboli. Quæ enim inciduntur pro Christo capita, ipsius capita incidunt, quoties in flamma est missus ante gehennam in gehenna! Quicumque enim facti sunt holocaustum Christo, isti diabolum consumpserunt igni, et alii eum præfocaverunt in mari, alii autem dederunt ejus corpus meatibus fluviorum. Quanti eum torserunt? Etiam ii qui visi sunt superati. Si enim et vicit quorundam corpora, sed non prudentiam et intellectum. Malignus athleta est, et inconsideratus certator. Cum enim videtur ferire alium, semetipsum percussit. Quod habes negotium ad Job, o diabole? Ut quid victus es? peccasti, tace; victus es, quiesce. Sed secundo, inquit, oportet me vinci: non quia hæc voluit, sed quia hæc passus est. Quid intremiscis? Quid times? Job non est angelus, sed homo mortalis, cui colloctabatur diabolus invisibiliter, victus autem est visibiliter. Et ne lateat te illius paviditas. Certabatur enim non appareus: et non sicut in stadiis et colloctationibus nudi ad nudos certantur, sed latens mittebat, et non appareus feriebat, et percutiens victus est. Job enim ignoravit quis esset qui luctaretur ad eum, sed et putavit et dixit, quia a Deo habet plagas. Alius erat qui pugnabat, et alius qui putabatur emendare. Hoc furtum magis quam lucta est. Adam seducit: ab Job occultatur. Job enim admiratio est ista, quia putans a Deo sibi venire plagas, non conscius autem sibi peccatum, convertitur ad diabolum sagittas quæ ipsius erant. Job enim putans Deum esse qui feriret, et suspicatus est esse a Deo plagas: et putans Deum esse qui feriret, gratias egit in plagis. Magnitudo autem malignitatis diaboli conversa est ad magnitudinem coronarum Job. Si enim sciret quia adversum (9) invidum et inimicum haberet, forte contentiosius egisset et alacrius, aut et contemptibilis. Nunc autem malus canis et malitiosus lupus semetipsum occultat, et pastorem producit, et Job admirationem adauxit. Per ea enim quæ putavit maxime se instigare, per hæc instigatus et victus, et supra omnem spem superatus ostendit victorem. Quis enim et sufferre potuisset sciens suam vitam immaculatam? Sciens conscien-

⁹ Isa LII, 11.

(9) *Adversum. Pro adversarium.*

(10) *Prodit. Forte prodidit.*

tiam ad Dominum religiosam, ad conservos justitiam, videns quia oves quas orphanis occidebat, et tauros quorum carnes viduæ et orphani manducabant, et omnis possessio ejus erat dispensator ad eos qui habebant nihil, in uno momento tanquam a Deo ablata, nonne doluisset? Sed Job gratias egit, puta quia omnia subito abrepta sunt ejus, siquidem et filii. Si autem et filii, ut quid tali morte? Cur in ipsis mensis simul omnes decem oppressi sunt? Et hoc iterum putabatur Deus fecisse. Puta quia omnis facultas et possessio et filii. Quid autem quia et caro ipsius Job expugnatur? Et hæc omnia putata sunt esse a Deo, et per hæc universa Job gratias egit Deo. Non igitur te terreat diabolus: non sit domus vacua, neque illi parata, et non habet locum. Sit tibi comparatio Job ad victoriam: condisce per eum inimici infirmitatem. Sed dicis: non enim abducit et adducit loca, gentes, populos quantos et videmus? Adducit: sed et apporat eos qui volunt, fugit autem eos qui increpant. Cum enim dedit ei locum Judas, ingressus est in ejus corde, furatus est, prodiit (10). Petrus ei factus est petra: magis enim plagavit quam plagatus est. Sed dicis: non negavit Petrus? Quare? quando necdum erat crucis tropæum erectum. Nolite esse timidi, nolite indigni a proavis. Aurum quidem Dei est: dicamus, affers ignem, affers gladium, addentes, omnia possum propter eum qui misertus est mihi. Gladius Jesum non incidit, neque ignis eum consumit, sed incisus aliquando est per clavum. Quid est quod incisum est? Noli ignorare, quia nec in animam ingreditur clavus. Passiones enim corporales corporibus sunt conducibiles. Corpus a corpore patitur: incorporale non ardet, non inciditur. Talis natura non dividitur, non præfocatur. Si enim translatum fuerit corpus, non est ubi capiat. Sed nolo dicere quod sequitur, quia nec rationis est blasphemiam loqui in Ecclesia. Ea igitur quæ de diabolo non importune occurrerunt, ita quodammodo facta sunt manifesta. Nos autem confidamus in Christo, et confidentes increpemus ei, et increpantes memores simus ejus qui ait: *Exite ab eis et separamini, et immundum ne tetigeritis*¹¹. Quid enim eis et difficiles sumus? quid eis et irascimur? quæ enim pœna alia eis debetur? Si quis eis irasceretur, utique diceret: Spoliare, denudare, deturpare, infrigidare. Statue eum nudum in frigore, facito eum currere ante currum. Laboret ambulans, deturpetur denudatus, dicat turpia. Quid quæris punire eum qui semetipsum damnat? sufficit eis quia non sunt nobiscum: sufficit nobis quia non sumus cum ipsis. Habeant quod habent, quia et volumus. Sed fugiat et mens insanos, et sileat lingua; inde et convertatur ad purum et incorporalem Deum, ad sanctum, et istius chori Dominum. Non eum operiamus cor-

(11) *Non. An nos?*

pore, quia nec patitur : non eum vestiamus vestimento, quia nec indiget : non ei offeramus sacrificia, quia nec petit. Æstima quid dicis. Si dederis ei corpus, separasti ei locum ; composuisti simplicem naturam, placabilem fecisti implacabilem. In loco eum qui et a locis liber est constituisti. Si dixeris corpus, dabis oculos, dabis aures circa Deum, et linguam, et sensum, et ossa, et viscera, et nervos, et venas : et ignoras de quo loqueris. Fuge dementiam, ut comprehendas non quantus est natura, sed quantum tibi possibile est nosse. Si corpus est Deus : quis est qui supportat, qui subbajulat cœlum ? Antequam ergo cœlum fieret, ubi erat Deus ? Terra ei scabellum est : antequam crearetur terra, ubi erant pedes ? Sed quando dictum est hoc : *Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum*²² ? Cum Israel magnum quid saperet de templo, adveniens sibi templum. Corripuens enim humiles et admonens, quia Deus templo non circumdatur, tunc dicit : *Cœlum mihi sedes, terra autem scabellum pedum meorum*. Hoc ut parvis loquitur. Et quid addit interpretans ea quæ dixit : *Quam domum ædificabitis mihi, et quis locus requietionis meæ*²³ ? Ad hoc illud utile : ad naturam autem ne quidem illud. Audi enim illius magnificæ vocis admirationem : *In mundo erat, et, venit ad mundum*²⁴. Antequam enim putaretur adesse, aderat. Non est ubi non est : et quia ubique est, non circumdatur a loco. Si enim in loco erat, in alio loco non erat. Quia enim omnia implet loca, et omnibus separatus est, adest, non adest : non potes intelligere tu. Hoc enim est quod quaeritur : nihil Samaritanum, nihil Judaicum, nihil tale ut dicas : *Patres nostri in monte hoc adoraverunt*²⁵. Hoc enim Samaritanorum est : *Vos autem dicitis in Hierosolyma esse locum*²⁶. Non mihi montes, non templa, non civitatem, non regionem, non locum, nec terram, nec mare, nec aerem ; cum cœlo nihil Judaicum. Bona lex est : lac parvis utile est. Factus es perfectus, formatus es, excusa illud, quod aliquando tibi videbatur civitas Dei, templum Dei, templum Domini. Dicit enim Jeremias : *Templum Domini, si servaveritis, inquit, mandata Domini*²⁷. Decora vox primo testi. Salomon autem ædificavit sibi domum, ait : sed *Altissimus, inquit, non habitat in manufactis hominum*²⁸. Altissimus et non in civitate : Altissimus et non in templo. Et dicit per alium prophetam : *Sanctus sum, et non ingrediar civitatem*²⁹. Si autem in civitatem non ingreditur, in templo quomodo habitat ? ut dicatur cœlum sedes, ut non domus putetur et terra scabellum ? Qui autem novit eum qui se genuit, ipse scit et revelat quia nullus eum vidit. Et certe venit Pater, et habitat et inambulat. Et certè illa consequentia non consedit (12) ambulationem. Si enim totum cœlum sedes ejus, et tota

A terra ut scabellum tactum pedum mensuratum, quomodo potest transire scabellum pedum suorum ? quomodo ambulavit ? sed habitat Deus in animis, habitat et inambulat. Latior enim sinus est animæ, quam cœlum : sanctus in sanctis requiescit. *Induimini, inquit, Christum Jesum*, dicit Apostolus³⁰. Quanti enim induuntur ? quanti et vocati sunt, et vocantur, et vocabuntur ? et unusquisque totum, et omnes totum, et neque dividitur eis, neque inciditur, neque scinditur, et omnibus adest, et ab omnibus separatus est, et omnes replet : quia non est corpus Deus, neque corpus circa ipsum, neque vestimenta. Siquidem et cum in corpore Filius, nec tunc cadit in corpus : sed magis incorporalis natura efficientias fecit corpus sufferre, corpus enim supra fluctus non ambulat³¹ : ambulavit ergo Jesus per corpus. Non ergo deitas deducta est a corpore, sed corpus elevatum est a deitate : sput corpus, ejus enim natura est. Qui autem in corpore adesse dignatus est, simul cum sputo emisit virtutem non incidens a se, et lutum fiebat ex sputo : ex sputo autem et luto oculos qui naturæ deerant figuravit : ut ab initio intueris totum quidem corpus alleviatum, et vestimenta corporis efficientia : et ad vestimenta, ut videas quia divina virtus per omnes penetrat qui tetigerunt. Sicut enim ignis calefacit proxima sibi, et per calefacta his quæ adjunguntur calefactis calorem imperit : ita sanctificavit Dominus corpus quod accepit, et per corpus sputum, et per corpus vestimenta. Illa enim C mulier quæ summitatem simbriæ tetigit vestimentorum, fontem insanabilem sanguinis habens, haurit per simbriam sanitatis medelam³² : a deitate scilicet quæ aderat in corpore : sed vestimenta ejus præsentiam. Neque igitur ipse corpus necessarium habuit : sed quibus erat utile contingere et tunicam et corpus, et per spiritum videre incorporalem Deum, qui ministerio incorporalium dives erat. Ministerium autem audiens non necessitatem audire debes, sed beneficium eorum qui ministrant, non usum tamen ejus qui ministratur : multum enim nos (13) prosumus Deo, quia videmur pro Deo contendere. Nobis enim lucrum est, ut religiosi simus : nobis lucrum est si non perversas habuerimus de Deo mentes, ne et decidamus a Deo. Decidit autem omnis a Deo, qui aliena sapit. De quo si didiceris ita ut est, habes eum : si autem alium pro alio putaveris, eum qui est non habebis. Quia non agnovisti quem putas, non habes eum : quia non est talis qualem putas. Non de quolibet certamen est. Irridemus eos et quia ista parva delinquant qui ignorant artes : ubi ars est necessaria, eos qui non assequuntur ea quæ audiunt, frequenter dicentem (14) vides, dicimus, non audis, non intelligis. Igitur de his quæ hominum sunt, culpa est si non

²² Isa. LXVI, 1. ²³ ibid. ²⁴ Joan. I, 10. ²⁵ Joan. IV, 20. ²⁶ ibid. ²⁷ Jer. VII, 4. ²⁸ Act. VII, 48 ; XVII, 24. ²⁹ Ose. XI, 9. ³⁰ Rom. XIII, 14. ³¹ Joan. VI, 19. ³² Matth. IX, 20-22.

(12) *Consedit*. Forte *concedit*.

(13) *Nos*. Forte *non*.

(14) *Dicentem*. Forte *dicentes*.

habuerimus de invisibili Deo. Cum autem quis aut despexerit, aut audire noluerit, aut intelligere minus potuerit, quid putas erit? Noli errare a Deo. Laus Dei, agnitio est Dei. Secundum quod est nobis possibile recedere a consuetudine. Non hominem quaeris ut aperias ei oculos (15) et aures, et os et linguam, et manus, et pectus, et pedes, et ponas sub eo sedem, et subjicias scabellum, et supponas terram. Non est ex nobis Dominus, sed nos per ipsum sumus. Vis autem ediscere quia non est ex nobis? De Filio ejus cum dictum esset, *Emmanuel, nobiscum Deus*⁴³; non simpliciter nobiscum est dictum, sed cum in corpore venit Dominus, tunc nobiscum: cum Virgo in utero concepit, tunc nobiscum Deus. Ante istam autem dispensationem, etiam dum esset praesens, non erat nobiscum. Si enim corpus feceris Deum, et corpus plenitudinem caeli et terrae, aut quod superat supra haec; in ipso pones caelum, et terrae lapides, et omnia quae sunt. Si enim ut corpus coextensum est corporibus, primo quidem abstrahe omnia, ut locum habeat Deus. Si enim corpus est magnum: egestatem dico pauperum, non implet omnia: nullus alius habeat locum. Omnia enim praevenit Deus. Et sicut repletum vas fuerit, eo qui praecesserat replente, non est locus ut supermittatur aliquid aliud: ita si Deus corpus est, praecessit autem omnia, non habeat caelum locum ut faciat, neque terra locum; praecessit enim Deus. Si autem est caelum et terra, et mare, et aer, nullus locus est vacuus: neque ex natura eorum corporum quae insunt, neque ex praesentia Dei; quia per corpora penetrans adest, non corpus ipse est. Siquidem nec si anima nostra esset corpus, poterat esse in corpore. Sicut enim suscipiens aquam non manet quantum erat, sed additamentum auget magnitudinem mensurae: ita corpus corpori compositum. Et sicut aedificiis, et navibus, et choris, et populis, et civitatibus, et agris, et arboribus, aliud alio additum auget magnitudinem: si autem angustus fuerit locus, quae praecesserunt, quae autem subintroducuntur, non habebunt locum. Si igitur corpora adduntur corpori constituto Deo, angelisque Deus, putas non erat perfectus antequam adderetur caelum? Si autem ipse erat perfectus et praevenerat omnia, non habebant locum mare, terra et caelum. Si autem quidem ista sunt, Deus autem ea fecit, et gubernat, et regit; invisibilis est rector invisibilibus aquis superstans. Si enim ipse non regeret, nunquam passa fuisset terra mare, et neque mare terram, adversa et jurgans natura et erigens se, et extollens, et minans, indens et contendens (16); invisibili autem manu sua statutis sibi terminis non transgreditur. Ergo per visibilia invisibilis conspicitur, sicut scriptum est: *Invisibilia autem eius per creaturam mundi ex operibus*

*intellecta conspiciuntur*⁴⁴. Quil est, intellecta conspiciuntur? Deus, inquit, intellecta visibilis. Visibilis autem dicitur ita sicut scriptum est, Et vidi visionem Dei: intellecta, utpote suggerente oculis, quae vidit esse inscripta in operibus ejus. Quae enim inscripta sunt, nobis necessaria videntur. Cur autem illa audis quae visibiliter dicta sunt, natura autem vere et principaliter non admittis? Vidi Dominum, audisti: invisibilia ejus non audisti? Audisti quia ille nescio qui vidit Dominum, Deum nemo vidit unquam non audisti? Audisti quia ille novit, neque vidit, neque videre poterit: non audisti, sed audivit eum Filius suus magis? quantum ipse enim novit Patrem suum qui ait: *Neque vocem ejus unquam audistis, neque faciem ejus vidistis*⁴⁵. Si autem volueris ex tuis agnoscere Deum, et te et Deum ignorabis: sed sequere humilis, considera ubi sis. O quantum inter te et caelum interest! amplius autem derelinquitur caelum a Deo. Non spatiis dico: nihil enim desertum Deo est: in nullo autem retinetur Deus. Forte isti sermones aliam linguam necessariam habent, quia et de alia natura dicuntur. Cum igitur sermones moti fuerint in ecclesia, siquidem de humanis negotiis, unusquisque acutus et acer auditor, et ex quibus patitur, et ex quibus admittit respiciens ad dicentem, et comparans quae dicantur his quae agit, et quae proferuntur his quae patitur; statim prudens et scrupulosus auditor et agnovit et consensit. Cum autem transmutaverimus sermonem, et ab humanis recesserimus, et ad Deum mentem ostenderimus (17) nostram: istic multi quidem suscitantur, quidam gravantur a somno, alii delirare putant dicentem. Ut autem condiscas hoc vitium ita esse, audeat quis honestus ingressus theatrum dicere vera his qui mendose conflungunt, et assumere constantiam decoram; si autem et in illo decorum est ingredi loco; et incipiat dicere: Insanitis, o homines: non videtis oculis: surdae vobis sunt aures. Iste enim qui saltat, ludit vestram cultionem, deturpat ea quae colitis, mentitur iste, et vos consentitis. Putas patientur, ut impleat accusationem et convictionem, et non ipsius theatri accipientes lapides mittet aut volvet unusquisque, ut ei fuerit virtus, tanquam ad deceptorem et interficientem qui beneficium tribuebat? Si autem et personam comœdi, aut illorum qui illi plurimum clamore consuerunt, inducens quis fuerit ingressus in habitu quidem lupi, incipiat autem dicere: Est Deus, et iste non in templis, non in simulacris, non in picturis, non in manibus artificum: si dixerit vera apud eos qui meditantur menda (18), putas concedent implere veritatis sermones, non ante sermones obruent eum lapidibus dicentem? Nam etsi talia non sunt in ecclesiis, tamen cum supra sensibilitatem moverimus sermonem, multi nos

⁴³ Matth. 1, 23. ⁴⁴ Rom. 1, 20. ⁴⁵ Joan. v, 37.

(15) Ms. *Ut apponas ei oculos.*

(16) Ms. *Et minas indens et contendens.*

(17) *Ostenderimus Forte extenderimus.*

(18) *Menda. Forte mendacia.*

derelinquant : et corpore quidem erubescunt recedere, mente autem olim dereliquerunt : reputantes apud se, magis autem fraudantes et non admittentes. Est ergo aliquid quod non potest manus tenere : est aliquid quod non potest oculus videre : est aliquid quod non est sensibilitas. Non habes animam ? vidisti ista (19) ? putas ergo, quia animam non vidisti tuam, non est quod habes ? et certe de anima dubius esse non debes si est, sed de corpore. Corpori enim ut sit, præsentia facit animæ : num debes dubitare ? Si videt oculus tuus, si gustat lingua et loquitur, et si tangit manus ; cur dubitas, et non magis edoceris ? Ostendo tibi corpus mortui : oculus ei non deest, et non videt ; linguam habet, et sermonem non habet ; aures habet, et auditum non habet ; non gustus ei, non tactus. Intueris quia abscessit artifex invisibilis, et cessarunt visibilia operamenta ? Nunc corpus : nunc

A carnes (20) vivent ; sed anima, et cogitatus, e' sensus, Si autem et contenditis esse corpora et carnes Deo, non opponamus ei qui non suscipit, sed sit separatus ut est, sit purus, sit liber corporali affectu ab omni loco, ab omni regione, ab omni natura. Solus enim est in semetipso, solus apud semetipsum, solus reparatus ad se, et cum sit reparatus ad se, complet omnia, sed non corporaliter. Tuba opus est ; vox maxima necessaria est : magis autem nec vox, nec tuba, sed mens pura, ut videatur qui non videtur, ut audiatur qui non auditur, ut intelligatur qui non interpretatur, et dicatur qui non dicitur, ut agnoscat qui non comprehenditur, et sit isti tali Deo per eum qui talem nobis annuntiat et interpretatur Deum gloria, honor, imperium, majestas in Spiritu sancto et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI DE INCORPORALI, LIBER PRIMUS.

Multitudo quæstionum in his quæ lecta sunt hæc continetur. Et forte cum jejuni poteritis audire et quæ sunt quæ quæruntur, et quæ eorum interpretatio habeatur. Quæritur enim in his quæ lecta sunt, si Deus in montem descendit Sina, et si circumdatur Deus in monte aut loco. Quæritur etiam quæ erat tuba, quæ ore proferebatur Dei. Quæritur, cur appropinquantes ad montes (21) in quo erat Deus, interficiebantur, et prohibebatur populus appropinquare. Quid sibi vult columna nubis ubi est Deus ? quid etiam mons fumans ? Addatur autem his, cur si quis vidisset Deum moriebatur, et non magis vivebat. Has omnes quæstiones ambit locus qui lectus est. Orantes igitur ipsum Deum, qui solus potest sua edicere, ita ad solutiones istiusmodi veniemus. Deum quidem circumdat nihil ; circumdat autem Deus omnia, non corporaliter. Virtute enim incorporali adest omnibus, ubique præsens est, et ab omnibus separatus est. Non enim ut permisceatur adest, aut ut copuletur, aut ut jungatur ; sed liber et separatus adest. Adest autem non divisus, aut scissus, aut segregatus. Neque pars quidem ejus adest, pars autem abest ; neque hic quidem pars alia, alia autem pars alibi. Ista enim

C omnia corporum sunt vitia et passiones, et divisiones et partitiones. Illa autem natura libera est a corporibus, non solum ut non sit corpus, sed et ut non habeat corpus. Nec enim ut anima incorporalis quidem est, circa corpus autem quodammodo est, aut corpus circa ipsam, aut quomodo quis voluerit dicere : neque hoc accipiendum de Deo est, quia neque corpus est Deus, neque corpus circa ipsum, neque in corpore est ipse. Et quis corporibus innutritus forte suspicabitur, nihil esse eum, qui non tenetur, nec videtur, nec arctatur, nec tangitur. Sed conversus edoceatur naturam negotii, quia quæ videntur, et tactibus incurrun, et cogitabilibus amplectuntur, vere nunquam sunt. Si autem et transfertur et transmatur, et scinditur, et dividitur, et putrescit, et nunquam ipsum (22) accipit statum. Quibus enim proprietas est, minoratio ista videtur : quid enim proprium est corporibus nisi (23) veterascant ? Si enim esset corporum natura perfecta, non indigeret istam additamenti mensuram. Ita enim corpora infirma sunt, et illa maxime quæ videntur fortissima esse, quia adjuvare se non possunt. Si enim pulsus fuerit lapis, et semel acceperit initium ut cadat, et cœperit comminui, non potes-

(19) *Ista. Forte istam.*

(20) *Nunc corpus, nunc carnes. Forte, non corpus, non carnes.*

(21) *Montes. Pro montem.*

(22) *Ipsam. Αυτόν, eundem.*

(23) *Nisi. Forte, nisi ut.*

revocare suam ruinam; et si scissus fuerit non conjungitur, et divisus distat a semetipso. Ita et de montibus efficiuntur incisiones et ruinae; et quante majora sunt quae scinduntur, tanto magnae sunt et ruinae. Et non in crassitudine virtus est. Si autem oportet et ipsorum corporum scrutari naturas, secundum propositam quaestionem consequenter videbimus, quia et ipsorum corporum subtilitas quae putantur esse infirma, fortiora quodammodo apparent: ut puta quod dico, terra aquis est crassior, aquae a terra minus crassae habentur. Sed cum terra incurrerit aquam, dissolvitur: cum autem aqua apprehenderit terram, penetrat eam. Et quod patitur terra ab aqua, hoc patitur aqua ab aere. Quid enim improvectiones (24) istae ostendunt? hoc unum maxime, quia ad incorporalitem et ad levius corpus, majorem imponunt virtutem subtilioribus. Aer enim per aquas penetrat; penetrat autem ita ut vim faciat aquas emitti per se ad superiores partes, quod ejus non est naturae. Et si quis voluerit hoc nosse, quia non detinentur superna ab his quae deorsum sunt, si quis repleverit aere utrem, eumque demerserit in aquam; et certe cum sit pellium natura crassior et gravior magis quam aer habetur, aer quaerens suum officium et regionem, neque cum gravissimis utribus detinetur, sed scindens aquas sursum educitur cum gravibus per aera. Ictam igitur passionem quam aquae ab aere patiuntur, et aer ab igne sustinet, et testis (25) sermonis flammae sunt et lucernae. Ideo enim attenuatur flammae summitas, quia incidit istum ambientem aera. Et videtur quidem ignis a videntibus, agnoscitur autem ab his qui possunt ejus naturam videre, quia ad suam festinat regionem, ad superiora scilicet. Isto igitur subtilissimus ignis cum sit unus e corporibus, proximus est incorporalibus. Intuere enim quantas habeat proprietates adversum caetera corpora. In certis enim corporibus condiscamus imperium esse subtilium ne crassus effectus cadat sicut et corpora crassa: sed mentem ad letitiam: e corporibus quidem sis liber, ad incorporea autem festines. Ignis igitur primo quidem dicam idem gloriae est supra omnia corpora, et illuminat alia: se autem non facile ad alia tenebrat. Penetrat enim per omnes, et dissolvit omnia corpora. Quanquam enim petra ita est dura, aut quae potest confabulata (26) flammam non ostendere fortio-rem esse flammam virtutem a sui natura: emollitur enim et ferrum per ignem, probatur et aurem, colatur argentum, coarctatur plumbum, et omnia quae putantur fortiora esse corpora, igni cedunt propter subtilem ignis naturam. Denique si projeceris lapidem in flamma, transit quidem, sed non per flammam. Fu-

git enim flamma eum. Si autem ignis confabulatus fuerit lapidi, per totum lapidem penetrat. Ita et si stramentum immissum fuerit in igne, aut ferrum, aut ipsum aurum, immutantur colores omnium, et ad ignis transferuntur colorem et magistrum (27): quodque eorum ignis, aut hoc qua dicitur et calore et fulgore et omnibus proprietatibus ignis. Quia autem ignis ad aurum non cadit, aurum autem calefacit; manifesta est eminentia. Et quia ignis non dissolvitur a petris, dissolvit autem petras; aperta est virtus. Et quia ignis non detinetur ab aere, scindit autem et sursum currit; apertum imperium est. Et quia urget sursum fieri, et positione est et virtute et colore fortior. Sed forte quidam iurgium aquarum adversum ignem videt, quia ab aquis existiguitur ignis: quod quidem recessio magis ignis est quam corruptela. Sicut enim a tenebris non consumitur, sed cohabitare iisdem non patitur. Immutemus autem, et videamus cum aqua in vas fuerit immissa, et obtatum vas fuerit igni, quis a quo istic consumitur, quid autem veluti poenas sustinet, et sonat et bullit. Ignis enim nunquam a frigida aqua factus est frigidus: aqua autem frequenter et semper, ut ita dicam, ab igne efficitur calida. Ergo et istic, quia aqua assumit calorem, ignis autem frigidorem non admittit: consumitur autem aqua amplius calefacta, ab igne, et fervens utpote et emissa et ebulliens, fugit partes vasorum ad quas propinquaverit ignis, et urgetur effugere a vasis et effundi. Non enim potest ignis sufferre cruciatus. Ergo in istis omnibus subtiliora corpora fortiora sunt caeteris: secunda autem ea esse virtute, quae minus habentur in subtilitate, et secundum competentiam uniuscujusque usque ad quartum. Ut autem et ista addantur, flamma iacisa non inciditur. Sed et si volueris assumens ferrum, aut aliud aliquid quod videtur incidere, et ad alteram perduxeris partem per flammam, manet tota, et incisionem non suscipit. Si autem non intellexistis quod dictum est, transeamus ad radios solis: istos si voluerit quis incidere gladio, in inferiori parte non inveniuntur: sursum enim remanent non incisi. Ita et flamma, ubi ejus fuerit radix, illic tota colligitur. Non est enim videre partem flammam superius gladio incisam remanere, partem autem inferius, sed tota ad semetipsam conjungitur. Lignum autem et terram, et saxa incidentes dividimus a semetipsis, et disjungimus partem a parte: forte autem incidimus et aera, sed ejecto eo quod incidit, statim ob subtilitatem sui semetipsum conjungit. Gladio enim, aut ligno, aut lapide, per quae incisio efficitur (per multa enim admittit ratio fieri incisionem) sublato, aer propter subtilitatem sui

(24) *Improvectiones.* Forte in voce hac perperam additum *im*, ex vocabulo praecedenti geminatum.

(25) *Testis.* Forte, *testes.*

(26) *Aut quae potest.* Forte per interrogationem, *Aut quae potest confabulata* (ὁμολογησάσα συντάτα) *flamma*, etc.? Sic post pauca, *si ignis confabulatus fuerit*

lapidi, et infra de incorpor. lib. II sub fin. si confabulatus terrae fuisset (ignis).

(27) *Et magistrum.* Forte sic legendum, *et magistrum quoque eorum ignis* etc. καὶ δέσποζον (dominans) τὸ πῦρ

conjungit partes incisas. Si autem hoc propter A
 visibilitatem minus agnoscitur, in aquis agnoscitur
 quod dicitur. Cum incisa fuerit æqua, aut scissa
 per lignum, aut per aliud aliquod operimentum
 (28), post autem si abstuleris id quod incidit, ur-
 getur aqua ad conjunctionem sui: est enim aqua
 a terra subtilior. Terra enim ita sibi ut aqua ad-
 juvare non potest: ut ex hoc appareat, quia quæ
 dicuntur fortiora corpora, ista multo magis sunt
 infirmiora, et non in magnitudine est potentia.
 Quid enim tantum habet mons, quantum habet mar-
 garita ad pulchritudinem? magnitudo enim calca-
 tur, in brevi autem pulchritudo requiritur. Sed
 transeamus a primis quæ dicuntur corporibus, terræ
 dico et ignis et aquæ et aeris, ad ea quæ ex his
 sunt composita et videntur omnia ex his habere, B
 calorem dico et humorem et crassitudinem et subti-
 litatem et alia; et videamus si est in his stabilitas,
 si est mansio. Et ne quis putet materiam intro-
 duci sermone, aut quomodo introducuntur elementa,
 quibus et inducuntur. Sed illud dico, quia in corpo-
 ribus quæ moventur: motionem autem dico istam,
 quæ naturalis est eorum qui habent ut crescant,
 qui habent ut minuantur; eorum qui fructum affe-
 runt, eorum qui moventur a locis ad loca, anima-
 lium utpote et arborum et hominum. Varificatum
 enim est corpus et compositum. Compositum enim
 est et Salvator (29) per incorporales virtutes. Ne-
 que enim arbores sibi ipse statuunt tempus ut
 flogant, non magnitudinem foliorum, non tempus
 frugum, non compositionem eorum quæ figurantur,
 non ea quæ intus sunt ad custodiendum, non quæ
 foras sunt ad tutelam. Non enim in arborum est
 potestate, de his quæ sunt in arboribus. Si enim et
 in nobis rationabilibus non est potestas mensura-
 rum, non ætatum, non membrorum, neque quando
 debeat procreare, aut nasci, aut crescere, neque
 usque ad capillos: non solum ut quando floreat,
 et quando debeant, qui necdum venerunt ad flo-
 rem; sed neque de eo ut transferat colorem, et a
 nigro veniat ad album, est in nostra potestate, qui
 cogitatum possidemus et sensum: si igitur et quæ-
 cunque in nobis sunt naturalia, non sunt nostræ
 potestatis, quanto magis in irrationabilibus anima-
 libus, non sunt in ipsorum potestate quæ sua sunt? D
 Magis autem hoc in arboribus non est et plantis.
 Et tamen in his quæ sine anima sunt, hoc est in
 arboribus istis et plantis, mensuræ, magnitudines
 partibus, et ipsi omnia arbori et plantæ, et foliis
 ejus et fructibus, et compositionibus habentur.
 Quarumdam enim fructus sparsi sunt, alius in alio

ramo potitus (30). Quibusdam autem compositio est
 in butronibus (31) conjungi, et immutatio colorum
 in iisdem est, et ipsius (32) generis, et ipsius spe-
 ciei: quorundam quidem manducantur ea quæ a
 foris habentur, quorundam autem ab intus sunt
 quæ comeduntur. Et multa est varietas annuntians
 per omnia sapientis sapientiam, et ipsius operis di-
 sciplinam. Tamen in istis corporibus quia officia
 quædam et ordines conspiciuntur, et mensuræ, et
 tempora, et agnitiones, ut emolliantur cum incipiunt
 fructum afferre; projiciunt enim etiam si floruerit
 ad fructum, et educantur, et sensim accedunt, et
 ad tempus occurrunt; nunquam autem essent ista
 quæ sunt, nisi ea incorporalis quædam virtus figu-
 raret: ita et in animalibus leges præceptæ sunt,
 ut ab equis equi, et ab unoquoque genere genus
 proprium, similia a similibus; et mensurata est
 concupiscentia animalibus. Non enim in omni tem-
 pore animalibus est communicatio, sed tempus sta-
 tutum est et agnoscitur. Et masculi tunc moventur,
 et feminae tunc patiuntur, et transit tempus,
 et emortua est in irrationabilibus concupiscentia.
 Et ubi tanta varietas est, nonne confessibile (33) est
 ignorari ab irrationabilibus quæ sunt? Tamen
 agnoscunt quomodo reguntur et adducuntur, et ubi
 oportet seminari, et ubi conveniat commendari: et
 ignorantes quod futurum est, nihilominus tamen
 legibus suadentur. In matricibus autem nec ratio-
 nables mulieres norunt quid efficiatur. Tamen et
 irrationabilibus figurantur, et nullus emovet ut non
 moveantur extra mensuram, neque ut illud mandu-
 cet, et ab illo se absteat. Nonnunquam enim et
 minantur plurimum, et currunt quæ conceperunt,
 et custodit ea quæ custodit. Apud nos enim quia
 adjuvat ars naturæ, immutatum est a natura adju-
 mentum. Ubi autem nihil coëfficit ars naturæ, totum
 adjumentum custoditur. Multa enim sunt quæ vi-
 dentur in aliis animalibus, quæ nos non habemus.
 Nobis enim neque tales cutes, neque tanti capilli
 sunt, quanti et illis. Ars enim vestiens ea, complet
 quod videtur deesse naturæ. Non operimenta sunt
 iisdem; sufficiunt enim pili. Non operitoria; ami-
 cta est enim pars quæ his indigebat. Sufficiunt
 quippe illis capilli et pro domibus et tectis, et tuni-
 cis et palliis et operimentis; et unicuique animali
 pro sui natura et operitoria data sunt. His enim
 qui minus poterant sustinere frigidorem, spissiores
 pili et longiores indulti sunt, aliis lanæ: et unicui-
 que separata est esca et immissa, et circa illam
 escam illa alacritas. Quæ enim excusat (34) cervus,
 hæc persequitur leo: et varia proposita est magni

(28) *Operimentum*. Lege *operamentum*, quæ vox interpreti nostro familiaris pro eo quod est *instru-
 mentum*. Sic supra col. 1099 A: *Provenit autem
 istum portare medicinalia operamenta*; et col. 1127 B:
Cessarunt visibilia operamenta: id ipsum passim repe-
 rias.

(29) *Salvator*. Forte, *salvatur*.

(30) *Potitus*. Forte, *positus*.

(31) *Butronibus*. Deducta vox ea videtur a Græca

βότρίς racemus. Certe sententia hujus loci videtur
 eadem esse quæ illius apud Plinium, lib. xv, cap. 28:
*Dependent alia pediculis, ut pira; alia racemis, ut
 uvæ, palmæ.*

(32) *Ipsius*. Αὐτοῦ, *ejusdem*.

(33) *Confessibile*. Confessum, compertum. Ut su-
 pra not. 47, *inimici confessiles*, aperti, professi.

(34) *Excusat*. Id est respicit sicut notavimus col.
 1101, not. 68.

Dei mensa, plena quidem omnibus, conveniens autem unicuique naturæ. Et est admiratio. Numeri enim mensium matricibus et irrationabilibus positi sunt. Et quis non stupeat, quia in tempore isto concurrunt, cujus exitus fructum apportat, cum asperitas hiberni transierit? ut non tenera adhuc constituta quæ nata sunt in domo non confota, asperitatem autem hiemis incurrentia perirent, et deliceret genus, si ita frigore gelidæ hiemis interficeretur. Sed leges statuta, et fines sunt positi, quando seminare deberent, et quando fructum afferre. Et neque illis opus est obstetrice, neque arte istiusmodi, neque ut cadat et jaceat: sed statim ut enixa fuerit stat, statim ut natum fuerit pecus exurgit, et agnoscit irrationabile animal quod ejecit e matrice, et quod non viderat ut sciens mater agnoscit, et progenies ad matrem convertitur quam nesciebat. Et cum adsint (35) ipsius generis alii, non erat irrationabilis ad modicum, et statim agnoscit matrem. Agnoscit autem et sui generis: non ignorat etiam et quæ sibi adversa sunt. Accipiamus enim gratia comparationis unum et his, et videamus. Cervi capreolus statim ut natus fuerit currit ad matrem, et quærit non unde processerit, sed unde pascatur. Illa autem quæ antea non dederat mamillam, agnoscit ejus qui natus est alacritatem, et aptat nato mensuram volenti contingere ut pertingat, matri autem quæ præbet ut suscipiat et pascat. Cur autem non abiit ad aliam similem? Cur ipsius naturæ alia non suscepit? Cur non ad os patris perrexit? cur non offendit ad latus, sed mamillam quærit? quo edocente? quo suggerente? Unde autem et agnoscit quid habeat mamilla? unde novit quid operetur foras mamillarum? quis ei dixit, quia fontes mamillæ sunt? Nam et cum ceciderit in terra, statim stat, et neque cornua pertimescit cervorum talia et ita terribilia, neque perturbat eum immutatio gregis. Si autem apparuerit catulus canis, statim ab eo qui natus est agnoscitur, quia impugnator est ejus. Et si simulans homo imitatus fuerit vocem canis, statim et antequam videat, imitationem audiens, vocem fugit. Quis ergo in irrationabilibus sapiens? et certe nos qui videmur et sumus rationabiles, statim nati nihil horum habemus, quod est admiratione dignum: cur infans matrem ignorat, et patrem non agnoscit? Neque a se perguit (36) ad mamillam, neque aliquid istiusmodi facit. Quia enim est sensus in matre, et tutela in patre, et ars in obstetrice: ut appareat providentiæ dispensatio, ubi ista desunt, natura complet: ubi autem ista abundant, natura cedit. Non enim statim surgit infans: habet enim manus quæ portant: necessarios capillos non habuit: pili enim ovium necessaria complent. Quærito autem et ipsam positionem fontis escarum qualis apud nos, et qualis apud irrationabiles habeatur. Quia enim erectus noster est status, quia in inani os portamus, superius constituit et

A mamillas, quadrupedibus autem in aliis infixit locis. Quid autem dicis quia unumquodque animal, statim ut natum fuerit, quantum est tantum est, magnitudine dico, sed quod nihil amplius assumit ad mentem. Habet enim sensibilitates suas, habet capillos; et quia nihil apud eos pretiosum est, ideo totum statim in eis effusum est: sicut et infructuosis arboribus statim concurrat et effunditur magnitudo. In fructiferis autem sensim proficit augmentum. Ita et rationabilibus non statim efficitur ut crescant, non statim status, non statim esca. Siquidem nec margaritæ in facie reperiuntur terræ: sed post tantas difficultates quod pretiosum est invenitur. Tamen quod properat sermo ad semetipsam dicimus quia neque irrationabilibus. Si enim nossent, forte quidam ausus fuisset, et diceret ipsorum esse opus. Quia autem ignorant quidem, efficitur vero; tamen quia sunt corpora, et figurantur in matricibus, et crescunt post matricem; quærentes invenimus quia præsentia corporalis animæ ex matricibus exeunt, et post egressum pascuntur, et crescunt et moventur. Si autem quis dubitet, consideret corpus unde recessit anima, et sciet cujus præsentia sunt opera ista. Ergo et corporibus ut sint et crescant, et maneat et non dissolvantur, præsentia animæ præbet, impertiens quæ non habet corpus. Cum enim non pascatur pascit; cum non crescat, corpori præbet ut crescat: cum colorem non habeat, præbet colorem: cum non transeat a loco ad locum, ex loco ad locum transmutat. Et hoc ipsum quod videtur esse corpus, per animam est quod est. Recedente autem anima, statim vincitur corpus, statim dissolvitur, statim defluit, spargitur, obputrescit, emoritur, infrigidatur, immutat colorem. Non ejus oculus videt, et non movetur manus, non pes, auris non audit, lingua non gustat: et si immiseris escam vim faciens, non efficiunt operamenta quæ intus sunt: recedente enim artifice stant. Et capilli etiam non adducuntur, et moriuntur, et ungues jam non crescentes, et omnia otiosa sunt: sicut fabri aut alterius artificis, si recesserit artifex, operamenta jacent quidem, indigent autem habentem animam. Statim enim est videre scæda corpora morientium animalium putrida, neque ut contingantur apta: nec enim ei ad escam sunt conducibilia: ita anima recedente non sint utilia ad ea quæ suæ naturæ sunt. Mirari enim est et illa, quorum anima languore aut dissolutione istiusmodi recedit. Si autem et recedere oportet dici animam irrationabilium, horum mortificatio immutata est a statu illorum quæ occiduntur. Quæ occiduntur enim alia sunt et calore, alia sapore, alia et odore, alia manducatione. Illa autem quæ moriuntur et non occiduntur, et in ipsa morte habent immutationem sui. In tantum enim demonstratur quantum potest præsentia animæ, quia et vox subito recedit, et tanquam vestigium quæ in iisdem est vitæ relinquit. Quid autem dicas

(35) *Ipsius. ἑαυτοῦ, ejusdem.*(36) *A se. ἑαυτοῦ.*

de nostra anima? sed non est rationis ita nos injuriam facere pretiosæ animæ. Si enim voluerimus in isto brevi spatio horæ movere de ea sermonem, et transitorie ejus memoriam facere, inimici magis videbimur nostræ animæ quam amici. Sed sit sermone quidem mensura, animæ autem rationabili decens honor. Ei autem qui creavit corpora et animas, et rationabiles et irrationabiles, ab omnibus simul, et qui non loquuntur, per unum, per quem et omnia constituit, sit gloria, honor, imperium, majestas, cum Spiritu sancto, et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen

EUSEBII PAMPHILI DE INCORPORALI ANIMA,

LIBER SECUNDUS.

Reliquiæ, quæ de incorporali refectione hesternis nobis resederant die, hodie secundum consequentiam sermonis *iter perfruamur* (37). Solitum enim et his est, qui corpora pascunt sua, cum non sufficerent ad sumendum plurimis ad refectionem appositis: manducantque diem quantum possunt (38), recondunt autem sibi superflua in alterum refectionis diem. Forte autem non eadem inago convenit nobis. Non enim ea quæ resederant proposita nunc sunt, sed sint ea quidem quæ præcesserunt non esca, sed gustus: nunc autem, ut ita dicam, ipsa relectio. Motus enim nobis est sermo de monte Sina, in quo dicebatur fumus fuisse et ignis et procella et tubæ et voces a Deo⁴⁴: quæ omnia magis quæstiones movebant. Videntur enim ista non consentire incorporali naturæ. Quia igitur domestica efficitur satisfactio, cum a communibus et apertis fuerit mota, ideo in commune de incorporalibus movimus quæstionem. Accipientes enim corporum naturas discrevimus, et ostendimus quia non ut putatur crassiora fortiora sunt, sed secundum competentiam uniuscujusque corporis, quantum unumquodque subtilius est, tantum et fortius. Istinc promoventes venimus ad naturam, a natura ad irrationabilem animam. In quo loco comprehendit nos vespera, et collocavimus mansionem. Quia ergo successit jam lumen, exurgentes teneamus consequentiam eorum quæ rursus ambulantes transivimus. Secundum consequentiam igitur et ordinem initium sit sermone, quæ hodie de nostræ animæ dignitate diceamus. Sicut enim a corporibus ad naturam, a natura autem ad irrationabilem animalium venimus animam, ita promoventes et transcendentes, ab irrationabilium anima ad rationabilem pervenimus, ut exerciti in corporibus primum, ita veniamus ad incorporalem animam: et ab anima ad incorporalia. Et ita non subito ad puritatem Dei accedentes, ex fulgoribus qui inde sunt obtinebremur. Decet enim taliter, ut anima prius semetipsam

D agnoscat. Incongruum est enim, ut de aliis quidem curiosius requirat, semetipsam autem negligat, cui proprium corpus est. Quia enim posita est velut in mediis gradibus, aliis quidem præcellens, ab aliis autem deficiens, forte agnoscens semetipsam, despiciet quidem minima, protendetur autem ad ea quæ supra se sunt. Accipiamus igitur ipsius animæ dignitatem, et efficientes ejus, ex quibus cogitat et agit, operatur et donat corpori, et ex quibus ei adversatur utilissime, et ex quibus de Deo cogitat et sapit. Accipiamus autem et testimonia ex his quæ videntur, et a Scripturis. Et primo, quia quidam putant animam nostram non solum cum corpore esse, sed aut corporalem, aut corpus: multis autem sanguis putatur et nostra anima esse; dicimus de his primum; et quia ex Scriptura circumveniunt animam tanquam sanguis habeatur, ex ipsa Scriptura ejus separemus dignitatem. Irrationabilium enim animalium animæ uno præcepto cum corporibus figuratæ sunt. *Dixit, inquit, Deus, producat terra animalia quadripedalia*⁴⁵, et quæ sequuntur. Uno sermone genera animalium universa et corpora et animas fecit, et non discrevit. Et iterum, *Producat aqua*. Etiam si hoc primum positum est ait: *Producat aqua natantia quæ in aquis sunt, et volatilia cæli quæ in aere*⁴⁶. Propinquior enim genere aqua aeri est. Repletur enim aer aquis per nubes. Colata autem aqua transmittitur ad aerem et nubes adunat, et velut immutatio quedam est aquæ ad aerem et iterum restitutio. Unde et quæ facta sunt ex aqua veluti ex crassiori natura, quedam quidem remanserunt in aquis, alia velut ad congenere aerem transmissa sunt. Sed non de his nunc sermo est nobis. Sed quia aliorum quidem animalium animæ universæ uno præcepto cum corporibus factæ sunt: homo autem neque cum aliis animalibus, neque ante alia factus videtur: et cum aliis quidem non est factus propter pretiositatem; ante alia autem non est creatus propter tutelam Dei. Quia enim

⁴⁴ Exod. xix, 16. ⁴⁵ Gen. i, 24. ⁴⁶ Ibid. 20.

(37) *Iter perfruamur*. Forte *iter* vox fuit compendio scripta in ms. pro *iterum*.

(38) Ms. *manducant quidem quantum possunt*.

incipiebant ei subijci omnia quæ facta a Deo sunt; A go autem necdum vivens, et jacebat quod factum est ut operamentum: requirebat autem artificem, non intellectu aut effectu, sed necessitate posebat. Scriptum enim est, quia post hoc: *Inspiravit in eum Dominus spiramentum vitæ; et factus est homo in animam viventem* ⁴⁹. Et iterum, *In spiritum vivificantem* ⁵⁰. Ergo ab initio separatim quidem corpus, separatim autem anima facta est. Et corpus quidem sine anima non vivit: cum autem ingressa fuerit anima, tunc efficitur homo in animam viventem. Et quis comparabit opportune corpus quidem nubi, animam autem immissis a sole splendoribus? immutat enim nubis colorem, immutat ejus effigiem, sed non vivificat. Quære ergo quomodo accepit Deus limum terræ, et quomodo inspiravit Deus. Accipit enim sine manibus, et inspirat sine ore. Cur ergo accepit? ut appareret quia non ab alia creatura est homo, sed a conspersione fermentum. Cur autem et inspiravit? Pro eo ut dicat, quia immisit. Si enim corporaliter acceperimus quod inspiravit Deus, ut a Deo pars efficeretur Dei inspiratione ista, et dividimus indivisum. Et quemadmodum possibile erat peccare eos, qui a Deo ut pars ejus erant separati? Ita ergo ex creatura quidem ipsa statim separatim est nostrum corpus ab anima nostra. Anima autem omnium animalium quæ ab hominibus manducantur, dictus est sanguis, non tamen hominis. Sed cum diceret homini Deus, ut prius effunderet sanguinem, et ita manducaret; de animalibus iste ejus erat sermo. Ab initio ergo creaturæ, ita melior est nostra anima a corpore, et separata est. Ut autem veniamus ad ejus dignitatem, scrutantes scrutemur quia corpora non germinant, sed arbores et plantæ acceperunt germen, et augmentum, et escam, quam non habebant saxa quæ vere sunt saxa. Germinare enim et crescere, et in bribus nutriri non habent, sed hæc acceperunt plantæ et arbores. Et ne quis producat contradictionem, si aliqui lapides crescunt in mari, sive nigri, sive rubri: illi enim plantis magis similes sunt quam lapidibus: incisi enim cum fuerint, tunc lapides efficiuntur: in quantum autem stant naturæ legibus, et radices emittunt, et pullulationem operantur, et incrementum accipiunt, et ramis annuntiant adunitatem. Ergo plantis et arboribus ista adduntur, quia habent ut germinent, ut procedant, ut crescant, ut pascantur. Animalibus autem id inest quod inest, hoc est ut nascentur, et crescant, et pascantur. Juncta autem iisdem est et proprietatis additamentum sensibilitas. Est autem hoc in lapidibus ut sint, sed non inest eis ut crescant, et additamenta sumant, quod est in animalibus omnibus. Esse autem inest saxis et terræ: germinare autem et crescere, et augeri, quod erat arborum, non est in eis. Additamentum autem eorum separatim est sensibilitas, utpote quæ in animalibus habetur. In

⁴⁹ Gen. 11, 7. ⁵⁰ Gen. 1, 1. ⁵¹ Gen. 11, 7. ⁵² ibid. ⁵³ ibid.

(39) Forte, *Varifcatum*. ut supra col. 1131 B.

(40) *Et jam. An etiam?*

nobis autem omnia quæ prædicta sunt habentur. Additum autem nobis est quod nostrum est proprium, et quod nobis provenit, ut deorsum quidem habeamus omnia quæ habent ea quæ sub nos sunt; extrinsecus autem nostrum quod est proprium, sit in nobis cogitatus et sensus. Iterum ea quæ post nos sunt, statim irrationabilia animalia cogitata a nobis relinquuntur et sensu. Habent autem omnia, quæcunque habent, minora. Illis enim et quod summi est inest, sensibilitas scilicet. Iterum arbores et plantæ relinquuntur quidem a cogitatu nostro, relinquuntur autem et a sensibilitate animalium. Habent autem sua proprietatem adversum saxa et terram, germinationem scilicet et augmentum, et crescibilitatem et escam. Fex autem, et quæ putantur fortissima, petrae, inquam, et terræ, hoc ipsum sunt corpus; non producantur, non crescunt: si enim et crescunt, ita crescunt ut nec sciatur quia crescunt. His ita a deorsum usque sursum, et a sursum usque deorsum separatis, agnoscamus quia nos quidem summi in commune, sicut et terra et lapides: coextendimur autem et plantis et arboribus. Habemus enim ut et nascamur et crescamus et pascamur. Transcendimus autem et irrationabilia animalia cum sensibilitate. Transilimus etiam et ab his: habentes quod est præcipuum, rationalis quippe vitæ cogitatum. Nihil autem præscribitur a communibus, ut puta, si quis voluerit hominem aliquem separare ab altero, non debet dicere: Ille qui duos oculos habet aut duas aures; neque illa quæ in commune sunt et aliis, sed illius hominis quod est præcipuum ad agnitionem. Esse enim non nobis solis est, et germinare non in nobis est tantum, et manducare non hominum solummodo, et crescere non nostrum est tantum, et sensibilitatibus uti non nostrum est solum; sed quando nos et ubi, in sermone, in cogitatu, in rationabili vita, hoc homo est, hæc imago, hoc est secundum imaginem, hoc est pretiosum, hoc imperiale, hoc est quod tenet per animam. Per hæc agnoscitur et pudicitia honestas. Et certe caro contrarias suggerit motiones: utpote irrationabilium ad communicationes: sed animæ cogitatus gubernans motiones concupiscentiarum, et asperitatem libidinum regens, ostendit quia anima a corpore separata est. Si enim corpus turbatur, movetur, fluctuatur a concupiscentiis, anima autem gubernat: corpus exsultat escis, anima autem cogitatu refrenat corpus: corpus expetit escam; evacuatur enim, et vult iterum adimpleri: anima autem sub spe religiositatis retinet desiderium: corpus sitit; anima mensurat quod ei est utile: corpus movet fluctus, anima autem tranquillitatem adducit. Corpus sola quæ sunt quærit, et non quæ sua sunt tantum, sed et supra ea quæ sua sunt. Si enim non adesset anima mensurans, posset aviditate escarum corpus corrumpi, et a potatione crepare su-

perflua; sed tantum anima corpore fortior est, quia et corpori mensuras ad salutem ponit. Et primo quidem ostendit quæ debeat sumere, et a quibus se abstinere, et ea quæ licita sunt manducare, quando, et quantum, et quibus horis, et quid debeat ante escam operari, et quemadmodum moveri desiderium escarum, et quemadmodum servare escam ingressam, et quomodo reficere operamenta: ut non ex abundantia motione confusio fiat ejus qui pascit. Et potuisset utique corpus corrumpi nisi adesset anima, permittens quantum deberet, et continens quantum oporteret, et mensurans et permiscens, et ætatibus semetipsam extendens, et iterum colligeus non magnitudine dico, sed mensuris. Quoties enim irascitur corpus quia derelicta est esca quam libenter sumebat, et iterum volebat, et non permisit animæ cogitatus? Quoties accensa est concupiscentia, et voluit esse sua aliena, et accensa est, et arsit flamma? sed sensus rorans exstinxit motionem, et marcidam flammam effectit, et ostendit homini ratione quia homo est, et non irrationabile pecus. Non sumus inter greges ad communicationes, sed nuptiæ apud nos, et in domibus, et successiones et cognationes habentur. Compatimur enim alteri, et congaudemus. Cogitatus enim conjungit, et separatæ nuptiæ apud nos sunt. Separavit enim hoc ratio sensus: et quod est admirabile, quæ non est visa ei qui non est visus, aut alibi nutrita ei qui alibi est educatus, subito tradita conjuncta est ratione et sensu et cogitatu, et præhonoratus est qui accepit et patri dilecto, et matri amicæ, et omni cognationi. Non enim mihi nunc inducatur eorum qui adulterant nummum (41): quia nec a cæcis agnoscitur oculi virtus, neque a claudis ambulatio recta, neque ab adulteris nummi figuratio vera. Sed nuptiæ sint nuptiæ, quæ terminis rationis a cogitatu sunt honoratæ. Duo enim sunt unum, quia ex uno facti sunt ab initio duo. Et quis poterit exhibere eorum qui salvantur figuram, pulchritudinem, speciositatem, quibus tristities consolatio est? partiuntur enim, et alterutrum onera portant, et alius pro alio sollicitus est, ut non tristetur nec doleat, ne, si non videat tristem, iterum tristetur. Aut enim figuratur tristitiam, aut pellit. Cum autem incurrerit aliquod gaudium aut lætitiâ, videbis ista duplicia. Sicut enim compatiuntur sibi in multis, ita et collætantur. Cogitatus itaque etiam fortissima nobis animalia subjecit. Comprehendit enim et velocia, et tarda domuit et subjecit. Descendens autem in mare, necessaria nobis ad usum eduxit; et ad aerem perveniens, inde ea quæ videmus et manducamus deposuit. Decerpsit etiam ab arboribus et plantis, et a terra et ab animalibus necessaria, et partitus est, et omnia nobis ob unam sensus rationem paravit. Nullum enim animal ita est forte, ut cogitatu sit fortior: siquidem nec penna huic velocior invenitur: sed quanta carni nostræ ob infir-

(41) Ms. qui adulterant nummus.

mitatem deesse videntur, hæc fortiora efficiuntur A virtute sensus et cogitatus. Non potest nostra aspiratio plurimum contineri in mari. Quid ergo? num aufugit nos mare? Nonne ei (42) maris profundum cogitatus invenit, ut nunc quidem funes in mari deponeret, nunc retia expanderet, alio autem tempore alia machinamenta immitteret? siquidem et per cannas ad profundum pervenit, et per setas operatur. Jam autem et margaritas scrutans invenit, et spirationi nostræ deposuit solatium. Et primo quidem, quomodo intellexit ea quæ in profundo maris sunt posita? et dein quomodo cœpit (43), aut agnovit usum eorum, ut quædam quidem separaret ad escam, quædam autem reponderet ad medelam, alia eligeret ad ornatum? Invenit autem et iter in mari. Accipiens enim e terra arbores, vehicula in dorsibus operatus est maris. Generans enim artes aut suscipiens, ad ea usus est quæ accepit, et testatur creatura sapientis per omnia Dei. Accipiens enim aquam et ignem et terram et aerem et arbores et mare et fontes et montes et campos, nihil horum ita ut accepit otiosum esse permisit. Coacceperat enim virtutem cogitatus et sapientiæ. Et ite considerans ea quæ in idem erant occulta, habuit sensum, ut ei adveniret et operaretur et uteretur. Accepit enim ignem, et invenit solatium tenebris et noctis obscuræ. Invenit quomodo ex lapidibus efficitur ferrum: invenit quomodo esset ærumentum e terra. Invenit quomodo aurum purgatur, quomodo argentum colatur, quomodo plumbum confidatur et ferrum, et quomodo ex his vasa figurantur, et vasorum varietas, et quæ ad tutelam, quæ ad medelam, quæ ad operationem terræ, quæ ad navigationem, quæ ad terram, quæ ad lapidem, quæ ad ligna, quæ ad aquam sunt necessaria, et quæ materies magis quomodo confidatur, et quid debeat accipere, et quomodo oporteat coëffecere spiritum flammæ ex igne: tanta sunt bona, lumen noctibus, medela ægrotantibus, operamentum artibus, et agricolis pugnantibus tuitionem, pacificis tutelam. Iterum autem secundum unumquodque operamentum et vas, quanta ignis operatur consideremus. Fecit aurum, et ex auro tanta; argentum, et ex argento tam multa; et ærumentum, et ex ipso in primis necessaria; et unumquodque quod colatum aut confidatum est, primo quidem inventum est, dein discretum, et post confectum, et ita usum. Didicit enim cogitatus quibus pascitur ignis: et certe aliquoties offert ligna ad coctiones, aliquoties autem ut maneat, et per quem ligna consumuntur permanerit, per istum sensum nutrita arguuntur. In tantum enim dives est qui tribuit, et tantum ditatus est qui suscepit; quia, si voluerimus contendere, et tantum ex opificiis ignem exponere, et utilia quæ ex igne sunt manifestare, transiet nox conjuncta diei, et manebunt ignis solius non plena. Apparet autem

dives qui creavit Deus, et qui dignus est habitus sensus tali divitia, ut hæc omnia scrutaretur. Vidit enim cogitatus in sabulo vitrum. Intuere ergo quantum distat cogitatus a corpore. Quid videt oculus? sabulum: quid videt sensus? vitrum. Intueris alium et alium: ille enim videt sabulum, iste autem videt vitrum, quod necdum est. Ergo non oculus corporalis intuetur, qui nec videt nisi adfuerit anima. Sed et cum videtur videre, aliter videt corpus et oculus: et certe anima videt per eum: aliter intuetur cogitatus a semetipso. Non vidit corpus ærumentum, non vidit corpus ferrum, sed lapis erat et terra. Cogitatus autem videns quæ non videbantur, æstimans quid facturus esset ignis, si confabulatus terræ fuisset iste (44), non tamen omni; et illi lapidi, et non B omni. Quærens enim ærumentum terram accepit, et quærens ferrum lapidem sumpsit; et non erravit, sed agnovit in quantum deberet igni permittere. Si enim transierit mensuram a Deo acceptam, ignis qui purgat consumit. Ita in istiusmodi materiis immisit cogitatus suam admirationem, in vasis suam varietatem, in operationibus suam virtutem, in operamentis suam sapientiam. Procreans enim artium gentes et disciplinarum populos, et nationes et genera, et separans alia aliter, et in alio opere aliter operatus est unicuique operamenta separata, et suggestit materias; et illam quidem posuit auro, aliam separavit ad argentum, alteram ad ærumentum, et aliæ ostendit ferrum, aliæ demonstravit sabulum, et ex sabulo C fructum vitri. Aliæ dedit invenire naturam arborum et operationem et usum et tempora. Aliæ fructus eorum, aliæ culturam eorum, aliæ ad inventionem eorum, aliæ medelam ex ipsis, et ipsi medicinæ nostra corpora: quid deberet amburere, quid oporteret coquere, cum quo deberet miscere; quid deberet separatim offerre, quid conveniret cum plurimis, quid crudum, quid incipientibus morbis et illi passioni, quid autem promoventi et jam posito in cessatione, quid etiam in insistenti initio, quid vero reddenti, et credenti, et recedenti. Non despexit nec animalium fructus, sed totondit nobis indumenta ex ovibus, totondit et e capris plurimos usus. Et non est dinumerare quanta ex animalibus et alimoniis nobis dederit ad operimenta, ad usum, ad medelam, ad opera: quanta ex arboribus, quanta e saxis, quanta ex aquis, quanta ex natantibus et volentibus, quanta ex auro et argento, et lignis, et lapidibus, et ærumento, et ferro, et plumbo, et quæ amburuntur et non amburuntur, et attenuantur, et contextuntur. Et mihi quidem videtur cogitatus ita esse sicut vir quidam dives, sua cupiens dinumerare, et scrutari; non sufficit, sed ob multitudinem possessionum et substantiæ, neque rationibus aut sensibus vacare potens, sed superatus ab his quæ habet, manet incertus. Tale nescio quid et nunc passus est cogitatus. Similis enim est ei qui fluctus dinumerat. In eo enim dum

(42) *Ei. Forte, et.*(43) *Cœpit. Forte, cepit.*(44) *Iste. Forte, isti. - Confabulatus. Vid. supr. not. 26.*

volumus proprietatem ejus in igni videre, exsur-
 rexit ex mare alia unda, et alius meatus a flumine,
 et a fontibus, et ab illis irrigationes, et usus ex ar-
 boribus, a fructibus, a radicibus, a foliis, ab his
 quæ a foris et ab intus habentur, et in animalibus
 quæ a foris et ab intus sunt, et pelles ad alium usum,
 et ossa ad alteram necessitatem. Et ne quidem stercus
 inutile existit, pretiositate cogitatus appetitum.
 Sed nonnunquam et e messibus, quia multum attulit
 terra, plurima relinquuntur, quia non potest possessor
 colligere quanta et seminavit, et terra multiplicans
 præbuit. Maneant igitur fluctus et undarum procellæ,
 et meatus fluviorum et fontes, et quæcunque derelicta
 sunt de fructibus, cogitatus et progenies et opera :
 et putantes nos hodie implere posse ea quæ
 recederant, plura habentes recedimus et hodie : ita

A ex bonis angustari (45) nos non pigeat, sed quanto
 potuerimus scrutabimur coronas, utpote serentes
 Altissimo, ex quibus in terra et mari est operatus.
 Quæcunque autem nos transcendunt, et superant,
 in eo ipso quod vincimur, victori ipsi ex operibus
 suis sint et istæ coronæ. Relinquentes igitur quousque
 et pervenit sermo, recondamus sermonis reliquias ;
 ut iterum ad ipsam mensam sedentes, iterum iisdem
 ipsis fruamur bonis. Unum autem est quod decet et
 nunc, ut reddatur ei cui semper redditur et semper
 debetur, in his quæ præcesserunt gratiarum actio,
 et in his quæ incipient gloria Deo sancto qui omnia
 nobis subjecti, per Spiritum cogitatus nos præhonoravit :
 cui est per unigenitum suum Filium cum Spiritu
 sancto, gloria, honor, imperium, majestas, et nunc
 et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE SPIRITALI COGITATU HOMINIS,

LIBER TERTIUS.

Ipse semetipsum cogitatus reficit, ipse semetipsum
 pascit, ipse semetipsum fortificat, ipse semetipsum
 considerat. Ipse enim ad semetipsum se colligit, et se-
 metipsum intuetur, et arcatur in suis. Non enim
 sicut oculus alia quidem videt, semetipsum autem
 intueri non potest ; quia nec suæ naturæ est ut se re-
 spiciat. Non ita et cogitatus. Neque enim sicut vul-
 tus in speculo, in alio quidem videtur, ad semet-
 ipsum autem converti non potest. Non ita et cogi-
 tatus habetur ; sed semetipsum videt, et ipse ad se-
 metipsum convertitur et se intuetur, et alia multa.
 Res non sicut vox levis quibusdam (46) offendens
 resonat, ita et cogitatus ad semetipsum resonat ut
 echo. Vox enim offendens aliunde respondet. Cogitatus
 autem ipse semetipsum scrutatur, et ipse ad
 semetipsum tanquam penetrans recurrit, et revol-
 vitur in semetipso. Diversum autem scit : nunc aut
 desurgunt libidines, et spirant concupiscentiæ, et
 pelluntur melius, et non salvatur quod sapit. Infr-
 matus enim et fortissimus cogitatus. Cum autem pu-
 dicitia fuerit ingressa aut excitata, statim concupi-
 scentia et libidines, ut ancillæ quæ ante surrectionem
 dominæ turbaverant domum, mox ut visa fuerit
 domina, alia alibi absconditur, alia alibi fugit, et
 negant jam motiones, et colligunt luxurias, et revo-
 cant ventos, et quiescunt fluctus, et efficitur tran-
 quillum. Hoc enim est pudicitia in anima. Quid tale
 præbet tranquillitas in mari ? quæ nonnunquam et

C obfuit festinantibus. Frequenter enim tranquillitas
 et opportunos ventos exspectantes fraudavit et non-
 nunquam et siti interemit graviori, utpote a tenta-
 tionibus motæ. Sed non talis pudicitia habetur
 tranquillitas, sed quæ compescuit ventos, et confre-
 git fluctus, et statim adduxit ad portum, et mox
 erexit ex pudicitia fructus. Cogitatum quippe, qui
 sapiat animæ dignitatem, sanctimonii honorem,
 puritatem honestatis, tunc videt oculus animæ, quia
 excussit ab eo pudicitia pulverem concupiscentiarum,
 procellarum libidinem. Si quis expertus est
 tempestates concupiscentiarum, expertus est et tran-
 quillum pudicitia ; ex his quæ passus est, et ex
 his a quibus salvatus est, agnoscit quæ dicuntur.
 Cogitatus enim concupiscentiarum dormiunt, motio-
 nes, fluctus, immissiones, turbellæ (47). Neque dor-
 mientibus dormire permittit. Accenduntur enim et per
 ambitiones, et jacentes perturbant, et cum dormien-
 tibus non dormiunt, sed semper sunt inquietæ. Cum
 autem pudicitia fuerit subingressa, cum illa habi-
 taverit ut domina, cum detinens fuerit, cum suis
 retinaculis tutaverit domum ; tunc sicut prædomiti
 equi, et ad præsepia quieti sunt, et in itineribus re-
 ctum agnoscunt iter, nutibus utpote digitorum ad-
 ducti : ita cum semel tenax fuerit pudicitia, et do-
 muerit concupiscentias, et mitigaverit libidines,
 manducamus honeste, et bibimus mensurate : men-
 surat enim quæ adest pudicitia. Denique et honeste

(45) *Angustari. Forte, angustari.*

(46) *Ms. vocatibus quibusdam.*

(47) *Ms. concupiscentiarum motiones, fluctus, immissiones, turbellæ. Neque.*

dormimus, et sobrii excitamur, et videmus pulchritudinem vultus, et pulchritudinem, et non ut offensionem. Aures quoque nostras non perforat melodia. Scit enim pudicitia et solvere ceram in auribus, neque noceat audientia (48). Nostra enim membra operamenta pudicitiae sunt. Oculus videt bonam faciem, et cum honestate eam intuetur. Non movetur ad concupiscentiam, sed videt in facie pulchritudinem, et cogitat qualis sit pulchritudo in anima; et quae a foris sunt bona ad semetipsum adducens, et a bonis bona decerpit, et non in malis offendit. Sicut corpora incolumia ab omnibus utilitatem accipiunt, et a motu, et ab exercitio, et a cursu, et ab unctione, et a somno, et ab esca, et a potu: ita econtra, quae aegrotant ab omnibus nocentur. Vini enim etiam odorem excusant et unguenti nidorem, et itineris motum, et escam, et frigidorem, et calorem. Omnia enim eis nocent qui male se habent. Omnia autem prosunt his qui incolumes habentur. Ita et libidinosum omnia movent ad noxam, et vultus, et pulchritudo, et compositio melodiae, et vestium varietas, et honor quidam, et bona opera ad mala transferuntur ei. Qui autem sobrius est, ex adverso; quia et contraria illi sunt, a bonis enim bona decerpens, dives in bonis est. Ita ergo pretiosa est pudicitia, quia, dum adest, et iustitiae preparat locum, dat etiam spatium et virtuti: intellectum autem (49), ut interpretetur nomen, salvat. Ergo amplectitur et circumdat virtutem, et sicut mater quaedam pietatis efficitur fratribus. Bona quidem est virtutis fortitudo, sed non semper eam necessariam habemus; forte autem audebo et dicere: Utinam non eam, sed opus. Si quis enim eam acceperit, tantum in bellis est utilis. Si autem et in pace necessaria est virtus, forte ut efficiat pudicitiae: forte enim cum iurgantur concupiscentiae, et illarum fluctus eriguntur, opus est ut viriliter resistat pudicitia. Si igitur adveniens istic joverit, tunc erit pretiosa et in pace virtus. Non quippe semetipsam vindicans, sed pudicitiae coadjuvans. Si autem et in bello virtus ponatur, metietatem generis despiciat. Mulieres enim ad praefandum armamus (50); pudicitia autem et in viris pretiosa est, utilior autem et mulieribus. Cur autem non dicatur, quod verum est, quia et virtutis ipsius fructus et in bellis ob pudicitiam necessarius est? Ideo enim suscipimus praelia, ut non adversarii superantes, mulieres extra legem pudicitiae corrumpant. Si enim ob hoc pugnamus, et pugnae terrores suscipimus, virtus ob pudicitiam et in bellis certator. Sicut enim naupagia ars gubernatrici ministrat, ita et virtus pudicitiae preparat tranquillitatem. Divisa est igitur virtus ex parte maxima generi nostro: sed nec viris omnibus utilis invenitur. Praevent enim eam et temporibus pudicitia. Qui

A enim adhuc adolescentes sunt, et necdum opera belli didicerunt, nec ad praelia vocantur, nonnunquam pudicitiae sibi imposuere coronas: sed et ob infirmitatem plurimis quiete donatis pudicitia adhuc utilis invenitur. Nam etsi senio deponuntur libidines, sed adhuc usque motiones concupiscentiarum, intusque et fornicationes aegrotant et occidunt (51), quae libidinem continere non possunt, et patres dehonestant, quae monitiones pudicitiae non libenter accipiunt. Si enim adesset pudicitia, neque furaretur quis, neque occideret aliquis, amaret autem et patris monita filius. Divina possessio ista, sed difficile invenitur. Qui autem iam habent illam, quae post resurrectionem futura est conversatio? Dicit enim ipsius regni Dominus et apportator: *Quicumque resurrectionis mortuorum digni fuerint, non nubunt, neque nubentur, sed ut angeli erunt Dei*⁴⁸, quia nec mori iam possunt. O immortalitas pudicitiae juncta! Qui in bellis vincunt non efficiuntur ut angeli, sed qui neque nubunt neque nubentur. Hoc iudicium est ejus qui fecit naturam. Nam et alibi ad ornatum ipsius pudicitiae locutus est Dominus: *Non omnes, inquit, sunt digni, sed quibus datum est*⁴⁹. Quod enim homo ex natura non habuit, hoc sit desuper donum: sed mihi quidem pudicitia ista suam pulchritudinem ostendat, et sensim trahat, et relinquatur non cedens, neque repleta et capta: sed sicut avis quaedam adornata, nonnunquam ludere desiderans sensim recedit, et in eo dum videtur, movet desiderium; sensim autem dum movetur, illicit ut eam quis insequatur; non capitur autem, quia ipsius est ut effugiat: protendit autem cursum, et cum quis maxime putaverit se comprehensurum, movet pennam et volat: ita et pudicitia suam varietatem in honestate proferens, sensim autem se movens et commovens, in tantum me traxit ut insequeretur: cum autem iam putarem me posse manum extendere eamque comprehendere, movens pennas superius se caelo conjungit, ad angelos scilicet, ubi ejus natura est ut maneat. Et ipsa quidem non comprehensa mansit, me autem reliquit stupentem et desiderantem comprehensionem, quam persequens non apprehendi. Etiam quidem colliganus sermonem; et quia pudicitia multa superans et sermonem ipsum qui de eadem est ininterpretabilis, recessit, universam humanam transcendens naturam: sermo autem inveniens quae Deus hominibus donavit, et hoc mortalibus, per quae immortalitatem eis procuravit, ad gratiarum actionem iterum se convertit, et de sancto et sanctificante, per quem sanctum hoc donum hominibus misit, per unigenitum scilicet suum Filium, sit ei gloria et honor, imperium, majestas cum Spiritu sancto et nunc et semper, et per omnia saecula saeculorum. Amen.

⁴⁸ Matth. xxii, 30. Marc. xii, 25. Luc. xv, 35. ⁴⁹ Matth. xix, 11.

(48) Ms. auribus, ne noceat audientia.

(49) Intellectum autem Auctor Etymologici magni, Σωφροσύνη παρὰ τὸ σωφρονεῖν τὸ γρηγορεῖν.

(50) Ad praefandum. Ms. ad praefata armamus. Forte legendum, ad praefata non armamus.

(51) Ms. fornicationes eragunt et occidunt.

EUSEBII PAMPHILI DE EO QUOD DEUS PATER INCORPORALIS EST, LIBER QUARTUS.

Ad ipsum Deum nostrum erigamus cogitatum, **A** dem et lapides hoc ipsum ut essent habent: arbores autem et plantæ ad id quod sunt assumpserunt ut et exsurgerent, et germinarent, et crescerent, et pascerentur: animalia autem irrationabilia ad ea quæ dicta sunt etiam hoc assumpserunt, ut sensibilitas esset in eis. Nos vero cum his omnibus accepimus cogitatum et sensum, et ad nos usque semper quod erat honoratius, additamento efficebantur honoratiora. Nobis autem ad superiora jam non ex additamentis agnoscitur dignitas, sed si forte a detractionibus: detractionem autem dico non ex his quæ jam sunt et habentur, ablationem, sed ipsam naturam quæ non indiguit istis: ut puta non habet necesse angelorum crescere natura: quæ enim non augentur, et non minuuntur. **B** Quid ergo inferior est natura angelorum, quia arbores quidem et plantæ pascuntur, et crescunt, et additamenta accipiunt; angelorum autem natura neque germinat, neque pullulationem suscipit, neque ut pascatur aut addatur? Cui enim ablatio incrementi est et aliorum quæ diximus, non est damnum his qui possident sine istis id quod sunt, sed dignitatis eminentia: multa enim non insunt angelis, neque adsunt quæ in nobis habentur. Et non quia deest illis quæ non habent, sed quia nos indigemus his, ideo nobis adest ad solatium id quod ab iisdem defleimus. Non sunt nuptiæ apud angelos. Data enim est viro mulier ad adiutorium: angelorum autem unusquisque propria natura sufficit sibi. Non conficiuntur angelis indumenta, ut contextant (55) quæ colibitant. Non domus iisdem; sufficit enim cælum: non lectis indiget sine somno natura. Non mensa apud eos: forte autem nec pascuntur: aurum autem et argentum et ærumentum et ferrum, et omnia quæ miramur creata et inventa, apud nos et usus habetur, illic autem nec nuncupatio nominatur, nec invenitur. Quid ergo? num ex tantis quæ putamus a nobis bonis superamus angelorum naturam? Nos enim divites auro sumus, angeli aurum non habent: non ideo pauperes inveniuntur, quia aurum apud illos non est; sed magis illi divites, qui nec auro indigent nostro nec argento. Quid opus est ferrum in cælis? utrum ad culturam, aut ad navigationem, aut ad bellum, aut ad medicinam? **D** Quid opus est permistione illis, ubi non sunt commutationes? Sed nec servis opus est eis: sufficit enim

(52) Ms. aut in terra, non in mari, non in aere.

(53) Ms. Simplex enim et informis est Deus.

(54) Compositus. Forte, incompositus.

(55) Contextant. Forte, contegant.

unusquisque sibi. Et quæ putamus nobis esse magna, et bona, et necessaria quæque sunt nobis; illi naturæ omnia sunt otiosa: et quæcunque ex animalibus nobis sunt utilia, illis sunt non necessaria. Tauros enim ad culturam non habent opus, neque equos ad bellum: non indigent igne ad luminaria, neque ea quæ per ignem ad curam. Non aqua est eis necessaria, non ex mari, non ex terra: non illa quæ ex imbris apportatur. Non somnum ad refectioem necessarium habent, non escas ad salutem. Forte autem quidem et mirantur audientes, qui mente ad angelorum choros non pervenerunt. Quibus enim beatitudo est si manducant et bibant, et nuptiis utantur, et possessiones habeant, et thesauros recondant, et judiciariis dignitatibus perfruantur; his etiam ea quæ supra ista sunt, minora putantur. Sed non contaminemus sanctum illum angelorum chorum; non sit ibi femina, ubi successio necessaria non est. Non quia creaturam accuso: unumquodque enim officium in sua natura jacet; bene translatum autem a suis locis, et regionibus et natura ad quam constituta est, revocat ad se legis divinæ virtutem. Quomodo enim decori in mari sunt piscium greges? quomodo decoræ sunt illorum in meatibus fluminum exultationes? quomodo nitent in exitis fontium? Si autem volueris istos, ut dans beneficium, ex aquis ad puritatem aeris educere, ad perditionem piscium beneficium fiet tuum. Ergo piscis quidem sit ubi est; quidam enim in mari sunt positi; et sint ubi eis est datum: alii in fluminibus et in fontibus natant, quia non indigent tuis beneficiis ad interemptionem. Quid ergo? quia bona est aqua piscibus, deponamus illic exultantes et homines. Secundum istum igitur sermonem, sint masculus et femina utiles apud nos et necessarii, hominum autem naturam contra naturam non deponamus. Si enim ascendere non potest natura piscium supra naturam, quomodo non magis timebimus, si angelorum naturam verbo ausi fuerimus deponere, quæ non descendit? Alias autem et nihil amplius fiet a nobis, nisi ut blasphememus. Nec enim etsi voluerimus vim facere illi naturæ, perurgebitur: sed illi quidem manent liberi ab isto habitu corporali. Neque enim masculus neque femina apud eos est, et non de terra. Et hoc, forte enim audisti mirabile illud Apostoli dictum, quia et apud quos natura statuit masculum esse et feminam, apud istos ipsos fides, et per fidem conjunctio invenitur. In Christo enim, inquit, non est masculus, neque femina⁵⁶. Si igitur ubi ex natura est masculus et femina, in Christo efficitur neque masculus neque femina, sed imitatio angelorum: cur non magis suscipimus gratiam ut assumamur, aut ut naturam angelorum deponamus ad nostram? Sed nos erigamus nosmetipsos, et ad superiora cogitatum perducamus nostrum, ad angelorum scilicet

A pratum; et assistentes pratis, videamus non nunc flores exeuntes, neque coloribus variis, neque in odoribus diversos; sed videamus illic cælo superius locum, per angelos autem splendens. Multitudo enim illic non tanta quanta est stellarum. Si enim et multæ sunt stellæ, sed in magnitudinibus et corporibus constitutæ, locis indigent, et ex magnitudine cæli multitudo mensuratur earum. Tantæ enim sunt, quantas capit et cælum. Angeli autem non indigent loco, sed liberi a locis viventes sunt, et in alterutrum agentes. Non in confusione quippe, nec exultatione corporea, sed semper in lumine sunt: ipsi lumen tale, quales et sunt. Apud illos enim non nox ad refectioem habetur, non dies ad exsurrectionem. Semper enim habent lumen, et lumen non hoc quod apud nos est. Hoc enim sensibilitatibus mensuratum est, illud autem aliud aliquid. Nihil sane nos prohibet in iisdem ipsis comparationibus volutari, quia et piscibus lumen habetur non tantum quantum et apud nos. Commistum enim illud est lumen, quod apud pisces habetur aquis; et ideo non ita sicut apud nos permanet purum, sed lumen et illic est: perinet enim et ibi per aquas, sed non est ita purum ut nobis. Et si quis aliquando vi mersit in aquas, et in aquis suos aperuit oculos, vidit quippe quod apud nos est lumen; videt, inquam, hoc clarum in aquis caliginosum. Utamur autem et alia comparatione. Præsens enim istius horæ constitutio testimonium sermone imperit. Hoc quod apud nos purum est lumen: quia enim nubes adveniens constitit super nos, aquis utpote plena; non permisit autem tale ad nos lumen venire, quale heri et pridem habebamus in oculis. Aeris enim tristitia pervisa ostendit quanta immutatio eidem ipsi lumini ab interjectis nubibus perficitur, ut apud nos. Si autem præcepto Dei evacuatis aquis fugatæ fuerint nubes, et natura ejus est, iterum nobis advenit lumen, non aliud quippe factum, sed liberatum a nubium permistione, istam quam videtis constitutionem præbentem. Ergo et in mari, et in aquis erat aliud lumen; non alterum quippe natura, sed sub introductione aliorum caliginosum. Ita et apud nos ex conventu nubium et aquarum hoc factum est, quod videtis per nubes. Secundum istum igitur sermonem, et per aerem penetrans lumen non est tale quale a sole emittitur. Si enim maxime eo quod perspicuus aer habetur, latet permistio: sed si quis voluerit cogitatu evolare, et velut in aquis nubium se mergere, et nubes transire, et aeris permistionem transcendere, pervidebit purissimum lumen. Sicut enim hoc quod apud nos est lumen, regionibus et spatii et offensionibus semper minuitur: ita rediens, et ab aquis lumen abstergens, et a nubibus te separans, et a permistione aeris liberans, transcendens autem et istius luminis puritatem, relinquit et ipsum solum inferius (56). Transiens

⁵⁶ Gal. iii, 28.

(56) Ms. ipsum solem inferius.

quippe et cælum superius, occurrens lumini : non enim qui a sole est, nec illi cui successio nox est, neque illi qui a parietibus prohibetur, nec illi cui offendunt umbræ, neque illi qui permisceatur aeri et aquis, sive per nubes sive per mare, sed lumini puro. Et ne putes me nunc angelos dicere lumen : est enim et super hoc clarum lumen clarior. In isto igitur lumine sempiterno, in isto qui non in successione habetur, qui non aliquando quidem est, aliquando autem non est : in isto qui cælo superius est, et non a cælo istic : cui sol non est genitor, non luna mater, non cælum a stellis, non lucernarum splendores, sed lumen illud. Tu enim sine sole lumen videre non potes, nec ea quæ infra solem habentur, et ea quæ quærentur ut teneantur manu. Non eorum qui quærentur quid gustent, aut odore assumant ; non eorum qui auribus edocentur, et oculis vident, sicut in aquis. Illic enim alia conversatio est, et alia in terra, et in aere non eadem, et cælum aliam habet constitutionem. Ita maneant ista istic, illa autem quæ inde sunt sint alia, non horum congeneres. Si enim clarior stella magis quam lucernæ lumen est, non te seducat, quia lucerna quidem illuminare videtur, et unaquæque totam domum : stellæ autem tantæ noctem non auferunt unam. Si quis enim voluerit scire lucernæ imbecillitatem ad stellarum lumina, abstrahere lucernam ab oculo : non quantum distat cælum terra, quia non est hoc tibi possibile ; tamen quantum potes lucernam ab oculo separa, intueheris quia spatia minuitur, et caliginatur, et infirmior arguitur lucernarum lumen. Si autem esset aliqua adinventio, ut non solum unius lucernæ, sed omnium lucernarum flammam, et omnium quæ accenduntur ; si esset machina quædam, ut omnem istam flammam quis posset colligere, et in cælo constituere, ubi stella parvissima est posita, nec prorsus agnita fuisset flamma, ubi posita haberetur. Cur ergo omnes stellæ non pellunt noctem ? quia multis spatiis a nobis distant, tamen non quamlibet permisionem luminis in nocte transmittunt. Si quis autem voluerit intueri, et comparare nubibus noctem, pervidebit quia nubes, licet non per omnia, tamen splendorem stellarum prohibent. Et cum hoc ita sit, inspiciet quid operantur stellæ, et quantum splendorem mittunt in nocte : et tamen stellæ omnes cum universis lucernis habent quidem affinitatem, quia luminosa qualitercumque utraque sunt. Sed non solum a lucernis stellæ differunt, sed et stella stellæ differt in claritate¹⁷. Stellis autem simul omnibus adunatis, splendor lunæ præfulget ; et istam lunam omnibus stellis addentes, vincuntur eorum fulgores a radiis solis. Sicut enim stellæ quidem lucernas, luna autem stellas, et sol universa hæc luminaria, et ipsius noctis superat tenebras : ita et sol cum omnibus quæ prædicta sunt vincitur a lumine quod cælo superius habetur. Et quomodo eadem Paulus

contendens exhibere de inenarrabili Deo loquitur, lumen habitans inaccessible¹⁸ ; inaccessibleis nominans, id dicit quod suscipi non potest. Lumen igitur angelis illud est, cuius neque gustus neque comparatio apud nos invenitur. Regio autem ejus supra dorsum est cæli, possessio vero et divitiæ ipsis : non enim lecto et medicina et mensa, et ea quæ apud nos magna putantur, sempiterna illa indiget et sancta natura : illis enim somnus non est, non dolor, non labor. Quid ergo ? Num otiosa eorum natura est ? Habent opus dignum suæ substantiæ : Deum laudant non vocibus neque clamore. Quomodo ergo dicit Scriptura voces, et, si permiserit tempus, contingemus audientes, et ista interim autem natura agnoscat. Si autem et aliter apparuerit Scriptura dicens, agnita natura agnosceretur et quibus Scriptura alloquitur. Denique et orator parvis aut non loquitur, aut sic loquitur ut parvi possunt audire ; et Scriptura divina hominibus ut humane loquatur, aut silentio honoretur. Non ex his igitur ex quibus condescendens Scriptura loquitur nobis, debemus verbo deducere et naturas, et vim facere nobismetipsis, et ut pisces exsilire e mari. Erunt enim vobis jactationes, non ad perditionem ut piscibus : sed quomodo ea dicam, ego quidem non possum. Decet autem opportune repetere non Domini vocem, qui piscatores a mari et stagnis et fluviis abstrahens, ait : *“ Venite, faciam vos piscatores hominum. Decet enim, inquit, homines piscamini. Et non tacuit, ne suspicio fieret perditionis, sed homines, inquit, piscamini ad salutem. Erigamus igitur nosmetipsos, exsiliamus e mari et a terra in qua stamus, et incidatur a nobis aer, et scindatur nobis et cælum. Cogitatus enim non detinetur, et pennis desiderii cælo superius accedamus, corpus istic ad congeneres relinquentes, et pedes in terra, quia ad cælum non currunt, et manus istic ubi possunt et tangere, et aures hic audiant voces, et odoratio ubi habet necessitatem, et gustus apud eos qui pascentur, et visio cum visibilibus maneat. Cogitatus autem veste se spoliatus, corporis istius pondus deponat, et suas pennas moveat, et quæcumque deducuntur abscidat, et quæ sunt gravia et detinere tentant, deponat ; et sit in dorsibus cæli, et illic factus cum angelis et angelorum decies millibus, et archangelorum millibus in alia vita et constitutione et conversatione positus, obliviscatur omnia quæ dimisit, nec alienetur illic. Non alienabitur autem si hic putans se esse, voluerit sapius eorum quæ hic sunt ignobilitatem videre, et motionem, et instabilitatem, et defluxionem, et defectionem, et diminutionem : quia obscurabitur et non stabit ; quia et quando videtur promovere, per multos casus venit ad incrementum. Cum hæc omnia contempserit, illa autem desideraverit ; et hinc jam ista quidem despiciet, illa autem considerabit, et evolans pervidebit. Factus*

¹⁷ I Cor. xv, 31. ¹⁸ I Tim. vi, 16. ¹⁹ Matth. iv, 19.

igitur cum his ad ea quæ desiderat, sciet quæ est dignitas cogitatus. Cum angelis homines cælo superius terrenique machina quis erit dux, quis sursum adducet, sed non concedet natura. Descendit Deus Dei Filius inde, et descendens, quia incredibile erat homines illic ascendere, assumpsit hoc incredibile, hoc est nostrum corpus, e summo descendens non ad confusionem, sed ad salutem ejus qui assumebatur. Si igitur Deus non assumpsit, qui non credis si cælum concedit his, quod adducit sursum is qui de cælo descendit, sed nondum ea quæ futura sunt, sed interim ea quæ potest cogitatus, siquidem est et admiratio, quia in corpore constitutus, et circa corpus potest deponere: non ut non moriatur, sed ut eam quæ vere vita est vivat. Forte autem et quidam audientes nunc istos sermones, cum sermonibus accensi illud quidem quod erant deposuerunt, quod autem non erant effecti noscuntur: sicut ferrum quoddam in igne fucatum, negat quidem nigrum, negat album colorem, et totus efficitur ignis et calore et incendio; ita forte quidam (57) sermonibus istis accensi, corpus quidem et corporis gradulinem, et vitia, et promotiones incidentes prorederunt, ipsi autem sermonibus istis evolantes desursum nos respiciunt; si tamen illic effecti patiuntur respicere istic, et non toti illic constituti poenitentur quia ita tarde et non ante hoc. Forte autem nec poeniteri illis jam vacat, qui ita lætis quæ illic sunt factis noscuntur, non eis est otium in memoriam redigere ea, a quibus liberati videntur. Istiusmodi enim homines illic non sunt homines. Sed sicut domum plenam thymiamate ingressi, et jam sensimus quod sumus, nihilominus tamen redolemus, ut thymiamata facti: ita et qui illic jam facti sunt accensi, veluti a natura egressi: quod autem sapiunt, effecti sunt illic angeli. Quibus enim intellectus ex imitatione æquus angelis habetur aut similis, istis non prohibet natura conversationem. Qua enim de causa carnales nos vocat Paulus, non seducens nostras animas, magis autem subducens. Quis enim mortuus effectus fornicatur aut adulterat? Dicit enim ipse Apostolus, manifestans (58) opera carnis quæ sunt adulterium, fornicatio^o. Carnis opera ista sunt: quis enim mortuus his involvitur? Illic ergo viventes animas cum corporibus cum declives fuerimus ad carnes, caro tantum vocamur; cum autem proueruerimus ad animam, animalis homo dicimur: cum autem transcendimus materiam, spiritualis homo appellamur. Et non jam quia carnalis vocatus est, fraudatus est anima: neque quia animalis dictus est, jam non habet corpus; siquidem et spiritati homini et corpus inest ut homini et anima ut animæ. Si autem et istic constituti, quidam quidem caro tantum sumus, quia declives fuimus ad terram; alii anima tantum, quia inter utramque stamus; alii spiritales vocamur

A quia transcendimus materiam: spiritualis igitur quæ dicitur, angelus appelletur; non quia ita ejus natura est, sed magis non efficiamur caro. Nec valde confundamus animas: oculus enim sine lumine tenebrosus est, et cogitatus sine efficientia superna vult videre, sicut oculus in nocte, et desiderat, et illicitur; laborat autem, quia non valet: cum autem advenerit lumen, efficitur oculus. Ita et cogitatus sine operatione Spiritus sancti palpat, contingit, promovet, crescit, putat quia iste lapis forte Deus est, istud aurum forte Deus, et hoc lignum. Dicit enim apud se: Putas mare Deus est? putas terra? putas aer? Unde et creaturæ transtulerunt nomina, ut non his quæ in consuetudine sunt appellantes, sed ea quæ colebant nominantes, convincerentur quia vim faciebant opificiis. Qui autem valde putaverunt se ascendere, sursum pervenientes usque ad stellas, occurrerunt lunæ et viderunt solem, forte autem et cælum, et permanserunt illic, et passi sunt vitium sceleratum: sicut qui ad regem festinat, ad regia palatii accedens, magna et clara et regi digna conspiciat; et cum debeat magis desiderium suum ad eum qui quæritur propalare, stupens valvas regias, et putans nihil amplius esse regem a suis, resideat ad ea quæ prima occurrant, fraudatur regis visione et natura. Sed nos non retineat terra, non præfocet mare; non offendamus in stellis, non obtenebremur a luna, neque nos calignet sol; non detineat cælum: Dominus enim et opifex et creator omnium eorum quæ dicta sunt et non sunt dicta, est ille qui quæritur. Ad Deum igitur, o homo, ad Deum horum omnium quæ bona et clara sunt. Nihil miserius est quam ut quis in lumine offendant: sed cæcorum hoc vitium est. Non obtenebremur a sole: vides eum orientem et occidentem, et cedentem mensuris. Sed ipse præco est ab oriente usque ad occasum, prædicat eum qui se fecit et dicit, si tamen tu audis, magis autem si vides: Non sum ego Deus, sed ille cujus sum et ego opificium. Me vides, ille invisibilis est. Visibile ad invisibile contraria est natura: non etsi sum clarus sicut sum, sed clarus qui videor: ille autem invisibilitate transcendit fulgoribus omnia. Non me honorans debonestes. Non sum ingratus ad Conditorem: sufficiunt mihi beneficia quæ accepi: noli addere quod non suscipio. Creatura sum, et non Creator; opificium et non opifex; factus sum, et non is qui fecit; istinc sum cælo, et inde oculis videor: ille invisibilis est. Ego in loco confirmatus sum: ille liber ab omni est loco. Ego partem cæli teneo in qua sum et positus: ille autem implet omnia. Ego ex loco ad locum accedo: ille et mihi separavit locum. Vide me, et noli connumerare quæ non connumerantur. Invisibilis et visibilis quomodo connumerantur? Qui in loci (59), et qui sine loco quam habent communionem naturæ? Ego orior et

^o Gal. v. 9.

(57) *Quidem. Forte, quidam.*

(58) *Ms. Manifesta sunt opera.*

(59) *Loci. Forte, loco vel locis.*

occido, quia et possum utraque ad iussa complere : A ille supereminet ; non indiget ut oriatur, non immutat locum, semper in eo ipso quod est manet ; semper ipse est qui est ; ab illo et calor est , ab illo dantur et cursus mensuræ, ab illo mensuratum est cœlum. Nam etsi spatio longe sum, tamen calore confloraturam : ille invisibilis est. Meum intueris habitum, ille sine habitu est. Tanta mihi sunt et alia, ex quibus nihil ad illum pertinere videtur : non tactum incurrit, non loco ambitur, non loca circumdat, non habitus circa ipsum, non compositio ad gloriam. Ille natus annato est (60), per ipsum et ego et omnia facta sunt. Nolite me convertere ad blasphemiam, per me blasphemare nolite. Littera sum ad gloriam ejus qui me fecit : cœlum enim liber est magnus ; ego autem cum affluibus meis sumus litteræ religiositatis. Legite lunæ virtutem : crescit et minuitur, et semper immutatur, et annuntiat immutabilem : et in illa iterum habitus invenitur, siquidem et illam videt oculus, et nunquam in eo ipso quod est manet. Nolite nec istam mecum pariter blasphemare. Quid nos calumniamini? modo quidem me dicentes fornicatum esse, modo autem lunam, quia adulterium admisit. Nolite deponere nos contra naturam, neque iterum extollere supra naturam. Dicitis quia ego mulieri confabulatus sum : quibus operamentis? quibus membris? quo habitu? quemadmodum meam flammam potuit sufferre? quemadmodum splendores? Si enim tanto spatio (61) meum radium sufferre non potest, in sinibus portare meam conjunctionem potuit? Nolite ita me turpiter calumniari, nolite ita insipienter extollere : non solum enim Deum ignoratis, sed et officia ipsius Dei nescitis. Dimittite me quia fixus sum, cursum cœli conficio. Nolite me ad terram deponere verbis, neque deducere fabulis. Non prævarico legem : sursum sum positus ; non immuto cursum constitutum mihi ; non recedo ab officio ; legem datam custodio ; agnosco spatia cœli, quæ et iussa percurro. Terram calcare non est naturæ meæ : quando nox facta est importuna, quia ego descendi ad mulieris communicationem? cessate turpiter honorantes, fœde deducentes : nolite ora vestra in bonis versibus malis negotiis aperire. Quid me deducitis? quid me extollitis? Non descendo ad mulierem, non ascendo æqualis Deo. Quod autem erat mihi et otium relinquere cursum statutum mihi? quando interruptus est dies? aut quando non adveni currens ad ornatum, occupatus ad mulierem? Et luna fabulis deturpatur, sed arguit fabulis (62) sua natura. Forte autem nec illud tacebit sol. Si autem ejus non est natura ut loquatur, nos pro eo loquemur, si tamen pro sole et non pro Deo ; non quia Deus indiget adiutorio nostro et defensione, sed homines constituti hominibus compatimur. Videntes enim volumus iter ostendere non videntibus ;

(60) Ms. Ille natus ex innato est.

(61) Ms. Si enim in tanto spatio.

(62) Fabulis. Forte fabulis.

A generis enim miseremur nostri. Illis quippe qui vestibus quidem se nudant, cœno autem se operiunt, qui lapides portant, qui damnum duplex accipiunt, ut et aurum proferant, et a Deo decident. Non cessat sol nec illud in medium proferre, quia putantes eum deificare, in his maxime in quibus indignatur. Adducunt enim ad omnem malignitatem hominum opera, et malitias soli et lunæ, et suas illi ascribere luxurias. Non iste, inquit, homo adulter est, sed sol. Veniunt enim ad illum locum, et mala hominum soli ascribunt. Et hominibus quidem nihil relinquunt mali, non luxurias luxuriosis ; non homicidia homicidis ; non adulterium adulteris ; non mendacia mendacibus ; non furta furibus ; sed oblitum eorum quæ blasphemabant dicentes deos, et omittentes homines qui delinquant, eos quos vocabant deos nunc hominum latrones, homicidas, mendaces, malignos, adulteros, fures pro hominibus esse volunt. Sed apud nos homicida si forte unum occidit, et forte tristatus aut infamis factus, et tremens, et compulsus ob egestatem, aut iram aut inimicitias, sol occidit eum qui interficitur. Quare? quæ vicinia? quæ cohæreditas? quæ conditio? quid passus? quid admittens? quid indigens? quid commodi sumus? Non sumus carnæ manibus stellarum motæ ad litteras. Tua, tua sunt, etiamsi calumniaris solem. Luna autem non operatur quæ calumniaris : non te liberat calumnia a peccato : acquiris tibi et blasphemiam : in eo enim dum dicis : Non ego admitto, sed Dei officia. Quod enim ego non ego, relinquit illud ei cujus officia et blasphemiam addit. Si enim non sunt opera nostra quæ admittimus, sed sol et luna et stellæ per nos operantur ; ita neque illorum sunt opera : æqualiter enim Deus constituit. Vide quod dicis : Deum nominas quem piget nosse Deum, sed tibi facile est apud quem sunt dicere : Confundor et piger sum contaminare meam linguam, et maxime cœlesti visione descendens. Quid ergo, o sapiens? Cygnus deus est qui adversum virginem calet? Confundantur qui aliquoties quidem taurum adorant, aliquoties (63) autem taurum deum transfiguratum fingunt. Sed dicite nobis cur immutatus est ut virginem videret? Non enim habebat feminas deus secundum vos. D Nonne sororem cooperatricem habuit, ut aliorum connubia suraretur? Non isti sermones sunt nostri, sed vestræ fabulæ scriptæ in libris (64), in simulacris, in parietibus, in saltationibus theatrorum. Indignaris quia dico ea quæ tu legens miraris : irasceris quia loquor de his quæ videns tu adoras. Indignaris quia dico quæ tu in saltationibus videns et audiens delectaris. Dele ea ex poetiis libris, recede a theatris, et extermina ea a parietibus ; confida ea, a simulacris recede, et congaudeo. Si autem pernamus in caritate, noli indignari si conviciaria ; dicite si quid addidi. Si autem apud te sunt scriptæ auro

(63) Ms. aliquoties autem in tauro.

(64) Ms. sed vestræ fabulæ in libris.

et argento et lapidibus et parietibus et theatris; si ego in parva hora et hoc pigens loquor, propter miserationem autem commoneo: quia quæ vides, o homo, et oculis et sensu non intueris, ad hæc irasceris. Si dei sunt, adulteri non sunt; si adulteri, non sunt dii. Si autem volunt habere adulteros deos, nos quidem eis non maledicimus; sint autem ut hi qui adorantur ab illis. Primus illorum deus non est satiatus libidine, in cælo, ut ipsi volunt sæpe cum sua conjuge agens: sicubi enim cum alia inventus est, statim a sua zelus accensus est: non enim credebat deo dea male de eo suspecta. Si enim et a mortalibus se non continebat, quomodo iste a cælestibus ut volunt cessavit? Sed concedite linguæ: nunc enim aurum est in sinus virginum liquens, ut furetur ejus virginitatem: forte autem et bene liquescit libido dissoluta, si taurus deus illorum, qui non est dei progenies, fabulæ ex corde figmentum mendax natura taurus est; et quid putas vir et taurus portans virginem libidinis servus, concupiscentiæ minister, in collo virgo cum libidine domina? Quam enim figuram intermisit, quando quievit ne immutaretur cygnus, taurus, aquila, aurum? aut continens factus est nunc? Multis enim jam annis non est factus aquila, et certe non pauci filii et boni nati sunt in deserto. Putas senuit et concupiscentia cessavit, aut pœnitentiam libidinis habuit, et nunc se jam continet? Jam enim non rapit puerum. Confundor et dicere sub qua occasione non suffecerat soror conjux, cooperatrix, ex qua nati sunt plurimi, sed jam nunc non nascuntur. Consenuit autem conjugium, cur jam non pariunt? Sed non suffecit illa, abiit ad mortales: suffecit non secunda eodem more; multiforme enim est malum. Non suffecerat mortales: ad masculos convertit libidinem. O poeta, quos irridebimus? magis autem quos lamentabimus? eos qui scripserunt, aut eos qui nunc usque illum qui in dextera portat aquilam, adorantes et respicientes, aut colentes sunt? Sed putas quia iste solus exstitit talis? nonne et citharista ille honestus? primo quidem cur citharistas deos ponamus, quia ista decet harmonia decora? ista enim est illa in qua olympias: harmonia autem illa est vera, in qua cælum est, et terra est posita, mare adjacet, et aer est compositus, et percutitur consensio. Non enim pellit mare terram propter harmoniam: non nox diei facit vim, non permittunt enim illius harmoniæ. Dicitis, cælum consentit his quæ deorsum sunt. Tantum enim præbuit in eo sol positus, quantum esset utile parari; et tantum accendit, quantum erat conveniens; et pergit et redit, ut neque abundans incendium exureret omnia; neque iterum si transcenderet, frigore perirent universa. Sed et communes harmoniæ et partibus divisæ, sicut brevi silura majora cuidam, aliæ siluri canore consentiens. Istud mare magnum et spatiosum, cujus fluctus cælum pulsant, terræ terminos non transcendunt. Sed ne-

que terra jurgans naturæ aacritate jurgavit, sed lex communis Domini est posita fines æterni, et in tantis sæculis digitus additus non est, fluminibus tantis et fontibus in maris sinibus incurrentibus. Flante vento pascuntur flatibus naves, ad cælum usque tolluntur. Et quis nonnunquam pertransiens timuit, ne ut minatur, ita effusus comprehendat astantem? Nonnunquam enim et declinavit mare, venit ubi ei statutum est, legislatorem et statutorem finis timens; et frangens fluctus ad littus, ostendit invisibilem per ea quæ videntur. Ista decet ei cithara, quæ in frontibus hominum harmonias describit, ubi debeant esse oculi, et quid circa ipsos; ubi dentes, et quanti; ubi aures, et quot et ad quid; ubi lingua, et ad quid; quis usus est oculorum; ubi ungues, et ad quantum; ubi capilli, et ubi non capilli; quid intrinsecus, quid constringere, quid involvere, quid velare, quid jacere, et ad quid utile; quis suscipere escas et dividere; quantas mensuras debeat habere cibus, et quantum intus debeat permanere, et quando debeat purgare, et si transierit horam, ostendit noxam. Ista lyra decet Deo composita melodiis membrorum: habet enim nervos et cordas in quibus et os ad ossum est, et viscera ad viscera, et membra ad membra, per quæ deponuntur et aperiantur manus: per quæ flectuntur, et iterum redeunt pedes; clauduntur oculi ad refectionem, et iterum revocantur ad opus. Et quis poterit dinumerare quantæ istiusmodi semper percutiuntur lyræ, non in uno tantum homine, nec in hominibus solis, sed et in omni animali? omnibus enim mensuræ, ætates, magnitudines, dentium, cornuum, quibusdam et non sunt cornua. Aliis pili sunt, et cujusmodi capilli, ungues et cujusmodi ungues, pennæ et iterum non pennæ, et in aquis, et in aere, et in mari, et in fluviiis, et in fontibus, et innumerabilia quæ exsurgunt, una tamen est harmonia. Cum enim suam accenderit lucernam, cum suum scilicet oraviis (65) fuerit solem, cum a fluvibus orientis simul ad occasum transmiserit lumen; omne movetur animal, unumquodque ad quod ei natura est. Et mensa quidem communis est plena, et aliud animal ad aliam properat escam, aliud alibi devitat; et quæ illis utilia non sunt, aliis convenientia habentur. Eiciunt (66) irrationabilia per istiusmodi harmoniam adducta, quis (67) debeat gustare, et quæ debeat vitare, et cum quibus conversari. Ista decens Deo harmonia est, per quam sol statutus ad cursum est, et luna ad crescendo, et stellæ ad spatia. Istam percutit per dies et noctes, siquidem et dormientes auget, et efficientibus otiosus non est. Et Deus quidem istam sine digitis et labore percutit harmoniam: ille autem qui fictus et non deus est, accipit virginem. O injuriam! Virgo ob pudicitiam fugit: deus autem qui dicitur, ob amorem libidinis insequitur, et non comprehendit. Velociore enim pedes fuere virginis pudicitie per voluntatem, quam ille qui a libidine

(65) Ms. *Oranus*. Vox Græca οὐρανός, Latine scripta.

(66) *Eiciunt*. Forte, et sciunt.

(67) *Quis*. Forte quæ, vel quid.

dissolutus est. Qui ambulat sensim, qui passus est jungit, iste nunc festinans non comprehendit virginem: pedes enim a libidine dissoluti, nec molles virginis passus comprehendere potuerunt, sed parum quid et pervenit: talis eorum deus, et bene comprehendens est columba ab accipitre musico: sed terra, inquit, miserta, humanior tali eorum deo visa, transtulit eam ad laurum. Et forte maluit virgo lignum fieri, quam a tali eorum deo corrumpi. Ille autem qui præter spem a tali venatione deciderat, videns virginem in arborem conversam, neque conversione confusus est, neque translata natura transtulit et amorem: sed adhuc fervens amore, adhuc ardens concupiscentia, amplectitur arborem, et decerpit ex illa quæ jam non erat virgo, folia, et confessus victoriam victum suum coronat caput, titulum utpote in corona libidini suæ constituens. Sed forte quædam poeta facilis et inconsiderate loquens mentitus de diis est talia, et non est insecutus virginem citharista. Quid adhuc usque in simulacris ex ista arbore coronatur, ut putant quidem ob honorem? Si autem honor est fornicationem laudari

A fornicationem (68) insecutam quidem, non comprehensam autem, adhuc usque accusabilem, et fingunt in simulacris, et pingunt in parietibus. Sed quid mihi et istis est? Revertere, lingua, et audi psalmum, o anima: *Convertere, anima mea, ad quietem tuam*⁶¹. Quid mihi est eos qui foris sunt judicare? Sufficit eis quia in his voluntantur. Cessent de opificiis non bene sentire; fruentes enim opificia, male de opificiis sentiunt, et ipsorum Creatorem injuriis petunt. Sint ut volunt, et certe nolo eos esse ut volunt. Noster autem sermo fugiat quantum potest illorum fetorem, quia apud ipsos sunt flagmenta, fabulæ, simulacra, adulteria, fornicationes, sanguis, lapides, ligna, dæmones, nuditates, turpitudines, dicenda et non dicenda occulta. Fugiens B autem inde, agat gratias ei, qui se liberavit ab istiusmodi. Erit enim gratia duplex, quia et liberavit a falsis, et ad vera adduxit. Liberati igitur ab his, et digni iudicati estis. Deo non nato Patri per unum unigenitum suum Filium cum Spiritu sancto sit gloria, honor, imperium, majestas, et nunc, et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

ITEM DE EO QUOD DEUS PATER INCORPORALIS EST, LIBER QUINTUS

Quæcumque ex cogitatu debent colligi et requiri vel exhiberi, quia incorporalis est Dei natura, et jam si non quantum res ipsa deposcit (69), tamen quantum ad nostram pervenit virtutem, magis autem quantum imbecillitati gratia donavit, ista per multos præteritos et adunavimus dies, et tractavimus in commune. Et si quis pervidit aut intellexit aut meminuit, nullam jam habet dubitationem de illa natura qua incorporali decretum est: sed forte multa illa sollicitudo quæ per cogitatus processit, ad aliam quamdam suspicionem nonnullos adducet. Dicentes enim qui volunt pervertere recta, quia cogitatus quidem boni et veri, et decori et recti de Deo sunt et habentur; Scripturæ autem his bonis et rectis cogitatibus non consentiunt, sed magis per ea quæ dicta sunt accusant cogitatus quam commendant. Erat autem propositum non quid dicimus non simpliciter de Deo: quia nec nobis est potestas sicut gentilibus ex corde de Deo loqui, sed qualem eum Scripturæ introducunt, et qualem se ipse interpretatur, talem oportet suscipi et adorari. Gentiles enim qui omnia ausi sunt, omnia transfigurant et

C fingunt, et non solum in templis et simulacris et imaginibus depingunt et figurant, sed et ipsum quem videntur incorporalem dicere Deum, ex corde flagentes produunt. Unde et is qui apud eos actor putatur, apud alios creditur: quia enim is qui est, agnitus non est ab iisdem, fama autem ad eos in novissimis pervenit temporibus; tamen ex auditione Moysi, quia famam de uno Deo, et ipso Creatore audierant, qui in multis sæculis opificia intermissa Creatore adoraverunt; alius aliud nuncupatione suggestit de eo quem audierant; ita ut quidam scribentes præcepti sint ex nomine solo imaginem describere, non hominis, inquam, aut alterius cuiuscunque status (70), sed simpliciter nuncupationem ex fama. Necesse enim erat istos qui Scripturam ignorabant, naturæ autem audierant nuncupationem de incognito, aliter autem et alterum aliter ex corde fingere, æstimatione quippe de eo quem ignorabant, et ideo per omnia erraverunt. Inde est ut non solum sibi dissentirent de Deo, sed et adversarentur. Quidam enim dicit quia providet, alius quod non providet, et alius quia usque ad lunam providet, alius

⁶¹ Psal. cxiv, 7.

(68) Ms. *laudari fornicationem.*

(69) Ms. *Etiam si non quantum res ipsa deposcit.*

(70) Ms. *cuiuscunque status.*

quia in omnibus providet. Et quidam dicit quia incorporealis est, alius quia corpus est. Ista commendatio (71) ignorantia est eorum, qui nesciunt quid loquuntur. Sed illi quidem audentes, aut aliter de Deo sentientes, omnes erraverunt. Nec enim ex corde humano Deus produci debuit, sed a Deo edoceri de Deo. Nobis autem necesse est ea surgere (72) et tractare, quæ ex Scripturis didicimus sanctis, quia incorporealis est Deus. Sed non sufficit pronuntiare, neque rationem cogitatus adire, sed ostendere quia et ipsi, et qui in iisdem cogitatus habentur, per omnia consentiunt his quæ Scripturæ Veteris et Novi Testamenti de Deo pronuntiant: forte autem et totum suspicabitur quidam, et corporaliter in Scripturis proferri Deum putabit; forte etiam et partibus compositum ex Scripturis putabit, colligens membra quæ dicta sunt. Oportet igitur primum suspicionem, qua dicunt in corpore esse Deum, aut corpus esse, diseri (73), ut apparentibus vinculis agnoscat solutionis magnificentia. Totum itaque videtur corpus introducere Scriptura quæ dicit: *Quia ambulat in paradiso* ⁷¹; aut quæ iterum dicit: *Quis est qui venit ex Edom* ⁷²? et quæ dicit Scriptura: *Vidi sedentem supra sedem majestatis suæ* ⁷³; et alia quæ alii: *Sedes sunt positæ, et Velustus dierum sedit* ⁷⁴. Qui enim in paradiso ambulat, et qui venit ex Edom, et qui apparet ut apparuit Ezechiel, et qui sedit secundum Daniëlem, et qui sedit secundum Isaiam, corporalem quamdam ambitionem suggerit (74). Et hoc quidem veluti de omni parentibus autem (75) ut videamur et depingere: *Oculi Domini super justos, et aurea ejus ad preces eorum* ⁷⁵. *Os Domini Sabaoth locutum est ista* ⁷⁶, faciens (76) Deum (77) et membratim, et tota facies istic descripta est, et post hæc quæ insequuntur. Dicit enim Scriptura: *Dextera Domini fecit virtutem* ⁷⁷; et *Sede ad dexteram meam* ⁷⁸, quam rem insequitur et a sinistra esse. Et iterum: *Cælum sedes est mihi, terra autem scabellum pedum meorum* ⁷⁹. Per ista itaque omnia a capite usque ad pedes videtur membratim fieri compositio, quantum ad sermonem spectat. Addeamus autem incertis his, *capilli capitis ejus* ⁸⁰. Ergo et capilli, et caput ejus et capilli, et adhuc amplius quantum ad exteriorem partem invenitur vestimentum, modo quidem rubrum, modo autem album. Si igitur et vestimentum circa ipsum, quæstio est et de indumento, utrum vivens quædam natura est et vestimentum, aut quomodo illic vestimentum habetur; et quæcunque convenerimus, ut de indumento dicamus oportet moveri. Et iterum: si *vox Domini fecit, si vox Domini in virtute* ⁸¹, et vox Domini frequenter in illo psalmo dicitur, et secundum unum-

quemque prophetam invenimus dictum, *Dixit Dominus ad me*. In Evangelio etiam: *Desursum vox facta est* ⁸²; oportet enim immisceri ea quæ ex Novo sunt Testamento, Veteri, ne iterum hæretici separant, et alium Introducant Deum. Adjuncta autem sint ista ex Scriptura, unde et omnia mota sunt: *Factum est autem die tertio, cum mane factum fuisset, et factæ sunt voces et fulgura, et nubis nimbus, et super montem Sina vox tubæ canebat valde* ⁸³. Ergo et tuba sonabat magna, et turbatus est omnis populus in castris, et produxit Moyses populum in obviam Deo de castris, tanquam jam præsentem illic Deo, et constituit eos sub montem. Mons autem Sina fumabat totus, propter quod descendisset Deus super eum in igne ⁸⁴. Si descendit et in montem descendit, et ascendebat fumus tanquam fumus fornacis et obstupuit totus populus valde, siebant enim voces tubæ prodeuntes fortissime; valde Moyses loquebatur, et Deus respondebat ei voce: et descendit Dominus in monte Sina super cacumen montis, et vocavit Dominus Moysen in cacumine montis, et ascendit Moyses, et dixit Deus ad Moysen. Hæc quidem de eo si descendit, et si videtur, et si vocibus loquitur Deus, et si tubæ aderant, et si in ignem descendit, quid sibi vult fumus? Sunt autem ex sequentibus aliæ quæstiones: sed bene est sensim accedere ad proposita. Et sicut hi qui ædificare desiderant, et lapides transferre cupiunt, si singulos transtulerint, multos poterunt adunare: si autem multos simul levaverint, nec quidem unum levare poterunt: ita et nos interim; prima enim dicta intercipere facile videtur audientibus; timidus autem difficile. Si enim voluerit quis dicere, locutus est, non est locutus: vox, non vox; facies, non facies; simpliciter videtur facile quid operari, audenter autem operatur. Sed oportet nunc ab ipsa Scriptura accipere solutiones, et ostendere quia istæ voces ita quidem dicuntur, non ita autem debent intelligi. In ipsis enim iisdemque sermonibus primo exhibet necessitatem, ob quam ita apparuit Deus. Dicit enim: *Ecce ego venio ad te in columna nubis, ut audiat populus loquentem me ad te, et credant tibi in sempiternum* ⁸⁵. Et iterum ad populum dicit: *Vos vidistis, quia de cælo locutus sum vobis* ⁸⁶. Et certe ex monte Sina. Quomodo ergo potest fieri de cælo et de monte Sina simul? *Vidistis, inquit, quia de cælo locutus sum vobis. Nolite vobis facere similitudinem omnium quæ sunt in terra* ⁸⁷. Et certe si similitudo erat qui apparebat, deberent videntes magis adduci ad ipsius similitudinem. Si autem dicit: *De cælo locutus sum vobis*, qui dicitur quia de monte Sina: manifestum est quia

⁷¹ Gen. III, 8. ⁷² Isa. LXIII, 1. ⁷³ Isa. VI, 1. ⁷⁴ Dan. VII, 9. ⁷⁵ Psal. XXXIII, 16. ⁷⁶ Isa. I, 20.
⁷⁷ Psal. CIV, 16. ⁷⁸ Psal. CIX, 1. ⁷⁹ Isa. LXVI, 4. ⁸⁰ Dan. VII, 9. ⁸¹ Psal. XXVIII, 4. ⁸² Luc. III, 22.
⁸³ Exod. XIX, 16. ⁸⁴ ibid. 17, 18. ⁸⁵ Exod. XIX, 9. ⁸⁶ Exod. XX, 22. ⁸⁷ ibid. 4.

(71) *Commendatio. Forte, commentatio.*

(72) *Ea surgere. Forte, exsurgere.*

(73) *Diseri. Forte, disseri vel deseri.*

(74) *Περιγραφήν, ambitum.*

(75) Forte sic legendum, *de omni: partibus autem.*

(76) Ms. est. *Ista facies Domini et memoratim.*

(77) *Deum. Ms. Domini.*

ambitionem (78) præsentis suæ ostendit in monte, ipse autem in sua manebat majestate. Cur autem et a monte Sina apparet qui de cælo, *Ne timueritis*, inquit, *quia tentare vos venit Deus, ut sit timor ejus in vobis*⁷⁹? Non ergo natura est quæ apparebat, sed dispensatio quæ adducebat. Quia enim audacissimus erat populus, quia semper declivis ad idololatriam habebatur; quia enim humilis erat, et desiderabat per manus contingere Deum, et per oculos videre: quia enim talis erat populus, misericors autem Deus et bonus facit eistimorem, qui nec post timorem timuerunt, et dicit: *Quia si quis appropinquaverit, morte morietur*⁸⁰. Et certe oves erant illic ante hoc, et non sunt mortuæ. Moyses enim illic pavit, Moyses erat illic ut pastor, nec dura est propheta, et non est mortuus. Utique et alii ante Moysen; sed propter adventum, quis dicit, Dei dixit, quia si quis appropinquaverit morietur. Nonne magis deberet vivere qui appropinquat adventui Dei? Sed terrere vult populum audacem; unde et tubæ sonant canentium. Quid enim magnum est Deo operamenta creare ad istiusmodi necessitatem, aut sine tubis sonum talem emittere? Non ab re autem est quædam ex Daniele apponere, sed et opportunissimum. Quia enim diximus quia non erat impossibile Deo tubas creare, aut sine tubis sonum audiri: scriptum apud Daniele est, quia, *Manus ingressa sola scribebat in pariete*⁸¹. Ista manus Deus est, aut angeli incisio est? Sed quia deberet videri non tenens, forte autem nec atramentum bajulans, neque alio aliquo operamento abusa, aut ipsa usa, addatur et canna, et atramentum creatum. Aut si hoc quis voluerit accipere, scripsit manus, et dum scripsisset, recessit. Quid manus ista dicebat, cujus Dei sola manus, et ubi est totum? aut angeli, et ubi est totum? incisio erat passibilis. Ergo quo ista incisio est? Quid ergo est sententia visa? Ut enim sciret rex qui ausus est, ideo manus ad lucernam indigens, quæ nec oculis visa sunt. Et certe ut scribat quis, valde intentio necessaria est, et videntium ocolorum, et acute videntium. Nunc autem scribit sine oculis, sine tenente, sive cum atramento, sive sine atramento, sive sine aliis operamentis, sive cum aliis, admiratio est; qui valde carnes sunt, qui corporales, qui volunt Deo corpus dare, respondeant nobis, illa manus corpus erat aut non corpus? Si corpus; sine humeris non moveatur, sine toto corpore non sit manus. Si autem apparet manus, et scribit manus, et recedit manus; agnoscatur quæ est natura visionis præsentis. Importunum autem non est adjungere, cur et manus. Si enim jam dictum est, quia oportebat sententiam scribi, sed forte ideo per manum, quia et pater hujus regis adversum quem ista sententia scripta est, ob populi delicta potuit et populum tenere et templum. Et populum quidem adduxit captivum. Condicens autem quia

prophetiæ factæ sunt a Deo prænuntiantes captivitatem populi quæ per eum facta videtur, vasa sacerdotalia accipiens, et hoc superbus et erectus, et alta cogitans, ut propheta de eo diceret: *Tu dixisti in corde tuo, Ad cælos ascendam; supra nubes ponam sedem meam, et sedebo supra montes altissimos ad aquilonem, et ero similis Altissimo*⁸²: quia talia sapiebat, et talia loquebatur, et talia cogitabat, iste accipiens sacerdotalia vasa non est ausus uti iisdem, sed tanquam in ratione honoris posuit in templis, non consecrans idolis, sicut quæ insequuntur demonstrant, sed recusans vasis uti divinis. Isti succedens filius ejus in regno, non ei successit et secundum istum honorem, sed innovans potestatem regni sui, profert vasa sacerdotalia, et bibit in ipsis. Et quia ipse et sui male extenderunt manus suas ad vasa, quia enim manibus tetigerunt ea quæ eis non contingebant; manus pro manu exiens scripsit juxta lucernam, ut qui aderant homines viderent sententiam. Quæ ergo est manus illa? Non corpus, neque ex corpore incisio, sed efficientia ad visionem veniens, ut agnosceretur sententia invisibilis. Suffecerat autem et manus ostendere virtutem, et interpretari obscuritates, solvere dubitationes, sed non est egenus dives. Invenimus enim in Scripturis et forte multa, quæ ut quæstiones motæ sunt, possunt nobis ad solutionem prodesse. Novimus enim et de Daniele, quia vidit sedes positas, et Vetustudierum insidentem, cujus albi erant capilli, et vestimenta candida⁸³. Et certe et hoc accipiebatur propter contumaciam, aut propter negligentiam. Ad ostentationem quippe quia corpus est Deus; sententia autem virtutem sermonum exhibet, quia maxime exhibe incorporalis ostenditur Deus. Quis enim ignorat omnem qui oculis utitur, quia oculo contingit ea videre quæ adsunt? quæ autem in crastinum aut post parvam horam, aut post momentum fient, non videt oculus: Danielis autem visio, Initium quidem habet a lea, post leam autem introducit ursum, tertium animal ut pardum, quartum tale cujus natura apud nos non invenitur. Interrogabo volentem contendere, lea regnum est? Si enim quod vidit Daniel erat visibile, leam autem vidit; non vidit regnum, sed leam. Ne igitur removeamus dictum, Scripturam videamus. Si enim ipse Daniel interpretans, aut interpretatam ab angelo visionem audit, quia primum regnum est Chaldæorum, intueris quia quod visum est, lea erat; quod autem interpretatur, regnum. Aut dicat qui voluerit, putas fera aliqua erat, et vivebat; et talis qualem vidit Daniel? Si autem insignia vidit regni, interpretationem autem agnovit, visiones corporeas facere non debemus. Ursus autem apparebat secundus post leam, et tria latera erant in ore ejus. Putas quia et latera viva erant, et unde ea accipit ursus? Putas aliquid animal expugnans

⁷⁹ Deut. vii, 5. ⁸⁰ Exod. xix, 12. ⁸¹ Dan. v, 5. ⁸² Isa. xiv, 13. ⁸³ Dan. vii, 9.

(78) *Ambitionem*. Id est, *ambitum*.

quod in consuetudine est apud uos; aut significat, quia per tria latera tres regiones habebit illud secundum regnum. Tertius autem pardus quidem erat quantum ad visionem, quatuor autem capita habebat. Si quis autem vestrum vidit in natura quatuor capita pardum habentem, sit visibile et animal istud. Si autem naturam convertit, formantur autem regna per istiusmodi visiones, ad corpora non compellamus. Quarti autem animalis in totum nec figuratio est posita, eo quod immutatum et novum a cæteris videbatur, ut ne quidem similitudo in eo alicujus animalis inveniatur: hæc vidit Daniel. Et ante hæc: *Vidi, inquit, quatuor ventos calis immittentes in mari magno* ⁸⁴. Putas et venti visibiles fuere? Quatuor autem simul immittuntur in mari. Et mare vidit, ubi agens præsens mare, aut non præsens conspexit. *Et quatuor, inquit, ascende-
bant feræ de mari* ⁸⁵: lea ex mari, et ursus ex mari, et pardus ex mari. Intueris quia ipsa Scriptura per ea quæ videtur ligare, per eadem et solvit. Mare in illis non erat locis, ubi erat Daniel. Puta quia erat lea, et ursus et pardus et novum illud animal: ex mari quomodo ascendunt? Venti autem quomodo videntur? Puta quia visa sunt ista. Ascendit lea ex mari, quomodo regnum in terra. Si autem regnum in terra est, non est jam lea: quod enim visum est aliud erat, quod autem interpreta-
tum aliud. Sed puta quia transfert et leam ad regnum: interpretatur enim angelus ei qui viderat et reliquas feras unumquodque in sua constitutione. Si ista enim quæ apud nos sunt et visibilia habentur, transferamus ad invisibilia, et dicamus quia non aderant, sed visa sunt; et visio est, et non naturæ progenies. Transeamus ad Deum, ubi sedes sunt positæ; et jam non dicamus sedes aliud aliquid, sed ipsas sedes: et non jam dicamus quia vius est qui non est visibilis, sed visio est. Judicem introducere audeat qui vult, sic concedit ei Scriptura. Meminisse autem oportet quia suggestimus quod suggerit et natura, quia oculi futura non vident. Neque post quodlibet momentum lea primum regnum tunc sub Daniele erat, ursusque ejus successit regno: pardus tertium regnum. Non enim unoquoque animali regnum, sed unaquæque fera regnum est habens multos reges. Ergo usque ad quartum regnum multi reges. Post quartum autem regnum iudicium adversum quatuor, et quatuor non adversum primum. Daniel autem et primo, et secundo, et tertio, et quarto regno iudicium post novissimum quartum, in uno momento vidit. Nunquid possunt adunari ea quæ hodie facta sunt, cum his quæ crastino fient, et tertio et quarto die, ut videantur? Si igitur ea quæ in quatuor diebus fiunt, ad unum momentum convenire non possunt: quomodo ea quæ in quatuor regnis facta sunt, et fient in tantis sæculis et temporibus, in uno momento oculis videri potuerunt? Ergo quæ vidit Daniel

A futura erant; quia quæ incipit videre, non videt quæ videntur, sed videt quæ non videntur. Ideo autem et nuncupatio erat prophetarum ista, ut dicerentur qui vident: quia enim et apud nos quidam vident, quidam non vident, et ad cæcos comparatio est eorum qui vident, et diversitas et discretio est. Sumus autem quantum ad considerationem visionum non videntes. Vident autem prophetae, quæ nos non videmus. Ex ipsa ergo efficientia acceperunt et nuncupationem qui vocabantur prophetae secundum veterem vocem, cum maxime exceperunt his qui vident. Unde et multæ inscriptiones tales inveniuntur, dum dicit: *Visio quam vidit Isaias adversus Ægyptum: Visio adversum Babyloniam* ⁸⁶. Quia igitur videbant, ut videbant, videbant autem non ut homines. Quæ ergo oculis hominum non videntur, non sunt corporalia. Vidit Daniel: quid vidit? quia *sedes sunt positæ*. Quando? Si enim iudicium vidit, tunc utique cum quarti regni interemptio futura est. Iterum tamen cum hæc videret, non flebant ea quæ videbat. Cur autem et sedes videt, *Judicium sedit*, visio ad efficientiam facta est rei. Quia enim apud nos iudices in sede sedentes subditos sibi iudicant, dicit, *Sedes sunt positæ*. Et certe si talis esset Deus natura, non debuit dicere, *positæ sunt sedes, sed, erant*. Si autem *positæ sunt quæ non erant antea collocatæ, et sedit qui ante non sedebat; ergo nec tunc positæ sunt, nec tunc sedit: sed ostendit per ea quæ cognita sunt nobis verba efficientiam Dei ad iudicium*. Denique et descripsit illic albos capillos, candidam vestem, ignem ante iudicem, et fluvium igneum. Dicit enim quia *Vetusus dierum sedit*. Cur vetustus dierum? Et certe ne quidem dies opus sunt Deo: sed quia resurrectio fiebat in exitu ætatum regum, multum tempus necessarium habebatur. Quia enim per multos dies expediebatur istud, *Vetustum dierum nominat iudicem*. Et quia mundum erat iudicium et purissimum, et inflexibile; albi capilli mundi iudicis, et candida ejus vestimenta et immaculata dicuntur: ideo et capilli albi, sive vetustatem annuntiantes et ipsi, sive iudicii puritatem. Ego autem et contingere istiusmodi habitum pertimesco. Si autem non erat quod diceretur, quod posset omnibus videri recedere ab istiusmodi sensu tacerem. Sed timidos, inquit, facitis filios Israel ⁸⁷. Cur autem et fluvius illic igneus currit, dicit quia interfecta est bestia, et corpus ejus datum est igni ad exurendum. Quia enim sententia bestiam mittebat in ignem, prius præparavit operamentum per quod futurum erat iudicium. De his igitur quæ in Daniele sunt posita, ex bestiis illis manent quæ visæ sunt feræ, non autem quæ annuntiabantur regna, et ex temporibus quæ habent spatia sæculorum, quæ conjuncta sunt per visionem ad unum momentum, et ex eo quod iudicium non tunc est factum, quando et visum est; non solum ad suspi-

⁸⁴ Dan. vii, 2. ⁸⁵ ibid. ⁸⁶ Isa. xix, 1; xiii, 1.

⁸⁷ Levit. xv, 31.

andum Deum corpus esse non debuit non sinere, sed potius ad satisfactionem venire, quia incorporealis est Deus. Est autem rationis et his similia addere. Ipsa enim visio Danielis quæ per bestias facta est, soror est ejus quam vidit per imaginem Nabuchodonosor, et salvatur cum pœnitentia (79) comparantur, et e contra ponuntur ea quæ in imagine visa sunt, et ea quæ per visionem istam ferarum ostensa noscuntur. Quatuor enim erant et istic feræ diversa natura; quatuor autem et illic materiæ concurrunt ad compositionem unius imaginis, et nihil nos prohibet unum ad unum interrogare et videre. Lea regnans habetur in feris: aurum autem præcedens in istiusmodi materiis: fulget enim, et sicut ignis in nocte, ita aurum inter cætera quæ possidentur. Accipiamus igitur ab imagine quidem caput aureum; a visione autem istam leam. Et forte ideo utraque femineo nomine, quia et regna. Inde accipiamus argenteum pectus, et brachia: post aurum, argentum, post leam, ursum: et tria, illic ærumentum, istic pardum; subducitur enim secundum pœnitentiam (80) comparatio. Inde jam permistum ferrum cum testa; istic bestia cujus figuram propter varietatem non manifestavit. Et illic lapis comminuit imaginem; istic iudex iudicat bestias. Si quis igitur contentiosus voluerit hæc visibilia esse, dicat nobis utrum caput est aureum lea: utraque enim ad hoc ipsum concurrunt, et utraque sibi non similia, neque qui annuntiat. Quid enim ad leam aurum? Quid autem utraque ad regnum? et ita ea quæ insequantur, quæ et ab imagine proferuntur, et quæ a bestiis discernuntur. Et illic lapis sine manibus, ut non hominis sit opus; istic iudex. Et illic quia materiæ erant, comminuntur; istic quia bestia erat, in ignem mittitur. Ita habemus et Pharaonis spicas, et boves septem, et pingues et macilentas. Et quantum ad naturam spectat, boves quidem spicas manducant, spicæ autem a bobus comeduntur. Quod autem significatur et ab his qui manducantur, et ab his qui manducant, ipsam eandemque habent virtutem. Ad quod enim fuerat acceptum non dissentit, sed et necessaria visio est. Quia enim de annis, et natiuitate, et fructibus erat, spicæ autem horum sunt genitricæ; per spicas quidem anni annuntiantur. Quia autem per opera boum nascuntur spicæ, boves quorum operatio fruges sunt, et spicæ boum natiuitates; accepta quidem sunt varie, annuntiarunt autem effectum. Putas ergo fructus bovis est, aut spicæ annus? Sed alia quidem sunt quæ videntur, alia autem quæ annuntiantur. Joseph autem manipulos vidit: nonne deberent et istic anni esse? Sed ait: *Somniauit autem somnium Joseph, et retulit fratribus suis, et dixit eis: Audite somnium hoc quod somniaui. Putabam nos alligare manipulos in*

⁷⁹ Gen. xxxvii, 5. ⁸⁰ Isa. xxix, 8.

(79) *Cum pœnitentia.* Interpres videtur μετανοίαν pœnitentiam legisse pro δάνοιαν cogitationem.

(80) *Pœnitentiam.* Hic quoque δάνοιαν cogitatio-

medio campo, et surrexit meus manipulus, et rectus stetit, et conversi manipuli vestri adoraverunt meum manipulum ⁷⁹. Et interpretatur pater, et suspicatur fratres, quia incipiet reguare super fratres suos. Et nunc quidem manipuli: iterum autem ipse solem et lunam videt et undecim stellas. Differt in gloria stella, manipulus non differt. Sed apparet quia stella manipulo ad quod accepta est, non est melior. Cum enim pater positus est in loco solis, mater autem in loco lunæ, fratres consequenter efficebantur in loco stellarum: forte autem nec ista simpliciter debemus transire: sed quia occasio adorationis facta est fructuum abundantia, ideo non ab alia occasione vidit adorantes se fratres, quam a manipulis messium. Si quis autem voluerit et stellas, et lunam, et solem requirere, ad istum sermonem inueniet concurrere. Quis enim ignorat ex omnibus Moysi vocem, quia ex frugibus quos nutrit sol et luna, facta occasio est visionis? Ergo quia fructuum erat occasio, per ea quæ fruges enutrient, facta est et visio duplex. Putas ergo quia aliquis ex his qui adsunt, invigilans et sobrius, cogitavit apud se ut sobrius, quia istæ visiones per insomnia sunt factæ, et forte suspicabitur vim facere nos et his visionibus quæ per insomnia factæ noscuntur, et ad solutionem eas accipere, quæ videntur per oculos visæ ab invigilantibus. Si enim ita esset, subripere deberem, et hoc ipsum suadere et ludere: forte autem et si tacuissem, quia per insomnia factus est mihi sermo, viderer his qui adhuc somniantur, et inauditum edicere quid et exhibere. Quia autem veritatis est locus, et non nos seducere oportet, neque suasioni captare, sciamus quia hæc quæ dicta sunt omnia per insomnia visa sunt: *siquidem et Nabuchodonosor somnium vidit, et Daniel illud quod diximus per somnium vidit, et Pharaon, et Joseph per insomnia habuerunt istas visiones.* Nihil ergo mirum si et nobis per insomnia appareant quæ videntur. Alia enim de aliis frequenter videmus, aut tempestatem maris, aut nosmetipsos trahi a fluviis, aut prata, aut fructus; aut quia de tectis dejicimur, aut quia thesauros invenimus, aut quia amisimus aliquid, aut quia subingressus est quidam, aut quia alius exivit, aut quia locutus est nescio quis, aut quia dedit aliquis. Erant autem omnes istæ ambitiones, sicut dicit Isaias: *Sicut qui vidit semetipsum manducantem per somnum aut bibentem, evigilans autem adhuc esurit aut sitit* ⁸⁰. Cum maxime visi sumus exsolvisse et ista, et unusquisque audientium jam suam refecerat mentem, tanquam solutione inventa et sollicitudine soluta; subito quæ putatæ sunt visiones somniis revelatæ, iterum nobis constrinxerunt vincula quæstionum, et tempus apprehendit taciturnitatis. Forte non importunum tempus neque inutile est. Si enim et quidam præ-

nem potius quam μετανοίαν pœnitentiam legendum fuisse videtur.

sentium est, qui horum scientiam per noctem accipere incipiet tractans et repercuiens insomnia, et ne quidem ipsi somno concedens, forte scrutans per noctem cum otio, et a lumine nocturno fulgores accipiens, quæret vinculorum horum solutiones: et si quidem invenerit lucratus est, et sursum et deorsum convertens, et quærens et volutans, persistit in incerto, sollicitior venit ad inventionem solutionis. Scio autem quia unusquisque qui hic assistit, exiens de his quidem erit sollicitus, curam ventris non faciens: forte autem quidam et indignantur, quia protendimus sermonem; plurimi enim obdormientes et in facie volunt ex aliorum laboribus et sudoribus sine labore parata suscipere; si autem et susceperint, qui autem adinventiant non laborant. Si autem et suscipientes servabunt qui non sudaverunt, nihil autem horum requirentes;

A sive enim quis cogitat, sive quis intentus est, sive quis commodum accipit, sive quis convertit opprobrium, gaudeo. Si autem negligunt qui audiunt, et dissimulant qui docentur, quam rationem dabit qui constitutus est magister, et non quæstiosum dicit, sed quæ impertit gregi Domini? Imprecatur quidem ab eo omnes sollicitos esse, et scrutari, et quærare, et tenere, et discere, et fructificare. Si autem et quidam negligunt, quibus nec convenire sollicitudo est, nihil hoc ad me: et certe ad me; tangit enim me et contristat; tamen sive paucis efficitur sermo sive multis, sive negligentes sunt sive solliciti, non debeo propter negligentiam et ipse negligens inveniri. Forte autem quidam et contendunt exprobrati: et si non propter amorem doctrinæ et B studium, saltem propter ruborem et opprobrium, etc.

EUSEBII PAMPHILI

DE EO QUOD AIT DOMINUS:

Non veni pacem mittere in terram.

LIBER SEXTUS.

Et sponsos qui nunc filii habentur, parentum desiderium trahit, et properant ad genitores annuntiare sponsæ honestatem et colloquia, quique et parentibus manifestus est mos ejus, et habitus, et affectus. Festinant autem iterum et ad sponsam, memores illius ab initio mandati, qui ait: *Relinquet homo patrem et matrem, et conjungetur mulieri, et erunt ambo in carne una* ⁹⁰. Lætantur autem et parentes videntes filios patres. Et scimus sponsum verum Ecclesiæ Dominum. Sed quia lumen illud verum luminaria facit, et magister ipse solus in Ecclesia posuit et magistros, et pastor ipse bonus pastores constituit, sponsus quidem ipse verus est, ut est sponsus. Quia autem mysterialis est, mysterialitas ista non maculatur sponsa, si et servos in honore suscipiat sponsi. Dicebat enim sponsus Dominus, ut audistis: *Qui vos suscipit, me suscipit* ⁹¹. Apparet autem quantum sponsalitas ipsa emineat, ab ea quæ in mundo est periculosa; non enim istinc mulier adjuvat virum, sed sponsus sponsam: non sponsa servit viro, sed sponsus servit et dicit: Ego libenter pro animis vestris erogabor, et memetipsum tradam. Et horum quis est dignus? Si enim ille qui vere est sponsus Dominus et Deus Dei non nati unigenitus Filius, qui in figura Dei constitutus, propter charitatem sponsæ, formam servi accepit: si Dominus in figura servi propter dilectionem sponsæ; qui natura servi sunt, quid putas quam

C figuram debent assumere? Sustinet sane sponsus quanta ad correctionem sunt necessaria et ornatu sponsæ, patitur et labores et vigilias et adventiones: vigilat enim ut rescitur sponsa, et laborat ut adornetur, et invenit ut pascatur. Natus enim illius efficitur sponsæ ornatus. Quid autem dico de Filio qui de cælo descendit, ut captivam sibi acciperet sponsam, illam quæ ante erat sordida, quæ fuerat fornicata, quæ comas habebat impuras, quæ et ab intus et a foris non erat bona, in quam illuserunt dæmones, quæ sedabatur in montibus, quæ nuda currebat, quæ lectiones dæmoniorum habebat, quæ turpia cantabat, turpia ludebat, turpia loquebatur: quæ ne quidem in itinere hominibus concedebat, quæ portabat lapides, et fornicabatur ad ligna, D quæ fumigata erat, quæ redolebat nidore fœtido, quæ quid non mali habebat? Cui enim et alio decebat talem sibi eligere sponsam, quam illi qui erat misericors sponsus? nihil enim habebat hortamenti ad dilectionem quæ assumpta est. Quia ergo nihil erat ab ista adhortamentum, ideo facta est gratia ejus qui accepit talem: pro odio enim quo erat digna, dilexit eam; pro pœna honoravit, pro mortali mortuus est, pro condemnata condemnatus est, pro injuriosa ipse passus injuriam et accipiens sputamina in sanctam faciem, et ante sputamina eam suscipitis (81). Ista enim sponsa, ancilla ex servis erat, a patre non bona, et matre quæ erraverat, contu-

⁹⁰ Gen. II, 24. ⁹¹ Matth. X, 40.

(81) *Suscipitis. Forte, suscipiens.*

max a contumacibus, in multo tempore capillos A habens captivos et ungues, et in omnibus sordida. Et quod est maximæ admirationis, ille erat sanctus in sanctis habitans, sedens ad dexteram Patris, mundus a mundo procedens, lumen verum, sol justitiæ; ille qui ab angelis adorabatur, passus est ut ab hominibus illuderetur. Et ego quidem miror nos et sponsam, quia non stupuimus illius qui advenit gratiam, et illius qui misit donum, et non statim, non insania quadam, sed religiosa mente et tervido desiderio spoliati, corpus et animam, ut ita dicam, retribuimus Deo pro omnibus quæ nobis retribuit. Quid autem et ei possumus retribuere? Moriemur pro ipso, sed ipse primus pro nobis mortuus est. Et nos quidem si moriamur, naturaliter suscipimus mortem; ille autem contra naturam patiens fuit ad B mortem. Et nos quidem si fuerimus mortui, lucrabimur nosmetipsos: ille autem mortuus est non ad utilitatem propriam, sed ut nos lucraretur. Et nos morimur ad spem vitæ: ille autem vita est vivens. Et nos in martyrio patimur, ut non cum mundo condemnemur, fugientes per mortem gehennam, et in hæreditate accipientes regna cælorum. Nos ad mercedem; ille propter charitatem. Si quis autem consilio assentit meo, sit quidem merces ab ipso, non sit autem nobis cursus ad mercedem: non enim quia promittit ideo debet et diligi, sed quia talis habetur, et talis est Filius: non quippe diligitur ob ea quæ donat, sed propter naturam sui et ante donationes. Siquidem et hoc lumen sensibile, non quia C pascit oculos amatur, sed quia clarissimum habetur. Nonnunquam enim et fontes videntes perspicuos et puros, et si non admittit tempus bibendi, tamen miramur pulchritudinem, etiam non adveniente usu. Et ad cælum respicientes delectamur, non quia manducamus. Si igitur opera ejus ita sunt bona, et ante gustum et escam delectant cum videntur, et coaffectari faciunt; ipse qui vere supra omnem pulchritudinem habetur, et vere est bonus, non ex mercede habeat dilectionem, sed ex natura amorem. Ego sane nonnunquam in cogitatu isto adveni; venite et vos ad suspicionem bonam: sæpe enim a sanctis Evangelii et vere divinis de Domino Jesu audiens, auditum ad visum converti: videbam enim admirationem novam Dei, Filium Deum in terra D corpus habentem: et putans adesse spectaculum ex Scripturis pene et porrecta manu apprehendi flumbram vestimenti ejus, ne forte et a peccatis liberarer. Non igitur fraudemus nosmetipsos a visione Dei unigeniti, qui pro nobis ad nos venit: nam etsi in corpore advenit, tamen non latuit Deus nube circumamictus. Si enim et apud nos animæ status datur ad visum per oculos, per faciem, per maxillas; qualem putas esse illam faciem, qualem illam divinam constitutionem, illum tranquillum oculum, illam honestam linguam et motum? Unum est quod confert ejus adventus, ut suscipiatur talis habitus

in terra a mortalibus. Quia ergo non est idonea nostra natura verbis assumi ad tantum Dei Filium Deum, qui ut non solum verbis edoceret, sed et operibus informaret, venit visibilis, ut et dum videtur, ostenderet invisibilem. Et mihi quidem ipse sit testis sermonis. Cum enim lavaret Dominus pedes servorum, magister discipulorum, et excusante Petro dicebat formans eos et dicens: *Hæc ego ideo facio, ut et vos edoceamini invicem eadem facere* 11. Sicut igitur in illo actu dictum est quod mandatum est, quia ideo facit ut ostenderet totum; ita audi quia venit formare ad deitatem homines. Miserabiles autem sunt qui non inspiciunt; beati vero oculi eorum qui vident. Videtur enim et nunc Dominus: si quis enim habet oculos videt: nunquam enim ille discedit, sicut ipse dicit: *Ecce ego vobiscum sum, usque ad consummationem sæculi* 12. Adest Dominus si habes oculos, et antequam audias vides. Si autem non vides a temetipso, movere cum eo qui ostendit, et videbis. Si autem et cum ostensum tibi fuerit non vides, lamentare cæcitatam tuam debebis. Sicut enim non potest oculus sine lumine videre, ita non potest nec mens sine Deo vivere: celerius quippe salvabitur piscis sine aqua, quam anima sine Christo. Quid ergo? Num non vivunt gentiles, et Judæi, et hæretici? *Permitte*, inquit, *mortuos sepelire suos mortuos* 13. Venit Deus apportans hominibus, quod nullus hominum adduxit: non enim erat servorum magna donare, sed servorum erat Regis adventum annuntiare: donare autem ipsius erat Regis; ideo et præcursores dicebant: Veniet. Ipse autem qui loquebatur adveniens donavit: per Moysen enim data est lex, sed nihil factum est; gratia autem et veritas non data est, sed facta est, et correxit. Sicut enim mulier illa quæ fontem sanguinis contra naturam habebat, fatigata est medelas hominum sustinens; profuit autem ei nihil, sed tantummodo consumebatur et corpore et facultatibus: ita secundum formam istam humana natura accipiens medelam a prophetis et sacerdotibus et a lege ipsa, non est curata; sed is qui sine lege erat subingressus est, ut abundaret peccatum. Quia igitur non erat hominis corrigere hominum passiones et vitia, Deus accepit infirme hoc ipsum quod jam erat emortuum, et subingressa est vita, ut præsentia virtutis repercuteretur virus serpentis, Quis non movebit ad desiderium Christi? Siquidem Christi Pater. Illi enim decet talis et tanta largitio: *Nemo enim, inquit, potest venire ad me, nisi Pater meus attraxerit eum qui est in cælis* 14. Non quia vim facit Deus, sed quia domat homines mortales, pro quibus mortem immortalis gustavit. Nolite in vacuum gratiam ponere, non in somno Evangelium: sed evigilantes compute quid factum est, quid natum est, quid donatum. Deus Filium suum misit: qui non obedit ei, habet iudicium. Misit, inquam, Filium suum Deus, justitiam ad iniquos, eum qui sine peccato ad peccatores, obe-

11 Joan. xiii, 15. 12 Matth. xxviii, 20. 13 Matth. viii, 22. 14 Joan. vi, 44.

dientem ad contumaces, gloriosum ad ignobiles, A eum qui ad dexteram Patris ad eos qui in terra jacebant, Filium ad servos, judicem condemnandum pro his qui erant condemnati. Quis non accendatur? Quis non stupeat? Quis non e flamma ista viscera accendat sua? Si non sumus lapidei, et ante sermones non movent, deslere nos convenit, quia putantes nos vivere, mortui sumus. Quibus Jesus non placet Deus, hos putas quid delectabit? Si autem pulchritudo in carne emortua, et lapides pretiosi, et margaritæ claritas, movet alacritatem hominis; cum Deus Filius fuerit visus, a quo et bona ista sunt facta, quomodo non vere veniet passio illa in homine, de qua dictum est: *Diliges Dominum Deum tuum ex omni anima tua, et ex omni virtute tua, et ex omni potentia tua, et mente et sensu tuo*⁸⁶? Apparente enim Domino Jesu, non derelinquitur pars aliqua dilectionis ulli, quia non dividitur charitas ad Deum et ad homines, et ad emortua quæ in terra sunt: sed sicut antequam appareat sol, et lucernis fruimur, et stellas patimur, et luna delectamur; cum autem sol fuerit visus, quædam quidem non parent, quædam autem et occultantur, omnes autem convertunt facies suas ad solem; et cum multa sint bona, omnia enim bona valde: cum autem apparuerit is per quem ista bona, bona; nihil eorum quod bonum est jam videbitur bonum. Si quis vidit effigiem audit, si quis non videtur et ut videat, et consentiat his quæ dicuntur: amores enim claræ pulchritudini contendunt; quantum enim bonum est quod diligitur, tanta et mensura est charitatis. Si enim oculi fuerint in facie boni, tanta motio efficitur, quantum et oculi fuerint moti: ei (82) autem aliud aliquid in oculis, duplicatur amor: si tota facies fuerit bona, totius vultus charitas mensuratur: si autem et alia membra fuerint bona, addita pulchritudine, crescit et desiderium. Jesus autem totus est bonus, et vere bonus, boni enim Patris progenies est bona; cujus pulchritudinem clamat cælum per suam speciositatem. Istum collaudat et solis splendor, istum prædicat luna et incipiens, et plena, et deficiens. Stellarum autem chori istum coronant, sed non opera in istum, aut ab operibus gloria ejus, sed ex sui natura. Mare istum fluctibus præfert, terra cum fructibus coronat et floribus, choro autem ei et animalia dum exsultant, faciunt. Cum autem audis quia glorificatur Filius ab omnibus, noli oblivisci Patris quem glorificat Filius. Sed de inenarrabili et non nata natura Patris in memoria venire timor est. Quia ergo ille timorabilis est propter bonitatem et supereminentem benignitatem, et quia nos non possumus ad illum nec mentē respicere; imaginem ejus considerantes miramur indicibilem illam virtutem Patris: et ideo eum qui ad nos venit consideremus, et habebimus fructum. Dicit enim et ipse: *Si quis me videt, videt et Patrem*⁸⁷: qui

A enim imaginem videt; per imaginem, principalem agnoscit. Filius igitur ad nos venit, non tamen nos ad ipsum; vel nunc autem nos ad ipsum simus: Deus vocat; et his qui non adveniunt, sufficit pœna quia non obediunt. Vocat Deus. Ad quæ? Ad ea quæ decent Deum. Et certe Abraham vocavit Deus, et præcepit unigenitum Filium suum offerre sibi. Et videtur perniciosum hoc esse, forte tibi, non tamen Abrahæ; Abraham enim lucrum duxit: videbantur enim jurgari viscera et religiositas. Sed adhuc apud nos jurgari possunt; Abraham autem ne quidem dubitatio fuit, nec cogitatus, nec dilatio: sed lætabatur Abraham, quia victurus erat filius ejus oblatus: amor est enim religiositas, in qua et charitas mensuratur, et affectus impletur: B si enim charitas non fuerit otiosa, omnia erunt etiamsi coaffectatus fueris; propter timorem enim si obedieris, perfectus non eris; propter comminationem autem gehennæ, mali servi malum propositum habebis: propter autem regna cœlorum voluntas est mercenarii. Quæ autem decora est via? stupere bonum, mirari immensum, amare Deum. Si enim scis, non potes non diligere; si vidisti, non potes non coaffectari. Nihil enim ex omnibus quæ sunt, neque omnia simul, tantum illicunt, quantum delectat unus omnium Dominus. Ita illicit et Pater si fuerit visus: tantum enim si apparuerit, nihil jam quis sustinebit. Videbitur autem ab his qui mundo sunt corde; si enim mundum fuerit cor, effulget inde lumen, et videbitur C quod effulget, et statim martyres, confessores, sanctimonium, virginitas, natura mortua, membra crucifixa: desiderium enim fervet in animis, et conjungitur ad desideratum: cum enim adunaverit quis bonorum conventus, cœli magnitudinem, et ea quæ in ipso sunt est pulchritudo, solis prædictam claritatem, et aliorum omnium quæ illic sunt bona; nec non et ea quæ in terra germinant, florent, expanduntur, procedunt, nascuntur; et ea quæ in aere volant, et in aquis natant: cum hæc omnia adunaverit ut componens in unum, ne quidem gutta ut ad illam pulchritudinem erunt, ut desiderium stupore magis sit, et charitas, et admiratio, ut talis jam homo desideret novam quamdam constitutionem sui invisibilem fieri: affectus enim ad invisibilem invisibilis habetur, et solitudinem quærit. Qui autem ad istam constitutionem occurrerit, nescit quia et cælum et terram non videt, nec novit in quo in terra est loco: maris autem ne quidem memor est, et flumina despicit: solem non videt, lunam non considerat, stellarum memor non est; despicit autem et angelorum choros: unus enim ille non permittit dividi visionem ad multa. Qui enim in tali constitutione habetur, nescit quia et carnem habet, et quod est maximum, nec animæ suæ memor est: totus enim evacuatus

⁸⁶ Deut. vi, 5. ⁸⁷ Joan. xiv, 9.

(82) Ei. Forte, si.

In illum est quem desiderat, et universa ei sunt A emortua, et illi vivit soli. Et hoc est illud insigne quod ait Apostolus: *Vivo ego, jam non ego, sed vivit in me Christus*¹⁰. Desiderio enim totus devoratus et a semetipso discedens, illius autem affectus; bona quidem morte est mortuus, bonam autem vitam commutavit ut dicat: *Vivo jam non ego*. Si quis unanimis et ipsius linguæ est Paulo, audiet Paulum dicentem: *Vivo, jam non ego*. Sed quæ tua est vita, o Paule? *Sed vivit, inquit, in me Christus*. In quo vivit Christus, Christum indutus est: istiusmodi homo qui Christo indutus est, non tunicam, sed sicut ferrum igne totus per totum incanduit, totus per totum illuminatus est, nullis ei jam relictus est non motus, non affectio. Sed nos qui Christi sensum habemus, non pigebit nos dicere, B quia talis homo Christus est factus. Quemadmodum autem, sicut dictum est, miscetur affectus desideranti, et oculus lumen suscipiens efficitur luminosus: et ferrum; sæpius enim repetuntur bona; ante ignem quidem ferrum erat, in igne autem ignis magis quam ferrum est factus. Audite desiderantium verba ne forte et vos moveamini ad desiderium. Dicit iste ebrius non vino, sed quem inebriavit Christus desiderio: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Christi*¹¹: in quibus illi confunduntur, alii gloriantur: qui enim ebrius est nescit irrideri, sed irridet irridentes, est enim totus in vino. Si ergo qui in vino est non irridetur; putas qui in Christo est scit quid est confusio? non enim ita tangit vinum hominem, quantum tangit virtus: neque ita tangit ignis ea quæ in ipsum incurrerint, quantum illuminat Filius eos qui se fuerint indui. Quis putas habet Christum qui prædicatur, ut noscat ea quæ dicuntur? cum enim non fuerit conscientia intus quæ sermoni testetur, otiosa ejus qui loquitur verba habebuntur, et efficietur, qui loquitur, barbarus iis qui non audunt. Cum autem præveniens anima recondidit sibi, et finita fuerit desiderio; forte et irascitur ad dicentem, quia non tanta interpretatur quanta ipsam movent. Sed credite quicumque ita proposuistis; ininterpretabilis enim est qui desideratur. Ego sane beatam dico illam, quæ digna iudicata est Deum portare in utero. Ego et præsepium illud diligo, in quo D vitæ positum est medicamen. Et magus beatos dico ob immutationem artis. Beata et Rachael, et jam non ploret, quia ejus filii martyres exstiterunt Christi. Simeon autem ille et Anna ideo gratias agebant, quia digni iudicati sunt videre quem desiderabant multi quidem, viderunt autem non omnes. Joannes autem ille qui in pectore recubuit Domini, inde hauriens nobis loquitur: *In principio erat Verbum*¹. Petrus vero qui a Patre dignus iudicatus revelationem accipere, et videre eum quem non videbat, et noscere eum qui occultaba-

tur. Vere beata et Petra, in qua summus et positi: beati et maris fructus qui vestigia Domini osculati sunt: et pisces qui præcepto educti sunt. Beatus et ille piscis qui dedit pro Domino censum. Beata et terra et mare: utraque enim passus Domini susceperunt. Beatus et Zacchæus qui cucurrit ad ficum, et vocatus ad domum est. Et peccatrix illa mulier, quæ bona importunitate ingressa est recumbentibus: contaminata enim introivit, et mundata exivit. Ergo omnes beati ex adventu Christi, et mortui qui jam non mortui, et cæci jam non cæci, et claudi salientes, et muti laudantes, et ille qui sedebat ad pedes, qui ante a legione impulsus currebat. Beati qui in nuptiis biberunt vinum ex præcepto. Quid ergo omnes beati, aut quidam et miserabiles? Judas enim qui utinam natus non esset! putas quia apud semetipsum non dixit: Utinam non venisset, ut ego non condemnarer! Putas et Judæi si voluissent fuissent beati, et primi? Quid ergo? Quia noluerunt Judæi: *Num incredulitas eorum fidem Dei evacuabit? absit*². Qui enim venit ad faciendum bene, venit siquidem et lumen oritur, non ut occidamus aliquem: ille enim malus est, qui bono utitur male. Nam et ferrum datum est ad culturæ medelam: si quis autem ferro usus occiderit, non est culpandus qui donavit. Siquidem et ignis ad curas, ad luminaria, ad excoctiones datus est nobis: si quis autem eo ad incendendam proximi domum fuerit usus, ille malus est qui utitur male. Neque aqua mala quia præforantur quidam: si enim ipsam quæ ad usum plurimum et ad refectionem data est, bonam quidem, male ad interficiendum utuntur, ipsi potius perniciosi sunt, quam opificium. Et lapis ad constructionem est datus, Cain autem eo ad interficiendum fratris est usus: tantum enim mali sunt qui sunt mali, quia bonum ad malum convertunt. Jesus pax est, et venit pacificare quæ in cælo sunt et in terra. Si hæc vera sunt, sicut vera; quid faciemus his quæ lecta sunt hodie? Dicit enim ipse Salvator in Evangelio: *Nolite putare quia veni mittere pacem in terram*³. Nunquid nix calefacere potest, aut ignis dare frigorem? Nunquid pax potest non mittere pacem? Quomodo ergo ipse pax dicit: *Nolite putare quia veni pacem mittere in terram* de qua sane dictum est, et de quo, quia *venit pacificare quæ in cælo sunt et in terra*⁴. Siquidem et alibi dicit Evangelium: *Venit, non uti iudicet mundum, sed ut mundus salvus fiat per ipsum*⁵. Qui credit salvatur: qui autem non credit iudicatus est. Et iterum: *Non veni nisi ad oves perditas domus Israel*⁶: et certe magis perierunt. Quid ergo ista contraria sunt? Num ut dividantur, veritas non consentiet sibi? Si igitur veritas discesserit sibi (83), perdet et naturam; mendacii enim natura in dissensione est, veritatis autem natura consensio

¹⁰ Gal. II, 20.¹¹ Gal. VI, 14.¹ Joan. I, 1.² Rom. III, 5.³ Matth. X, 34.⁴ Coloss. I, 20.⁵ Joan.⁶ Matth. XV, 24.(83) Ms., *dissenserit sibi*.

est. Quomodo ergo ista sibi consentient? Jesus pax est, et ipse dicit: *Nolite putare quia pacem veni mittere in terram.* Dictum autem de eo est: *Veni pacificare ea quæ in cælis sunt et in terra.* Quomodo ergo non venit pacem in terram mittere, qui Ideo venit, ut et ea quæ in cælis et in terra sunt pacificaret, et ad oves perditas domus Israel venit, et inventæ sunt pereuntes? Non est missus judicare, et invenitur condemnare. Si quis desiderat ea quæ sunt Domini edoceri, projiciat omnia ex corde suo, et mundo oculo mentis intendat. Propositum quidem Dei qui misit Filium suum tale erat, ut salvarentur homines. Obedientia autem ejus qui missus est ea, ut pax esset in cælis et in terrâ. Unde ergo non pax? Ab infirmitate quippe eorum, qui non potuerunt suscipere splendorem luminis veri. Ipse enim pacem prædicat, et ideo hortatur hoc Paulus apostolus, et dicit: *Ipse est enim pax nostra*⁷. Eorum scilicet qui credunt et suscipiunt, pax est. Quomodo ergo non pacem mittit in terram? Filia credit, pater incredulus remansit. *Quæ communicatio est fideli ad infidelem*⁸? pacis enim prædicatio divisionem operatur. Filius fidelis, pater incredulus: ex necessitate lis est; et quæ prædicatur pax, operata est divisionem, et bonam divisionem; in pace autem salvati sumus. Ut non autem ego illius interpreter; nihil enim est quod non ejus debeamus audire: ipse dicit: *Ne putetis quia veni pacem mittere in terram.* Et adhuc vehementius addit: *Non veni pacem mittere, sed gladium*⁹. Quemadmodum non pacem, et quemadmodum gladium? *Veni enim incidere hominem adversus patrem suum*¹⁰: accipio enim filium ejus, et non delectatur pater. Adverte autem et ipsorum efficientiam sermonum; quia enim dixit gladium incidere, addit: *Nolite putare quia veni pacem mittere in terram.* Non suscipit terra. Non veni pacem mittere: iterum audi in terram: Ego enim, inquit, pacem prædico, sed terra non suscipit. Non ergo seminantis propositum: ipse enim sustinuit ut facerent uvam, fecerunt autem spinas. Neque is in causa est, qui benefecit vineæ: *Veni enim, inquit, incidere hominem adversus patrem suum, et nurum adversus sororum suam.* Isti sermones rebus ipsis firmantur. Quanti enim ex his qui hic nunc convenerunt, habent eorum quæ dicuntur experimentum? Est enim pater increpans filios ob credulitatem, et filii momentes patres ad fidem, et filiae docentes matres. Si enim et ex ipsa natura omnes, sed non ex eodem proposito. Denique et ex conspersione una pollinis, quædam quidem quæ in fermento sunt dissolvuntur, quædam autem quæ fermentata sunt continentur: et carnes aliter tenentur quæ saleem habent, aliter quæ sine sale corrumpuntur. Nam etsi ipsa natura sit carnis, non tamen ipsa permistio. Aliud vinum est sine aqua, et aliud cum aqua. Et figulorum ad permistiones diversitas habetur: et

A in rosis habetur diversitas, in colore scilicet et odore: et in fructibus est varietas, et magnitudinis, et coloris, et gustus, et tactus: et vinum ex vite est omne, sed gustus diversi: et oleæ fructus varificantur. Sed horum omnium varietas, et animalium, et eorum qui ex ipsa sunt specie: equus enim equo velocior, et non tantum, quantum homo homini: nullus enim equus currit retrorsum: homines autem quidam sunt religiosi, quidam sacrilegi, alii pudici, alii luxuriosi, alii diripiunt aliena, alii spargunt sua, alii stuprantur non suas mulieres, alii ne quidem suas contingunt. Non enim tanta diversitas est terræ, quanta varietas animalium: ille enim martyr existit, alius persequitur; et natura quidem ipsa est, voluntas autem adversa (84). Inde est ut ille quidem ad Ecclesiam currat manicans, alius ad lapides offendat exurgens ad lumen. Inde est ut ille lætetur quod est pudicus, alius gaudeat quod in libidinibus volutatur. Inde est ut ille in foro vendat et distrahatur, alius ad Ecclesiam veniens semetipsum lucretur. Inde est ut ille aliena colat, alius sibi parcat. Inde est ut ille lapides ædificet, alius virtutes superponat. Inde est ut ille corpus detergat, alius animam perdat. Ista est non pax, sed dissensio; quia alius aliter sentit, et alius aliter sapit. Nec enim cum ortum hoc sensibile fuerit lumen, omnes similiter suscipiunt. Sed illi quidem qui sanos habent oculos, et occurrunt, et attendunt, et fruuntur: qui autem infirmantur oculis, corrigunt se, et vitant, et fugiunt. Nam et latronibus onerosum est lumen, et furibus non dilectum, et adulteris odiosum. Denique et ea quæ repunt fugiunt; ortum est enim lumen; et qui sunt ebrii non libenter accipiunt, quia urget eos lumen exurgere. Sunt sane et quædam animalia versipelliones et belluæ, et quæcunque istius generis habentur, quæ in totum non sustinent luminis radios. Sunt autem et hominum multi versipelliones, et versipellionibus peiores, viperæ magis quam homines, amari, invidi, malitiosi, quos omnes fugat lumen cum fuerit ortum. Iterum autem sermo recurrit ad ipsum certamen, his quæ heri sunt dicta. Iterum enim propositus est Dominus Jesus, et proposita sunt alia multa. Pater litigans, mater contradicens, soror increpans, frater exprobrans, servi exsurgentes, ancillæ exaggerantes. Unusquisque enim suam voluntatem ante salutem filiorum præponens, trahit ad suum propositum ignorans prodicionem. Certamina ergo pro Christo nobis sunt: Christus tantum lucrum est: ille enim venit ad Ecclesiam, alius distrahit et emit oblitus Christi: ille audit Christum per Evangelia loquentem, alius et adest pedibus, et mente foras vagatur. Ille patri donat prodicionem suam, alius matri consentit ut non Deo quod convenit restituat. Ad multos igitur convenit jurgari, ut multæ efficiantur coronæ. Ad diabolium quippe et milites ejus: multi

⁷ Ephes. II, 14. ⁸ I Cor. VI, 15. ⁹ Matth. X, 35.

(84) *Adversa. An diversa?*

¹⁰ ibid. 53.

antem sunt et isti. Urgetur sane et pater, et mater, A et fratres, et cognati, et amici, et servi, et ancillæ; ex multis enim tristitia est, ideo ut et tanta habeatur lætitia, et addantur nuptiæ, et promissiones opum mortales, sed nec mortuæ: quæ enim nunquam vixerunt, ne quidem mortua vocentur, sed alia pejori nuncupatione. *Sed in his omnibus*, inquit Apostolus, *supervincimus propter eum qui nos superdilexit*¹¹. Et si quis Apostoli imitator est; qui enim imitatur eum, imitatur Christum; transit ab imitatione ad principalem. Jurgentur omnia ut coronemur; in omnibus sit jurgium ad pulchritudinem, ad possessiones, ad divitias, ad cognatos, ad patrem, ad matrem, ad fratres, ad servos; et vicini impugnatores existant: sufficit enim charitas unius ut superet omnia. Ego autem et miserabiles puto, qui non sunt experti istiusmodi turbellas propter Dominum Jesum. Illis autem congratulor qui habent in mente et conscientia sua dicere. Ecce Dominum tui propter (85) inimicus est mihi pater meus, expugnatrix mater, frater insistit, servi contrastant, ancillæ jurgantur, et nullus horum mihi ut inimicus est propter tuam dilectionem. Si quidem et in bellis milites quantas plagas ob amorem regis accipiunt? nonnunquam enim et gaudentes ostendunt et sanguinum fluxus, et plagarum cicatrices, per quæ experimenta fulgent amores qui ad regem sunt habiti. Et certe quærat unusquisque, et pigeat unumquemque, ut alius acceptus sit. Ille quidem ita proposuit, alius aliter alacer fuit. Ut C dinumerem singula, quid enim et habeo dinumerare propter eum? Quis enim me exosum habuit propter Christum? Quis me castigavit propter eum? Quis me pater abdicavit? Quæ mater adversa me est? Quis frater adversum me exsurrexit? O miserabilitas eorum qui non habent ista! Alius autem dives et spissus in opibus, lætus est mente, quia a civitatibus et nationibus decantatur, quia theatrum est factus et angelis et hominibus. Dignus enim est qui desideratur, et quia increpatur et oditur, quia inimici hominis domestici ejus, et quia abscessus est ab eo pater, et non consentit mater, quia noctibus expugnatur, et per dies coronatur, mihi et meis visceribus et ossis bella quæ pro Christo sunt. Et unde mihi hoc supra dignitatem est meam, ut vel D injuriam pro Christo sustineam? Cruci autem figi et inverso capite, Petri magis est quam aliorum hominum. Ebrietate opus est et fervore, ebrietate non a vino, sed ea quæ ob amorem est Christi. Qui enim amant, nihil vident nisi eum quem diligunt. Nesciunt quia est alius in terrâ: ubi enim thesaurus fuerit mentis, illic et anima habetur; alia autem mortua sunt ei. Si increpas, nonne eum qui audit? Si castigas, nonne eum qui sentit? Qui Christi enim sunt, crucifixi habentur. Quid sine causa laboras? mortuus si torqueatur non sentit, etiam si increpaveris non au-

¹¹ Rom. viii, 37. ¹² Matth. x, 37. ¹³ ibid. 38.

(85) *Ecce Dominum tui propter*, etc. Videtur verti debuisse *Ecce, Domine, propter te*, etc., quod est

dit: mortuus enim est. Timet autem ne quis malam vitam vivat: mortui enim sumus. Nam et qui mortuis sepultis mensas apponunt et escas, delirant. Si igitur inensas apponere mortuis deliramentum est, et comminari mortuis irrisio est: et certe adveniant et minæ, acuantur gladii, et exercitus, et leges, et civitatibus appareat Jesu Christi Domini virtus, et amor et flamma. Audite igitur qui Domini Jesu participes mysteriorum estis: audite Christum, cultores ejus. Quid dicit lumen verum? quid loquitur via? quid clamat janua? quid vociferatur vita? *Qui diligit*, inquit, *patrem aut matrem super me, non est me dignus*¹². Et non sufficit hoc. Iterum enim dicit: *Et qui non accipit crucem suam, et sequitur me, non est me dignus*¹³. Ista est vocatio eorum qui militare desiderant Christo. Si quis igitur paratus est crucifigi, veniat: si quis alacer est ad mortem, si quis potest ad gladium, si quis ad flammam, si quis ad ignem, si quis ad exercitus, si quis ad concupiscentias, si quis ad libidines, si quis ad iram, si quis ad indignationem, si quis ad opes et divitias, et possessiones, et ædificia, et mercaturas, et ad principatus et potestates, ad visibiles et invisibiles inimicos, ad spiritus nequam, ad carnem, ad cogitationem animæ, ad nocturnas ambitiones, ad motus meridianos, ad juventutis fervorem, ad impetum, ad famem et sitim, ad homines, ad languores, ad sanitates, ad divitias. Per hæc enim omnia vincitur desiderium: magis autem desiderium neque vincitur, neque deflectitur, sed per ista omnia vincit, et iterum abundans in prædicatione est. Non enim tacet Verbum, Verbum Deus; non tamen vox Verbum, quia nec Joannes qui vocatus est vox, vox erat, sed Joannes. Quid autem dicit qui venit salvare? *Qui invenit animam suam, perdet eam*¹⁴. Forte obscurum tibi videtur quod dictum est: quia enim non habes sacramentum, neque omnes omnia intelligimus, neque omnes ab omnibus movemur, ideo putas obscura: *Qui invenit animam suam, perdet eam*¹⁵, hoc est, qui vult invenire perdet. Quomodo? Quæ inventio est, et quæ amissio? De ipsa eademque anima qui martyrium patitur, tollit hominibus, Deo autem invenit. *Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam*¹⁶. Interpretatione non indiget sermo; qui desiderat jam audivit. Ego autem compatior nostræ naturæ, qui ita sumus egeni, ut non possimus invicem nostro debito dare aliquid. Quid autem et possumus retribuere Christo Domino? Animam quam creavit, corpus quod figuravit, pudicitiam per quam beneficium tribuit, martyrium per quod sanctificat, justitiam per quam honorat. Quæ videmur ei reddere, magis accipimus. Adveniat igitur flamma ad medullas, penetret ignis ad viscera, et accendatur anima ad martyrium, ad confessionem, ad pudicitiam, ad justitiam, ad misericordiam, ad jejunia; ut et diabolus superetur, et dæmones de-

¹⁴ ibid. 59. ¹⁵ ibid.

struantur, et homo pro Christo salvetur; et semper gratias agat Deo Patri per unigenitum ejus Filium, per quem est ei gloria, honor, imperium, ma-

festas, cum Spiritu sancto, et nunc, et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE MANDATO DOMINI, QUOD AIT :

Quod dico vobis in aure, supra tecta prædicate,

LIBER SEPTIMUS.

Verba hæc quæ lecta sunt, Domini martyres produxerunt ad passionem; per hos enim sermones flammam in eorum præcordiis accenderunt. Per istam doctrinam erexit eos, ut contemnerent præsentia, exspectarent autem futura. Per istam eruditionem armavit eos ad mortem. Utitur autem et hoc ordine servans officium: præcedit autem passionem martyrum constantia: qui enim non prædicat, nec tenebitur; qui non cum fiducia fuerit locutus, nec tristabit, sed præcedit constantia passionem. Cum enim anima de adventu Dei sat habuerit, aderit enim Deus in anima, quæ dum capiet omnia, non potest desiderium tacere suum, sed sentit quod habet, quodque non habet, qui sese fraudaverunt a homo. Ille autem qui amator Dei est constitutus, et humanitatem servat, statim propter Deum quidem lætatur, propter humanitatem autem non tacet: homines autem beneficium non ferentes, ignorant quis inhabitat in loquente, non ferunt sane nec constantiam. Sed sicut Judæi Stephano primo inter homines martyre Christi loquente obstruxerunt aures suas, ne ingrederetur Deus; ita et nonnulli hominum: quia enim constantia antecedit passionem, unde deberet istinc et incipit Dominus, qui producit martyres ad passionem. Dicit enim: *Quod dico vobis in tenebris, in lumine dicite, et quod in aure audistis, in tectis prædicate* ¹⁶. Assumite, inquit, constantiam, exeant verba vestra usque ad terminos terræ: ne taceatis id de quo ipsi certi estis effecti: nolite abscondere talentum; mittite pecunias in mensis: exigam enim mea ad salutem illorum qui fuerint operati. Sed dicet quis: si bonum est in lumine dicere, cur ipse in tenebris est locutus? et si bonum est supra tecta prædicare, cur ipse in aure locutus est? Si enim ipse de semetipso dicere frau... is utique (86) quæ jam dixere Judæi, *Tu de temetipso testificaris, et testimonium tuum non est verum* ¹⁷. Ne igitur ipse videretur honorem sibi vindicare et non veritatis causa loqui, et ne prævenirent statutam a Patre passionem Judæi qui omnia sunt ausi;

ipse quidem opportune tacet, discipulis autem loqui ea et clamare præcepit; non timens quippe; hoc enim ignorantium hominum est dignitatem Domini Jesu, sed dispensans, ut ipse quidem taceat in tempore, loquatur autem in tempore. Neque enim per omnia tacuit Dominus; ne putarentur aliena aliqua a se discere discipuli; neque semper locutus est, ne putaretur quod de se ipse testatur. Quid enim erat necesse et Joanne præcursore? *Ego*, inquit, *non ab homine accipio testimonium meum, sed habeo testimonium majus a Joanne* ¹⁸. Non enim quæro, inquit, quemadmodum ego suadeam, sed quomodo vos non sitis religiosi; siquidem non lucerna debet testari de sole, sed sol firmare lucernam. Et ne quis miretur, putas obscuriores effici lucernas ex adventu solis? Non enim quod putamus hoc et provenit, sed hoc quod non intuemur superat: lumen enim minus a majori lumine, non minus dulcibus immisum minuit dulcedinem eorum: neque cum stellæ non parent, tanquam obscuratæ a lumine non videntur; sed in pelago luminis positæ, discretionem non præbent. Non indigebat igitur sol justitiæ lucerna ad testimonium; dicit enim Joannes: *Ego a te debeo baptizari*; sed indigebat quidem ille qui lucerna erat ardens: lucerna immisum habet lumen; non tamen ab intus efficientiam sicut sol ¹⁹. Vos, inquit, modice voluistis gloriari in lumine lucernæ, vobis lucerna est utilis: illi autem ita erant cæci, ut ne quidem lucernæ viderent viam, neque in lumine ambularent recte ²⁰: *Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine*; hoc est, absconsa quæ dicuntur clamate: *Et quod in aure audistis, prædicate in tectis*; assumite constantiæ fiduciam. Assumamus et nos constantiam. Sed quid est quod insequitur? Timemus ad insequentem suspicionem. Sed ait Dominus, *Nolite timere* ²¹. Non igitur timeamus cum interficimur: ipse enim Dominus dicit: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere* ²². Divisit timorem; et hominibus quidem dedit potestatem adversum corpus,

¹⁶ Matth. x, 27. ¹⁷ Joan. viii, 13. ¹⁸ Joan. v, 34, 36. ¹⁹ Matth. iii, 14. ²⁰ Joan. v, 35. ²¹ Matth. x, 27. ²² ibid. 28.

(86) Ms. *fraus caset utique.*

nabent enim : Deo autem conjunxit virtutem, timore timorem ejiciens, et majori metu quod erat minus percussit. Si enim, inquit, timere oportet, non hominem; major enim est Deus : sed pœnam mortis adversum corpus times : *Timeate magis*, inquit, *eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam* ²² : hominibus enim potestas adversum corpus, et hoc semel, est data : Deo autem potestas est et adversum corpus quod figuravit, et adversum animam quam creavit, et perdere non simpliciter, sed in gehenna. Major enim timor est gehennæ, quam mortis. Cur major? quia duplex est perditio, animæ et corporis : simplex autem et corporalis, quæ in morte habetur. Primo enim et si dividatur periculum, et homines quidem corpus, Deus autem et animam; neque ita æqualis est timor, sed quantum anima honorabilior est, tantum et major timor est a timore. Quia enim et corpus, adversum quod homines habent potestatem, comprehensum est; et hoc in manibus Dei est, et anima quam homines etiamsi vellent occidere non possent, et utraque hæc non ad mortem, sed ad gehennam dicuntur abire. Multiplicatus igitur timor est, et multitudine et magnitudine, ideo ergo timor timorem vincit. Sed dices : Quemadmodum possibile est perire animam in gehenna? Si enim perit, corrumpitur ejus immortalitas. Quemadmodum autem et corpus? Si enim vermes illic et stridor dentium habetur; non solum anima immortalis non perit, sed nec corpus; induitur enim immortalitatem et corpus. Si hæc quidem quærent, intenti esse debent ad sermonis virtutem, quia quod nunc ait perdere, pro eo ut dicat punire, acceptum est; si enim periret, non esset in gehenna. Gehenna enim viventium pœna est, non tamen interemptio perditorum. Quia enim perditionem timebant qui mortem hominum pertimescebant, ideo ipso timoris sermone utitur Dominus, et dicit : *Timeate autem eum qui potest et animam et corpus perdere in gehenna* ²³. Neque enim convertitur anima ad mortalitatem; sine pœnitentia enim sunt Dei dona. Neque iterum resurrectionis promissione infringitur, sed sicut per Adam omnes morimur, ita et per Dominum nostrum Christum omnes resurgimus. Commune enim istam mortem Adam introduxit ob peccatum : erexit autem is qui assumpsit Adam ad resurrectionem. Ille enim qui de terra est, introduxit mortem; qui autem desursum venit, introduxit resurrectionem. Et resurrectio quidem communis est omnibus; hæreditas autem eorum qui ex viaticis aliquid profuerunt suis. Præcesserat igitur adventus, sed percussit eum timor; solutus est timor a timore. Necessaria autem erat et adhortatio. Quæ adhortatio? Dicit Dominus : *Nonne duo passeret*; duo et non multi : et passeret, et non majores aves; *uno assario distrahuntur* ²⁴? neque uno assario unus

passer, ut quod minus est, ex pretio ostenderet. Quæ enim pretiosa sunt, in distractione unum et unum venditur, et ampliore pretio : quæcunque autem frivola aut (87) olera habentur, multa simul assario venundantur. Volens ergo frivolos passeret ostendere, Assario, inquit, uno duo passeret distrahuntur. Accepit quod erat minimum, ut hortaretur eos qui in honore habebantur : *Et unus ex ipsis*, ait, *non cadit in terram sine Patre vestro qui est in caelis* ²⁵. Si igitur passeret qui parvo pretio distrahuntur, umbræ, ut ita dicam, et nec dum carnes non capiuntur neque accipiuntur, non dixit sine Deo, sed sine Patre vestro, inquit, ut propositio paternæ dilectionis protenderet defensionem, et radicaret adhortationem. Ita et in alio loco adhortans frugalitatem, et cupiens superfluas sublevare sollicitudines, ait : *Si fenum agri quod hodie est, et crastino in clibanum mittitur, Deus ita vestit, quanto magis vos, modicæ fidei* ²⁷? A minimis admonet eos, qui meliori sunt dignitate : ita et nunc quia nullius pretii sunt passeret, quantum ad comparisonem hominum; parvo autem pretio, ut nullius pretii distrahuntur; cupiens nos admonere dignitatis nostræ, producit constantes fieri debere. *Nonne duo*, inquit, *passeret assario distrahuntur, et unus ex ipsis*, non duo simul, sed unum ex ipsis, *non cadit in terram*? Propter volatum ait, pro eo ut diceret, non capiatur sine Patre vestro. Si igitur quorum non est Pater, nec minimum proditur siue ipso; multo magis vobis quorum est Pater, præbebit defensionem. *Vestri autem*, inquit, *et capilli capitis numerati sunt* ²⁸. Timor de anima erat, aut de corpore? Sed de anima, inquit, nolite timere : non poterunt enim, ait, ne quidem qui voluerint, occidere animam. Sed de corpore timetis? Nec de capillis capitis vestri timere debetis; numerati sunt. Si igitur neque de anima, neque de corpore timere oportet; quantum ad nos spectat, ablatum est timor : *Vestri enim*, inquit, *et capilli capitis numerati sunt*. Num nostri tantum capilli? Sabulum enim maris latet scientiam Dei? aut enim semina feni, aut pennæ passerum ignorantur? Quantum enim ad sermonem spectat, videtur dicere, quia vestros etiam capillos novit Deus. Alia autem quæ putantur contemptibilia esse non contemnit, sed habet scientiam omnium. Nam et illud quod dicitur in Scripturis, *Omnia ei nota sunt* : non frivole quippe, neque cum labore, aut cum dolore, sed inenarrabiliter omnia prævenit scientia. Quid ergo est quod accepit dicens : *Vestri autem et capilli capitis numerati sunt*? quia provisor est vestri usque ad capillos. Si igitur animam jam arnavit immortalitate, carnem autem ex eo quod provideat et defendat usque ad capillos; quid relinquitur ad timorem? quid ad timorem relinquitur, ut hominibus casus, utpote opum, divitiarum, amicorum, parentum, propinquo-

²² Matth. x, 28. ²³ ibid. ²⁴ ibid. 29. ²⁵ ibid. ²⁷ Matth. vi, 50. ²⁸ Matth. x, 30.

(87) *Aut. Forte, ut.*

ruin, patriæ ipse affectus? Inde est ut dicat: *Qui diligit patrem aut matrem supra me, non est me dignus*²⁹. Tria enim ista sunt quæ circa nos, et in nobis et nostra sunt: quod enim sumus, anima sumus. Si quis autem et semetipsum agnoscit intentius, et veluti in secundo loco, nos corpus sumus; tria ergo sunt quæ in nobis sunt: quæ autem circa nos, possessiones, amici, parentes et patria. Sed de anima nullus timor est, quia immortalis est. De corpore ablati sunt timor, quia et capilli numerati sunt. De his autem quæ extra sunt, dicit Dominus: *Si quis reliquerit propter me et regna cælorum, patrem, aut matrem, aut fratres, aut filios, aut uxorem, aut cognatos, aut domum, habebit et in hoc mundo centuplum; in futuro autem vitam æternam*³⁰. Ergo nulla occasio derelicta est timori. De anima enim timere non debes timorem insensatum, ne puteris mortalem dicere inmortalem. Sed de corpore times: possunt enim occidere: defendit usque ad capillos qui creavit. Sed amicitiam quæris, et patrem, et matrem: esto memor ejus qui ait: *Qui diligit patrem aut matrem supra me, non est me dignus*³¹. Sed divitias, et quæ his sunt similia desideras. Quicumque reliquerit patrem aut matrem, aut domum, aut quæcumque sunt supra terram propter me et regna cælorum, centuplum habebit: sicut hi qui seminant in bonam terram, in isto quidem sæculo centuplum, in futuro autem vitam æternam. Nolite ergo timere. Si enim unus passer non cadit in terram sine patre vestro qui est in cælis, multorum autem passerum vos meliores estis; non habet locum timor. Quia igitur intererunt timorem, reperit (88) constantiæ fiduciam cum confessione, et dicit: *Omnis quicumque me confessus fuerit ante homines, isti enim sunt qui persequuntur, confitebor et ego eum ante Patrem meum qui est in cælis*³². Et primo quidem intercipit timorem, secundo autem immittit spem: Quicumque me confessus fuerit ante homines, confitebor et ego eum: puta quia hominibus conveniens est Deum confiteri, Deum homines quomodo convenit confiteri? De hominibus ut non dicat ad eos: *Recedite a me, nescio vos*³³; sed ut magis dicat ad eos: *Venite, benedicti Patris mei*³⁴. Intueris abnegationem Filii de hominibus, et confessionem Dei de hominibus? Num possibile est ei dicere, nescio Patrem? Scit quippe et homines, et hos peccatores ignorat: additamentum enim hoc solutionem quæstionis præbet; quia enim peccatores ignoti sunt, non quia ignorantur, sed quia non ab eo confitentur: eos enim qui malæ sunt vitæ nescit sciens eos qui sint. Si enim computarentur inter vivos mali, non venisset diluvium sub Noe: et alios quidem connumeravit quos salvat, quos autem nescit, perdit ut purget terram. Non ergo debuit eis parcere, qui

A ante sibi parcere noluerunt. Quid enim defuit illic ad patientiam Dei? Nonne præconem pœnitentiæ constituit eis Noe per annos centum, quantum autem ad suam promissionem per cxx? Nonne arca fiebat, ipso opere ad pœnitentiam hortans homines? aut modicum erat vas, quod posset etiam sub tecto fabricari? Nonne tantæ quidem altitudinis, tantæ autem longitudinis et latitudinis secundum mensuram? Fabricabatur autem arca ut tuba maxima, jam diluvium prædicans futurum, et ante diluvium pœnitentiam clamans. Si igitur cxx annis revocati a malitiis non sunt suasi, ipsi vim fecerunt ut supra eos diluvium adveniret, qui suaderi noluerint. Sed Sodomam evertit Deus, quia prius Sodomitæ naturam suam corruperant. Et certe ne quidem istic despexit Deus, sed passus est Loth ob contentionem pastorum ab Abraham separari. Forte autem et continentie sales misit ad Sodomam Loth³⁵, ut ejus justitia continerentur. ut a sale, et non corrumperebantur. Illi autem et sales calcaverunt, et dixerunt ad eum qui insalabat, *Habitare venisti, non tamen et iudicium judicare. Et hæc dicentes justum adversum se iudicium excitaverunt, qui non fuere contenti adversus homines indigna, sed et insanierunt adversus ipsos sanctos angelos, qui venerant vindicare injuriam hominum ab eisdem admissam. Sed neque Noe despexit Deus in diluvio; numerati enim erant ejus capilli: neque Loth apud Sodomam. Alii autem Deum non tamen homines offenderunt, qui immutaverunt humanam naturam. Non est ergo increpandum Deo, quia nec si tauri occiduntur ad usum, neque quia oves et columbæ; varificatum enim est omne hoc, et abundantia est multa, et alia aliis necessaria sunt, et alia aliter creata sunt. Sicut igitur pro tauris qui occiduntur ad usum non increpatur Deus; et certe tauri non peccant, neque est irreligiositas in tauris; non solum non est increpandum de peremptione irreligiosorum, sed et mirandum. Debet enim laudari Deus, quia terram aquis abluit a spurcitiis habitantium: debet probari, quia per ignem conflagavit nostram naturam, ut evocaretur nostra legitima. Ita nescit Deus quos non vult nosse, ita ignoravit eos qui sub Noe; ita nescivit eos qui sub Loth, et eos qui negaverunt eum ante homines, de quibus et dicit: *Quicumque me negaverit coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo qui est in cælis*³⁶. Negant autem Christum non solum hi qui in persecutione negant, siquidem nec qui confitentur in persecutionibus, ipsi soli sunt qui confitentur: sed descendamus ad negotia, et fugiamus irreligiositatem. Qui sunt ergo qui negant Filium, et ubi, et in quibus, advertamus. Cum quis ingreditur civitatem gentilium, et religione exposita fronti imponere signaculum crucis confusus*

²⁹ Matth. x, 37. ³⁰ Matth. xix, 29. ³¹ Matth. xv, 37. ³² Matth. x, 52. ³³ Matth. xxv, 12. ³⁴ ibid. 34.
³⁵ Gen. xix, 9. ³⁶ Matth. x, 33.

(88) *Reperit. Forte, reperit.*

fuerit; qui ingreditur suam glorificationem et virtutem crucis in fronte non ostenderit, iste etiam sine tormento negabit et sacrificabit. Quis autem et alius negabit Christum? Cum aliquis vocatus fuerit ad cœnam gentilium, et perrexerit: necdum enim hoc est prohibitum; vinum autem viderit a cœnante in terram effundi et libari, et accenso blasphemio ab his qui ea quæ sunt Domini ingrâte manducant, cœperint blasphemare in Deum: ille autem ut Herodes propter discumbentes fuerit confusus et tacuerit, non ponens ante oculos suos Christum, negat profecto quem non respondens confitetur. Et ideo dicit Dominus: *Quicumque negaverit me curam hominibus, negabo et ego eum ante Patrem meum qui est in cœlis*. Negat enim eum omnis quicumque audierit blasphemantes et tacuerit: negat omnis quicumque audierit crucem, et deposuerit oculum suum erubescens: qui dicunt, ad quos dicunt a parentibus accepi, tanquam propellentes a se bonum, et ut in malam hæreditatem incidentes; qui occurrunt quibusdam venientibus ad Ecclesiam, et trepidant pedibus, quia et mente; qui occultant jejuniū tanquam ad opprobrium; qui confunduntur exire ad martyres, quia audierunt quosdam dicentes sibi, debuerant adjuvare martyres Christi: qui nolunt irrideri ab hominibus, sustinentes utpote illud quod ait propheta: *Qui habitat in cœlis irridebit eos*²⁷. Semper persecutio est, semper invisibile bellum habetur, semper coronæ, semper abnegatio. Vultis videre certamina religiositatis? Nonnunquam efferbuit quis ira adversum subditum sibi; rememoratus autem Domini, deposuit acerbiter: pejus enim est fervori incensæ iræ resistere, quam flammæ ignis quæ a foris habetur. Quia igitur martyr est qui propter Deum ad exteriorem flammam resistit: martyr et valde martyr, qui exstinguit interius incendium invidiæ propter Dominum Jesum; nonnunquam enim videtur aliquid bonum aut malum, et exsurgit invidia, et nemo videt; latent enim quæ intus sunt. Quia autem testatur Deus adversum invidiam ad illum respiciens, sicut Joses (88*) non vidente Domino (89) qui erat in terra, ad invisibilem respexit, et mercedem propositi sumpsit. Iterum qui refrenat invidiam martyr existit, et qui alacritate judicaverit male de fratre loqui, et neatum usque ad linguam protulerit, os autem suum propter Dei timorem non aperuerit, iste invisibiliter confitetur Deum. Et cui licitum est fraudare et non fraudat; et cui licitum est furari conjugium alienum, et parcit in omnibus his quæ oculis sensibilis non videt, invisibilis autem intuetur, martyria et confessiones habentur. Negant autem re ipsa et opere illi, quos cum tenuerit concupiscentia, et post hæc venerit Scripturæ memoria, quia est Deus qui videt et judicat, et quia est

A æqui iudicii; concupiscentia autem cœnosa turpitem meatu jurgetur, et incipiat suggerere et dicere, Quando erit iudicium? quando futurum est? num hoc pertinet ad Deum? Iste reliquit cœlum, et ea quæ circa me sunt videt? Suggestit enim talia concupiscentia: qui igitur consentiunt his, negant Deum. Quid autem hi qui perjurant? Non enim tantum peccant in hominem quem spernunt, quantum in Deum quem contemnunt: qui enim juramentum contennit, Deum negat. Unde et parcens nobis Salvator, de aliis quidem mandat, quantum et deberet mandare. Ad juramentum veniens ob facilem linguæ lapsum, non dixit, Vere jurate, sed in totum ait, *Jurare nolite*; ne forte lingua assuefacta vere jurare, ob facilem lapsum sui oberrans periclitaretur, et irreligiositatem incurreret. Certamina igitur quotidiana sunt ista, quæ per dies ac noctes sunt nobis: pulchritudo enim proposita est mulieris, et effulgens effigies Jesu. Et ille quidem deorsum inspexit et perit; alius autem sursum respexit, et assumptus: ubi enim cor, illic et oculus habetur. Propositum est sane et aurum et Jesus, et non est quidem propositio æqualis. Quid autem, quia nec æquali utimur, sed decliviores effimur ad minora, et adeo fraudamur ob ea quæ non vivunt. In unoquoque igitur istiusmodi actu certamina sunt posita, et certamina domestica, quia ab intus mulier videtur, et pulchritudo ex concupiscentia exardescit, et nos provocat, et ambitio delectat, et sermo hortatur, et lis et colluctatio ex rixa efficitur, et non adversus sanguinem quippe et carnem, sed adversus invisibiles inimicos invisibiliter et in his omnibus certamina sunt et agones. Cum jejunium et esca proponitur, cum sitis et jejunium, cum pudicitia et libido, cum Ecclesia et theatra, cum dies Domini et dies dæmoniorum, cum affectus ad homines et charitas ad Deum. Et in his omnibus quidam quidem negant, quidam autem confitentur; et unusquisque sibi procurat bonum aut malum, iudicium aut requiem, gehennam aut regna cœlorum. Quid autem hi qui sortiuntur, qui ad vates idolorum pergunt? Isti occulte sacrificant idolis, et negant Deum. Quid hi qui credunt quia a stellis eis mala proveniunt, et fatum esse fateantur? Quid hi qui auspiciantur, qui dies et voces et passus vitantes custodiunt? Aut non plenæ sunt his omnes maxime mulieres observantes talia? Quis locutus est? quis per nares spiritum protulit? quis motus est? quæ avis volavit, et unde, aut quomodo, aut qualiter? quis ululavit? Canes debemus recludere tales, ne procedant e domibus. Fieri enim non potest, ut non aliquid tale occurrat. Vosmetipsos probate, et videbitis quoties ad istiusmodi certastis auspicia, quoties mota est concupiscentia, sed et memoria Dei: et erat certamen, et contentio, et cursus. Et sicut in palæstris alius aliquando superior efficitur alio, et

²⁷ Psal. 11, 4.

(88*) Joses. Forte, Moses.

(89) Ms. sicut Joses non vidente Domino.

aliquando inferior jacet, et in ipsa collectatione frequenter conversio est facta; ita et sensus sæpius cum concupiscentia luctatus est in lectulis, in foro, in domo, in theatris, in lupanaribus. Et hæc facit quæ et oculis videmus visibiliter: tenuit concupiscentia, et pepulit sensum, et occidit cogitatus, et superposuit se concupiscentia. Iterum autem vim faciens sensus correctus est, et superior factus est, superavit desiderium libidinosum: horum omnium experimentum apud vos est. Scitis enim quoties ad concupiscentiam, quoties ad libidinem illecti estis, quoties ad avaritiam, quoties ad fraudem, quoties ad iram, quoties ad indignationem: declivis enim caro ad ista est vitia, et ipsius carnis meatus. Vincit autem hæc cogitatus colluctans per spiritum. Ita nonnunquam videmus pauperem: et misericordia quidem flectit, avaritia autem revocat; et volumus agnoscentes cum gener est misereri (90); id autem quod alienum est non sinit. Ita certamen est maximum in istiusmodi actibus; de Deo enim et de mammona certamen habetur, quia et Dominus ipse dicit: *Nemo potest duobus dominis servire*³⁸; et opponit mammonam animæ in Deo viventi; non quia commutatione aliqua, sed quia efficitur id quod fieri non deberet. Ergo martyres efficiamur Dei, et non parum putemus quod ait: *Confitebor et ego eum coram Patre meo qui est in cælis*³⁹. Ista enim quæ hic sunt, nobiscum non pergunt; si autem vadunt, conviucatur sermo; verum isthic manent; quæ autem ex ipsis sunt peccata, nobiscum et ante nos pergunt. Quid ad damna properamus? Venimus in hanc vitam; utamur lumine. Quid autem præbet lumen his qui habent oculos? Discretionem utique negotiorum. Si quid igitur honestum est, cum festinatione petatur; non enim ut decipiamus vos, præsidemus; non ut pauperes vos faciamus, moneamus, sed divites potius in regno cælorum. Non ut dejiciamus corpus vestrum jejuniis, sed ut induamus vos immortalitate; non ut occidamus in martyrio, sed ut non eatis in gehennam corpore et anima. Non sumus igitur inimici vestri; non enim ut fraudemus vos patribus et amicis hæc loquimur, sed ut non excidatis a Deo Patre, lucremini autem vosmetipsos: hoc enim solum est lucrum, alia autem om-

nia dispendium obumbratum. Ubi est. hesternus dies, ut sis sollicitus de hodierno? ubi sunt quæ heri in ventrem missa sunt, ut iterum præpares multa? Figura est præsens sæculum, et non veritas: umbræ volantes sunt. Quid velocius sole in quo mensuratur vita? Evigilate, justi, et nolite peccare. Peccatum autem efficitur ob ignorantiam Dei. Si enim agnitus fuerit Deus qui omnia intuetur, repercutitur omne peccatum. Deo enim præsentem et vidente quis velit furari? Qui autem furatur, prius irreligiositatem admittit, et ita nocet. Si enim cogitasset Cain quia videt Deus, nunquam occidisset Abel, quem et abnegavit fratrem. Si vidissent Eva et Adam Deum, non vidissent arborem. Nunquid possumus in duas facies simul visum intendere nostrum? Sed non suscipit oculus. Non possumus ergo in Deum et in mulierem simul videre: sicut enim nemo potest duobus dominis servire, ita nemo potest duos vultus simul inspicere. Tantum proponatur ante oculos Deus, et omnia in tranquillitate sunt; sed nec labore est opus, sufficit enim qui adest. Qui respicit ad Deum, primum quidem habet adiutorium a præsentem; posthæc autem et possibilem sibi imitationem et timorem boni; et in tutela est, et non accedit peccatum in isto. Unum ex his opus est, ut credatur quia est Deus, et adest et videt et scrutatur et nihil est quod eum possit latere; et omnia facta erunt. Si autem subduxeris fundamentum, nihil stabit ex his quæ superposita sunt. Si quis ergo irreligioso proposito subduxerit Deum, jam ut sine lumine agens ubique offendit. Sed vos, fratres, ad Deum viventem, ad eum qui est, qui fecit omnia, qui salvat universa, convertamur; alia enim omnia vanitas vanitatum sunt⁴⁰: sapiens enim erat, qui hæc proclamaverat: *Et omnia vanitas*, et unum est verum. Non igitur sine causa erogemus nostram vitam: erit enim tempus cum quæremus dies hos, in quibus Deo debuimus vivere. Ipse autem qui bonus est Deus, omnium vestrum erigat animas ad agnitionem suam; cui est per unigenitum suum Filium, gloria, honor, imperium, majestas cum Spiritu sancto, et nunc, et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI

DE OPERIBUS BONIS ET MALIS,

LIBER OCTAVUS.

Multorum hominum vita in terra est posita; edacitatibus enim et libidinibus et concupiscentiis gra-

³⁸ Matth. vi, 24. ³⁹ Matth. x, 32. ⁴⁰ Eccle. i, 1.

(90) Ms., cognoscentes congenerem misereri.

vati, neque respicere sursum ad Deum possunt quia nolunt, neque opera ejus videre, neque ex operibus

opificem agnoscere : ubi enim declivis fuerit anima, A illuc, ut ita dicam, et efficitur quod desiderat. Sicut enim ea quæ ab igne calefiunt, efficiuntur, ut ita dicam, ignis ; et quæ odoratis juncta fuerint, efficiuntur, odorata ; et quæ contrariis, contraria : ita et anima ubi declivis exstiterit, ad hoc deducitur et natura. Tingitur enim alacritatibus, et similis motionibus efficitur suis, et dignitatem utpote naturæ non salvans, in malis efficitur mala. Si autem ad ea quæ supra se sunt respexerit, sursum effecta, constituitur ad ea quæ et desideravit : multorum enim conversatio non hominum, sed pecorum est. Nihil enim aliud cogitant, nisi ut manducent, aut bibant, aut rapiant, aut fraudentur ; in his enim et vivunt, si tamen et vitam istam oportet jam dici : non sufficientes enim malis his quæ a foris sunt, B jam et carnem suam contaminare student ; sic gaudent enim in malis, ut inimici sibi ; et cum deberent lugere, quia non bene vivunt, lætantur in malis et tristantur in bonis : duplicem utpote cæcilitatem habentes, et quod malorum non intelligunt malitiam, et quod bonorum non assumunt fructu- nem ; concurrunt enim adversum se, et sibi contraria operantur. Plurimi enim nonnunquam procedunt læti, quia ventrem repleverunt suum, et mente exierunt sua (91) : et beatum diem dicunt in quo non vixerunt. Vita enim hominum ista est ut ratione utantur, quia et rationabiles habentur. Cum autem obrutus fuerit sensus, transit sine causa dies, et non debet computari in vita, in quo sensus non respexit ad superna. Utinam autem neque ad vitam, neque ad malam videret (92). Aliud est enim otiosum esse a malo et bono, et esse tanquam dormientem aut mortuum ; et aliud bono quidem mori, malo autem vivere. Et neque natura hominis suadet eos, neque Scriptura : et errant ; neque præsentia, neque futura suadent. Quædam enim reprehensionem præbent, quædam autem propter spem sursum adducunt. Videmus enim et morientes ; videmus et sepultos et non sepultos, et eos qui desunt, et dolent, et lamentantur : vere ita sumus ut non videntes eos. Ita enim putamus vitam esse eam, quæ non est vita : nam et manducantes lædimur, et iterum desideramus. Qui libidinibus corpus maculant et animæ nocent, non recedunt a noxa ; sed et ac- cedunt, ut aucupes malorum, multum vigilantes per noctem male : aut enim ambitionibus inquietantur, aut a concupiscentiis illiciuntur, aut a cogitationibus malis excitantur. Si autem et oportet cogitatus vocari, et meditata per noctem festinant procedere, ut ea quæ per noctem cogitarunt admittant tanquam ignorantes : quia qui facit malum, amplius habet malum, quam is qui a se patitur malum. Sicut enim ignis alia quidem comburit, in semetipso autem ardorem incendii primus habet, ita et malitia primum possidentes nocet. Denique et

diabolus non cum nocet tunc solum et malus est : sed quia proposuit nocere, habet malitiam et antequam efficiat. Et maligno sufficit malitia sua. Si quidem et agrotans, etiamsi non castigetur, tamen habet malum languorem : ita et qui languet anima, etiamsi non missus fuerit in gehennam, tamen procurat sibi malum. Quis autem et exhortatur ? Tantum est enim malum malum, cujus tentamenta gehennam parant. Et cum hæc ita sint, nos tamen ut inimici proprii, ita videmur vivere. Ille enim lætatur, quia mentitus latuit ; alius gaudet, quia provenit ei decipere. Et avaritia lucrum putata est cum sit damnum ; et libido voluptas, cum sit luctus his qui sapiunt bene. Et conversa sunt nobis omnia, quia circumscriptus a nobis est cogitatus. Et certe cogit et contendit sensus, ut non ejiciatur a possessione sua. Nam etsi unusquisque nostrum obruitur a passionibus vitiorum, tamen ad alia sensus dignitatem suam vindicans apparet : ut puta, non video mea mala, sed aliena mala irascens consentio interiori homini, legi utpote Dei. Et quia anima natura magis juncta est bonis, quia odit malos et laudat bonos, duplex testimonium habet ad utrumque et malorum et bonorum. Duplex ideo quia odit, etiamsi ipsa non commodum suum amat ; et ex hoc ostendit quia non delectatur natura ejus ad inale. Si igitur anima, ut ostensum est, ad bonum proclivior est, cur non in suis manet ? propter placibilitatem quippe sui : sibi enim placere, tenebræ sunt animæ ; sed quæ apud homines putantur placida, contrariam habent virtutem ; odium enim et non placibilitas est. Si enim vere amemus, non contraria quæ nunc nobis donamus donaremus. Non ebrietatem quippe, sed jejunium : non theatra, sed ecclesiam : non lapides, sed Deum : non lites, sed pacem : non homicidium, sed tutelam salutis : non fornicationem, sed pudicitiam. Si enim nosmetipsos amaremus, vere donaremus nobis bona. Quia enim odimus, donamus et procuramus nobis mala. Sed sicut matres, ita et mens habetur. Quæcunque enim matres parent suis filiis, non mittentes eos ad studia ; ad utilitatem quippe dum videntur donare, nocent : ita et nos per cæcilitatem mentis putantes aliquid nobis donare, decipimus nos et nocemus. D Et certe incurrunt nobis et adveniunt nonnunquam et vestigia bonorum, et gustamus aliquoties et nos delectationem ex pudicitia. Si autem et voluerimus perseverare in gustu, et comparare, quantum vehementior est suavitas ex pudicitia, quam ea quæ a libidine venit. Suavitas enim ex pudicitia sine pœnitentia est, immaculata est, immutabilis, munda, pura, sancta, et nomine et opere et actibus. Ex libidine autem suave, turpe, absconditum, sine fiducia, contaminatum, turbidum et corpore et anima, cum timore, cum turbela, cum sanguine, cum tremore suave est. Quemadmodum ergo suave ? Si quis autem suaviter de

(91) Ms. mente exstiterunt sua.

(92) Ms. ad malam vitam. Forte legendum est,

utinam autem neque ad vitium, neque ad malum viveret.

lectari cupit, vere secundum Apostoli vocem habet vim. Suave est enim si liberetur quis a confusione, a turbela, a suspicione. Isti enim oculus non lætus est, sed sapientia gaudens, et visus et purus et mundus. Ubi autem conscientia fuerit, circumspicit oculus ne quis vidit: sicut cor, propter (93) ea quæ suspicatur, et in plurimis tutela (94) est, et non est iste suavitalis gustus. Quid enim suave est in ira? et certe contendimus et iræ adversum nos donare. Quid suave est in invidia (95)? Tabescunt enim et ossa, et mens, et medulla invidentium. Sed si apparerent passiones cum fierent, non essent passiones. Sicut enim dolens oculus non videt, et in quantum dolet, tantum et a visione impeditur: ita et anima quæ passiones incurrit, non intuetur ignominiam suam: siquidem nec ebrius sentit cum irridetur. Evigilate igitur et respicite; confundimini quia ab aliis ediscitis. Quicumque enim post passionem percusserunt cor poenitentes, liberati sunt. Si autem non percusserunt, necdum liberati ab ebrietate sunt. Sed illicimur visu ad pulchritudinem vultuum. Quid cælo est melius, quid? Melius est credere Deo dicenti: *Respicite in altum Deum oculis vestris, et videte quis condidit omnia ista* ⁹¹. Quid ita pulchrum in oculo est mulieris, quantum sol habet in fulgoribus suis? Quid ita floret in fronte mortali, quantum in omni cælo splendet quod videtur? quia et aliis varietas vestigium illicit ut stellæ. Sed forte si essent in medio, ut ad comparationem dico, armoniæ diversæ; et si possibile esset et artium pulchritudines poni, adunarentur autem et omnia animalia, et proponeretur lectio (96): statim porci ad sterces irrerent, mures ad alia istiusmodi conventientia sibi et amica: asini autem, et alia quæ ita sunt tarda animalia, illa quidem fenum peterent, alia ad ea quæ consuerunt se jungerent. Homo autem dignitatem hominis salvans ad artes curreret, et ad spectacula artium properaret. Si quis autem esset homo vere et hominis salvans sensum; despiciens et deridens relinqueret utique sollicitudinem propositam; respiceret autem sursum ad cælum, et videret quæ in cælo et superius cælo habentur, non oculis sed mente, et non pateretur deorsum in cæno volitari. Sed quid faciemus? Deus superius cælo est et ubique. Mortalia autem circa latus illiciunt, et neque dicentes, neque audientes excitamur a somno; sed sicut cera aut plumbum infusum auribus nostris obturat sermonis ingressum, et clamamus sine causa: trahunt enim quæ attrahunt non cum vi, siquidem nec pisces a laqueis cum vi trahuntur quandiu et capiuntur: neque diabolus vim facit hominibus, sed hortatur. Non enim scriptum est, quia accepit diabolus ma-

num mulieris, et decerpit de arbore fructum, et vi in ejus ore imposuit: sed scriptum est, quia mulier suasa protendit manum ad arborem, et os aperiens suum, immisit fructum. Utinam autem fuisset vis! vis enim non procurat mortem, sed dat ut ignoscatur. Sed quemadmodum scriptum est videamus, ut edoceri possimus quantum potest diabolus. Amicitiam fluxit, ostendit pulchritudinem, suavitatem, promisit, ideo quia vim facere non valebat. Et nunc multi suadent sibi, quia trahuntur a quibusdam. Illi enim qui foris sunt, forte autem aliqui et ex his qui intus sunt, putant se a stellis trahi, malum malo curantes; et cum deberent suam malitiam confiteri, aliud majus malum præcedenti malo supraponunt. Creaturam quippe propriis malis contaminantes, aliud autem cum superati a concupiscentiis fuerint, remiserint autem fenum cogitatus sui, putant infrmitate frequenter se vinci, et non suo proposito negligentem. Si quis autem vult naturam agnoscere, non his quæ præscribit agnoscat; quia nec debet accusari regalis nummus ab adultero. Illam fortitudinem naturæ et cogitatum videat, cum concupiscentia hortatur, cum libido rogat, et nox occasionem præbet: quomodo cogitatus e contra obstruit: quia et in passionibus martyrum, manus quidem radunt, oculi autem minantur, et dentes dum strident terrent, et tyranni, et gladii, et ignis, et mille species mortis apponuntur, et cogitatus non flectitur. Sed alius victus est: sed non a victis debent agmina militaria judicari. Ille enim qui victus est, ordinis aciem dimisit; ab his autem qui superant, debent agnosci agmina militares. Quia neque a cæcis oculis judicatur, neque a surdis auribus, neque ab ægotantibus natura, nec ab infructuosis arboribus culpa naturæ debet ascribi: quia nec mortui homines homines sunt, nec in vivis irreligiosi et impii, neque assumpta delectatio libidinis reputatur. Hæc enim est noxa. Et utinam expediret aliquid sermo, ut et iterum fieret. Quia enim nonnunquam putantur sermones contrarios ob spectationem (97) fructus afferre, sicut Deus Israel culpans dicit: *Sustinui ut faceret uvam, fecit autem spinas* ⁹²; exhortatio quædam efficitur ad docendum, eo quod non fructificant verba. Siquidem et illic dicit Deus: *Omnia quæcumque debui facere feci vineæ meæ* ⁹³. Quia enim contrarios expectationi attulit fructus, ait, Subducam imbrem ab ea: ut quid enim pluvias ei vineæ in qua non exsurgunt fructus? Et alia, inquit, omnia quæcumque feci ad fructificationem ejus, quædam quidem auferam, quædam autem evertam, ut non custodiæ spinæ et imbre rigatæ florescant: aut ex negotiis aut ex Scripturis condiscamus religiositatem. A negotiis quidem videamus mortalia ut mor-

⁹¹ Isa. xl, 26. ⁹² Isa. v, 4. ⁹³ ibid.

(93) Ms., *salit cor propter.*

(94) *Tutela.* Forte, *turbela.*

(95) Ms., *quid suave est in invidis?*

(96) *Lectio.* Forte *electio.*

(97) Græce fuisse videtur, *παρὰ προσδοκίαν, præter expectationem.*

talia, transeuntia ut transeuntia : non vides honesta aut inhonesta, vel a negotiis et a litteris (98) vide. Deus propter misericordiam sui scribit homines inobedientes esse non debere. Putas fatigantur quidam esse pudici? Non mirum autem si libidinosi non satiati jam cessant. Si enim his qui bene currunt labor est, his qui male currunt cur satiety non habetur? Fatigatur quis faciens bene; male autem faciens non satiatur? Equus in cursu efficitur sudans; et malus currens putas non fatigatur in sudore? Non enim tantum exprimit cursus equum, quantum eos qui malitia utuntur. Cessate a malitiis vestris, et iterum odientes malum jungimini bono. Non prodest malitia malo; malum enim est, etiamsi sentiamus aut non sentiamus. Magis autem sentientibus simplex est, non sentientibus autem duplex. *Respiciite in altum oculis vestris, et videte quis constituit omnia ista* ⁴⁴. O bonæ adhortationis

visio! ubi sunt oculi? o bonæ adhortationis sensus! ubi sensus? ubi cogitatus? Quid reprehendisti illa? quid agnovisti in istis? ubi annotinus cursus, ut et perseveres in præsentī anno in cœno te volvens? ubi sunt quæ manducasti ante istum diem, ut festines (99) et hodie? quem fructum a libidine accepisti, ut iterum ad ipsam injuriam curras? Si autem nos hortari vestra obedientia vultis, ostendere (1) ipso opere fructus sermonis. Nunc autem et vos adhortamini: sed tempus non permittit. Deus autem liberet vos ab omni malitia, et repleat vos suis bonis, ut afferatis fructum in centesimo et sexagesimo et tricesimo numero, per Christum ejus, per quem est Deo Patri gloria, honor, imperium, majestas, cum Spiritu sancto, et nunc et semper, et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

EUSEBII PAMPHILI DE OPERIBUS BONIS

Ex Epistola Pauli ad Corinthios secunda,

LIBER NONUS.

Resurrectionem Domini et regressum ejus ad cœlos ipsis oculis videntes apostoli, dubitationem quam ante passionem habebant deposuerunt, et omnem incredulitatem a se pepulerunt. Ipso enim visu sibi satis facientes quia resurrexit et assumptus ad cœlos est Dominus, alii pro aliis effecti noscuntur. Petrus enim pro juramentis et abnegationibus, præco mundi effectus est. Visio enim eum firmissimam petram effecit, ita ut in eum et Ecclesia ædificaretur, et ipse martyr existeret Christi. Thomas quoque, qui et post resurrectionem, antequam experimentum acciperet, dubius erat, quia misit digitos suos in foraminibus clavorum, et sibimet ipsi satis fecit, Dominum eum et Deum confessus est. Erat enim incredibile Deum advenisse in corpore, et hominem videri cœlestem: erat non credendum, quia ex virgine erat nativitas ejus secundum carnem. Isti enim conscientia satisfactionem sola habebat quæ pepererat virgo. Necdum autem natura testabatur, neque mater habebat aliquid tale seimetipsa, neque de his quæ deorsum, sed omnia erant incredibilia. Gratia enim erat inenarrabilis, et indulgentia incredibilis. Alia enim erant quæ videbantur: qui enim videbatur, vere et hominem ostendebat. Nihil enim differebat ab alio homine quantum ad visum: quia continebat virtu-

tutem quantum ad eum qui videbatur. Et xxx totis annis non fecerat signum, ut primo suaderet nobis quia carnem assumpsit, et concederet carni proficere in ætate, et non de se suspicari quod et suspicavere quidam hæretici: et ista dispensatione facta præbebat et hoc incredulitatem. Nihil enim amplius putabatur esse, quam is qui videbatur. Nam et ad baptismum Joannis veniebat: baptismum autem non erat simplex: penitentia enim erat baptismum, quodque adhuc magis hominem ostendebat, quam eum qui occultabatur in homine. Erant igitur ista impedimenta fidei, quæ videbantur, quæ fiebant, esca, somnus, proectio ætatis, in terra deambulatio. Si autem vellet et Mater dicere, Quia virgo manens eum enixa sum; unius mulieris contra naturam testimonium minus varet, et maxime apud Judæos. His igitur tantis impedimentis constitutis ad fidem, arduum erat suscipi prædicationem: et maxime quia qui videbatur non erat qui et dicebatur: prædicationem præbebat nihil suscipi debere quæ videbantur: credere autem quia in principio erat Verbum, et Verbum erat vivens, et Deus erat Verbum; hæc ad illa quæ inspiciebantur, nullam videbantur habere consensionem. Quemadmodum ergo id quod incredibile est efficitur credibile, ipse dicit Dominus: Si

⁴⁴ Isa. XL, 26.

(98) Γραφῶν, Scripturis.

(99) Id est, epuleris. Vox barbara.

(1) Melius, ostendite.

opera non facio quæ nullus alius facit, nolite credere mihi ⁴⁵. Sicut enim quod videbatur dabat fidem quia homo erat, ita dum operaretur, præbebat agnitionem quia Deus. Dormiebat, describebatur homo; suscitans autem mortuos, ostendebat Deum. Non enim somnus quidem suggererat hominis naturam, resurrectio autem mortuorum non ostendebat Deum vivum ex vivente Deo: neque manducans quidem exhibebat hominem, ex paucis enim (2) panibus pascens millia hominum non exhibebat Deum: neque navi quidem navigare ostendebat hominem; in summis autem fluctibus ambulare, non ostendebat Deum maris. Sed sicut humanæ naturæ formabatur ut diceretur homo, ita divinitatis ejus opera abscondebant et hominem. Sed admirabilia quidem quæ ante passionem suam faciebat, ostendebat quia divinæ virtutis esset adventus: de resurrectione autem ejus signa quæ præcesserant, non omnibus exhibebant virtutem et fidem resurrectionis ejus, sed opus erat aliis signis quæ ea firmarent: quia non solum præsens antequam pateretur operatus est mirabilia: sed quia et mortuos suscitavit, et ipse resurgens mirificatur. Ubi ergo ista sunt mirabilia quæ post resurrectionem erant facienda? neque enim semetipsum mundo ostendit, neque Judæis. Si igitur non ostendit semetipsum, quomodo potest quis dicere quia faciens mirabilia credibilem fecit resurrectionem suam? Judæis enim semetipsum: non demonstravit, ne duplex ab eis irreligiositas tentaretur. Sed non poterant nolente Deo, et non concedente Unigenito, secundo cum affigere cruci: siquidem nec primam audaciam perfecissent, nisi Pater concessisset, et Filius permisisset. Sed interim alacritas mala duplex habuisset malitiæ fructum: sive enim affigerent iterum, sive non affigerent, vellet autem; interim ipsi duplicem haberent iniquitatem. Erat autem et quod fiebat secundo superfluum: semel enim reconditum erat ut dispensatio compleretur: si quidem nec possibile erat post resurrectionem corpus quod jam immortalitatem fuerat adeptum, iterum incurrere mortem. Sed sicut animam nullus potest occidere quia est immortalis, ita et corpus, cum indutum fuerit immortalitate, istam habet post resurrectionem promissionem. Quod enim immortale indulgentia factum est, non potest jam interemptionem ab hominibus pati. Judæis igitur post resurrectionem non se ostendere Dominum, parcentis est Judæis: qui enim Hierosolymam delevit, procurrere duplicia mala; non facere autem signa, aut modicum quid discipulis ostendere, ut puta piscium subito multitudinem captam, aut aliud aliquid tale; non erat ostentationis tempus, neque semetipsum ostendit. Neque enim cum faceret ante passionem mirabilia Dominus, ostentans se faciebat,

A qui etiam mandabat curatis ne dicerent alicui quæ passi fuissent bene (3). Conservabat enim dignitatem resurrectionis, et regressionis suæ ad Patrem, et adventus Spiritus sancti. Quid enim magis suadebat discipulos ejus, si ipse faceret signa, aut si ex ipsis præberet virtutem facere majora quam ipse faciebat? Ipsum enim facere signa, ut puta ejicere dæmonia a corporibus possessis, suspectum a Judæis est quia in Beelzebub hoc facit. Cupiens autem arguere quia Dei opera principi dæmoniorum ascribunt Judæi, et maxime ea quæ adversum ipsum principem dæmoniorum et ejus exercitum fiebant, adduxit in medium de discipulis suis, et dixit: *Si ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii vestri in quo ejiciunt* ⁴⁶? Hoc est, isti mei discipuli qui ex vobis sunt, in quo ejiciunt? Quia igitur ea quæ ab ipso fiebant, propter malitiam suscipientium aliis habebant suspiciones: discipulis suis omnia conservabat, ut præcones resurrectionis mortuos suscitantes, cæcos facientes videre, claudis donantes ambulare, et leprosos emundantes, sermonum dignitatem per mirabilia ostenderent. Quid enim ita poterat Lazarus post quatuor dies resurgens a mortuis præbere ad fidem his qui viderant, quam ut ei ipsi discipuli cum alios suscitarent per semetipsos mortuos præbebant? Et quid tale ad fidem valuit, ut Dominus non edoctus litteras legeret, quantum Petrus non edoctus linguam ullam, forte ne quidem et patriam, bene omni loqueretur lingua, et aliis aliquantis mortuis suscitatis etiam cæcis vidantibus, sed et illo qui ita fuerat natus recipiente visum, imo accipiente, emundatis etiam plurimis leprosis, et sanatis millibus hominum, negabat Petrus, et jurabat ne quidem ut hominem se scire. Quia autem venit Spiritus sanctus missus a Filio, et coeffectit intus sanctificans virtus, alius pro alio factus Petrus, et jam Spiritu baptizatus, non solum non negat ad vocem puellæ, sed et omni populo resistit: et qui antea se abscondebatur, nunc cum fiducia ad terminos usque terræ prædicat, et docet universos. Ita adventus Spiritus sancti, qui ingressus est in discipulos, et effecit, resurrectionem Domini et assumptionem visam prædicavit, et ejus virtutem annuntiavit. Cum enim coeffectit Spiritus, transmutatus est Petrus: totus clamat, jam non negans, sed prædicans Salvatorem. Stephanus autem et ipse silet ad lapides, et Dominum annuntiat, quem ad dexteram Patris stantem conspexerat: et alius aliud eloquebatur, et sine solatio erant negotia Judæorum. Sicut enim in diluvio interim quidem Noe non credebatur dum faceret arcam: cum autem subito totum cælum emitteret fluvios, terra autem eructaret aquas, et inde arctaretur incredulitas et de cælo et de terra ab aquis

⁴⁵ Joan. x, 37; xv, 24. ⁴⁶ Luc. xi, 19.

(2) Enim. Forte, autem.

(3) Phrasis Græca, ἀπειρὸν τὸ ἀν' ἑπαθόν, quæ beneficia accepissent.

ut præfocaretur : ita et per apostolos Judæi angustabantur non credentes, et admirabilia indignantes : videntes enim isti ne (4) quidem mortuos suscitatos ab Apostolo exsurgentes, per alium claudos ambulantes, per alterum alia signa completa, et per alium linguas audientes plurimas; arctati meatibus istiusmodi signorum, quæ de sursum apostolis fuerant donata, eadem quæ in terra videntes mirabilia, qui ausi fuerant magistrum affigere cruci, incerti erant quid facerent discipulis ejus. Qua igitur de causa, sub præsentia quidem Domini, et apostoli dubitantes fuerint aliquoties oblatos sibi non potuisse curare; post resurrectionem autem et majora quam Dominus fecit signa facere (5) discipuli? sub ejus enim præsentia ideo nihil facere potuerunt, quia oportebat ampliora signa ad satisfactionem resurrectionis servari. Si enim anticipantes sub præsentia Domini fecissent; quæ post resurrectionem ejus fecisse videntur, habebant et ista destruere Judæi, quantum ad ipsos et aliis ea valere suspicionibus. Nunc autem non possunt. Sub præsentia enim Domini unum dæmonem ejicere non poterant apostoli : post resurrectionem autem ejus, non solum illi, sed et hi qui ab illis istius virtutis semen acceperunt, ejiciunt. Si enim et dubia erant quæ ante passionem prædicabantur, protensionem (6) habuit incredulitas majorem post passionem. Incredibilissimi enim Judæi, ponentes sibi scandalum in ipsa passione Domini, dicebant : *Si Filius Dei est, descendat nunc de cruce* ⁴⁷. Si enim non descenderit, sed mortuus fuerit, inquit, mortua erit et virtus. Quia ergo passio protendit (7) eorum incredulitatem, majora autem signa efficiuntur per discipulos ad confirmationem adventus ejus; magis autem ad confirmationem incredibilis resurrectionis, accipientes satisfactionem ex adventu Spiritus sancti, et apostoli fuerant vocati, statim operibus ipsis ostendebant quantum posset præsentia Spiritus sancti. Primo quidem quia dum essent multi, unum erant spiritu et anima : quia unus et idem erat Spiritus, qui has efficientias dividebat. Sicut enim lapides et latera multi conjuncti et compositi in ædificatus (8) unum et membra plura præcepto ædificantis in unam compaginem adunantur : ita et apostoli uno baptizati Spiritu separationem multitudinis deposuerunt. Conjunctione autem spiritus arctati, unum erant omnes et spiritu et anima et consensione et concordia. Et non solum in his quæ ab intus sunt unum, sed etiam et ab his quæ a foris sunt, prædicabatur eorum anima et concordia. Quicumque enim, inquit, agros habebant aut alias opes, jam non sua putabant quæ aliquando erant sua; sed in commune proferentes, et ipsis operibus spem confirmantes, distrahebant agros, venundabant opes, distrahebant omnia quæ possidebant.

⁴⁷ Matth. xxvii, 40.

(4) *Ne. Forte nunc.*

(5) *Facere. Forte, facere.*

(6) Ἐπιτάσιον.

(7) Ἐπιτάσιον.

Non enim insomnia erant regni spes : sed suspecta fuisset prædicatio, si regna quidem prædicarent cœlestia, de his autem essent solliciti quæ in hæc vita habentur : sed statim operibus formantes (9) suasionem, undique ad unam concordiam confluebant. Apostoli quidem per mirabilia firmabant prædicationem : credentes autem, ex eo quod distrahebant sua, ex eo quod omnia dabant præsentia, ex eo quod omnia ad regna cœlorum transferebant; ante adventum ipsius regni testabantur. His itaque gestis repetamus sensum, et videamus qui erat tunc apud Hierosolimam status, quæ turbela, quis fervor insanientium Judæorum : siquidem et filii a patribus recedentes sibilant ad fidem, et filix e sinibus matrum ad fidem currebant Christi, et turbela erat apud infideles ubique. Ille enim irascebatur filio, quia sapientior patri suo apparuit : illa autem abjiciebat filium, quia matris incredulitas non consentiebat fidei; et frater minabatur fratri; jam autem et dominus servo. Ignis enim ille quem misit Dominus Jesus, aliquos quidem tetigit, aliquos autem desepit, et implevit turbela civitatem, vicos, regiones et domos. Erat autem turbela quibusdam quidem ad bonum, quibusdam autem ad duplex malum. Illi enim qui figurabantur, et persecutionem sustinebant, et cum lætitia omnia ob spem regni cœlestis patiebantur; mala quæ putabantur, in bonis sibi thesauris recondebant. Quicumque enim videbantur legem vindicare Moysei, legis sermones ignorantes contraria legi operabantur. Per ea enim quæ gloriabantur, per ipsa et arguebantur. Erat igitur Judæis ipsa veritas nox. Interfecerunt enim et objurgarunt, et descendentem de cruce dixerunt ei, non descendit. Descendit autem ad inferos, et majora est operatus. Si enim descendisset de cruce, poterant dicere quia moriturus est in eo (10), cum non esset mortuus. Malitiose enim et Judaicæ machinationis erat suspicari, ut etiam hæc fingerent et audirent. Nunc autem quia neque diabolo proponenti possibilia obediunt, neque ejus filiis qui voluntate ejus filii habebantur, præbuit quod locuti sunt. Cum enim posset descendere, non descendit, ne intercideret dispensationis curam, neque præberet Judæis ut iisdem obedisse videretur. Quid enim erat difficilius e cruce descendere Deum, aut ab inferis ascendere viventem? Ergo non propter impossibilitatem excusatio exstitit, sed propter dispensationem permissio morti fuit, ut majora ostenderet quam illi precati sunt. Ego autem libenter recurro ad illud, cum adhuc recens erat passio Christi, recens etiam et Judæorum audacia. Petrus enim loquebatur non ea quæ ante passionem dicebat, et apostoli testabantur, et Judæi dolebant, et jam non habebant cui erogarent pecunias, ut resurrectio occultaretur : milites enim custodientes

(8) Ms., ædificiis.

(9) Ms., firmantes.

(10) *Eo. Forte ea.*

acceperant ista, sicut et proditor Judas. Sciebant enim Judæi adversum se duplas dare pecunias. Deriderunt et ad negandam resurrectionis fidem: sciunt quippe et dare male, et accipere non bene. Siquidem et Joseph distrahentes acceperunt non bene, et Dominum causa proditionis emerunt, et abnegatione resurrectionis adversum se compararunt. In mala enim mercatoria meditati, perditionem sibi procurarunt perpetuam. Sed ad Judam quidem furem vim habebant pecuniæ; ad eum autem qui dicebat, Pecunia et aurum non est mihi, nullam habebat malitia virtutem, sed angustabantur sacerdotes et populus, et turbata erat bonorum. Neque enim quem comprehenderunt jam habebant, neque quem detinuerunt: undique enim spiritus scaturiens fonticabat. Et Petrus quidem istinc aliunde alius, et alter ex illa parte, et qui necdum crederat initiabat clamare. Et illius quidem filius, alterius filia, alterius conjux; et illius domus ipse paterfamilias et servus et famula (11); undique Spiritus fructus scaturiebat suus. Non tantum enim permittebat Judæis visionem, quantum perditionem agnoscere. Hæc cum ita fierent apud Judæam; oportet enim ostendere nos unde ad hos sumus conversi sermones; jam non erat possibile his qui crederant Christo, apud Judæam pasci: siquidem si esset quis filius, ejiciebatur e domo quia factus fuerat fidelis: si frater, non habebat portionem hæreditatis, quia jam habebat partem regni cælestis: et filia abdicabantur, et servi emendabantur, sustinentes pœnas quia fideles. Hæc cum ita agerentur, et jam non sufficerent fideles apud Judæam pascere multitudinem credentium Christo; apostoli prædicantes gentium complacuerunt et hoc donare fidelibus qui in gentibus habebantur, ut colligerent quasdam pecunias et opes, et mitterent ad Judæam credentibus Christo: ut eos quos abdicaverant parentes ob fidem, eos pascerent gentes necessaria destinantes. Et colligebant pecunias qui ex gentibus ob alimonias scilicet sanctorum qui apud Hierosolymam morabantur. Et ista nunc pars est quæ hodie lecta in Epistola Pauli, videtur: non valde cara (12), sicut facta sunt quæ ante prædicata sunt. Evangelizans igitur Apostolus Corinthios per aliorum sollicitudinem, eosque ad similem imitationem adhortans, ut alacriter impertirent fidelibus qui apud Judæam erant, quique abdicati a suis necessariis indigebant, nec ulla promissione Judaicas aut hæreditates habebant: ideo scribens ad eos Paulus ita dicit: *Notam autem vobis facio, fratres, gratiam Dei quæ data est in Ecclesiis Macedoniæ, quia in multo experimento tribulationis abundantia gaudii eorum, et altissima paupertas eorum abundavit in divitiis simplicitatis eorum* ¹⁰. Scribens Corinthiis probat Ma-

cedonas. Quæ autem probatio? quia tribulati non cesserunt charitati. Qui enim non tribulatur, si subministraverit, similis est illi qui dum manducat, ea quæ superaverit donat. Qui autem adhuc esurit et compatiatur e pane suo, ille est fratris amator: siquidem et sub Domino Jesu, cum quidam mitterent multa in templo ex his quæ habebant, vidua duo mittens minuta omnes superavit in donis. Et certe quid erant illa duo minuta quæ vidua misit? Quantum ad rem quidem satis parva: quantum ad alacritatem autem valde magna. Non enim ad id inspicere debemus quod datum est, sed si quid eidem derelictum est. Et ita admirabilis ille qui superat. Non quippe quærendum est si modicum est quod a vidua datur, sed si aliquid ei relictum est. Si enim facta fuerit comparatio de eis quæ relictæ sunt, invenies divites quidem nihil dedisse; plura enim sunt quæ relictæ sunt eis; viduam autem totam substantiæ facultatem dedisse. Ergo nihil magis est, si quis habens donat: sed si quis non habet, urget charitatem ut faciat. Ita et illa vidua, quæ suscepit Eliam infamem (13), a pugillo pollinis primitias offerens prophætæ, et ipsa pasta est et plus cæteris habuit. Ita et Macedones, qui in multo experimento tribulationis: quia enim multa erat apud illos tribulatio inedia rum; incurrunt enim nunquam tales hominibus tribulationes; altissima tribulatio summam charitatem ostendit: quia in multo experimento, inquit, tribulationis abundantia gaudii eorum ¹¹. Quantum enim ad opes spectat, tribulatio erat eis: quantum autem ad charitatem, gaudium. Dare enim ex his quæ ipse non habet, et cum gaudio dare, hæc est summa credulitas de cælestibus regnis. Cupiens ergo ostendere Apostolus quanta eis erat angustia, et quantum gaudebant dantes ex eo quod non habebant; in multo dicit experimento tribulationis abundantia gaudii eorum, et altissima paupertas eorum. Altissima paupertas radicitus eos nihil habere significat. *Abundavit, inquit, in divitiis simplicitatis eorum*. Multa probatio tribulationis: sed abundans, inquit, gaudium eorum, et altissima paupertas eorum: et abundantia, inquit, divitiarum simplicitatis eorum. Ab adversis accepit comparisonem, ostendens quia multa quidem tribulatio erat apud eos inedia rum, non tanta autem quantum et gaudium. Et altissima quidem paupertas, sed divitiarum simplicitatis, quia secundum virtutem tes timonium perhibeo, et super vires ¹⁰. Hoc enim est, et tribulatione voluntarii fuerunt: non vim passi, sed cum multa exhortatione obsecrantes. Non solum enim a nobis non sunt obsecrati, sed et ipsi obsecrarunt. Sed cum multa, inquit, exhortatione obsecrantes rogantes nos ¹¹. Quia enim cum multa obsecratione dictum, dubium videbatur, utrum Macedones rogassent apostolos suscipere

¹⁰ II Cor. VIII, 1, 2. ¹¹ ibid. 2. ¹² ibid. ¹³ ibid. 4.

(11) Ms., familia.

(12) Cara. Forte, clara.

(13) Infamem. Forte, in famo.

re ab ipsis quæ offerebant, aut apostoli Macedonas, ut sese panderent ad dandum, ideo dicit: *Cum multa exhortatione obsecrantes nos, offerentes gaudium et communionem ministerii quod fit in sanetos.* Non enim rogari quis debet ad misericordiam, sed rogare potius ut communicet aliis: *et non sicut speravimus* ¹¹; superarunt enim et nostram expectationem. Quid ergo? Senserunt apostoli inopiam Macedonum, et pigebat eos dicere aliquid; apostolis autem tacentibus non tacebant qui obsecrabantur, *sed semelipsum*, inquit, *dederunt primo Domino, dein et nobis per voluntatem Dei*: hoc est, donum Dei venit ad eos, hortans eos ad opera bona, *ut exhortemur Titum, ut quemadmodum cepit, ita et perficiat in vos gratiam istam* ¹². Quid sibi vult ut exhortemur Titum? Quia enim, inquit, vidimus Macedonum divitias simplicitatis; ut non vinceremini in bonis, rogavimus Titum venire ad vos, et pares vos efficere ad Macedonas, et exhortari ne relinquamini a divitiis gratiæ hujus: *Et sicut in omni abundantia fide, et sermone, et scientia, et omni sollicitudine, et insuper vestra in nos charitate, ut et in hac gratia abundetis* ¹³. In aliis, inquit, omnibus circumventis: ut non autem circumvenientes in aliis, derelinquamini in quibusdam, et exuamini, rogavi Titum, ut in omnibus primatum teneatis: *Non quasi imperans dico, sed propter aliorum sollicitudinem* ¹⁴, hoc est Macedonum alienum: si secundum imperium sunt, videbuntur ex necessitate fieri, et non habent fructum: sed propter aliorum sollicitudinem, *et vestræ charitatis ingenium probamus*: hoc est, admonemus vos Macedonum claritatem (14), ut audientes ad similem veniat zelum. Quia ergo de pecuniis propositio erat, et de operibus bonis; cupiens eos docere Apostolus quia nihil digni atque (15) recepturi estis, et quia in his Dominus prior cepit, et debitum reddimus et non gratiam præseminamus, dicit: *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quia propter nos inops factus est, cum dives esset* ¹⁶. Quia enim de pecuniis dandis erat ei sermo, pigebat autem dives (16) aperiri; opposuit Dominum, qui vere dives, inops pro nobis factus est, ut ad imitationem Dei suscicaret homines. *Scitis enim, inquit, gratiam Domini nostri Jesu Christi, quia propter nos inops factus est cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis.* Si hæc Deus propter homines, nec æqualia; si tamen est aliquid æquale. Quis enim nostrum potest a Deo (17) homo fieri? Ita enim fieret æquale, si tamen et crux sequeretur tali natura. Et teneri enim, et sputum accipere, et illudi, et condemnari, et mori, debitum quidem tantum poterat esse: hæc autem dimittebat, et suam gloriam abscondens, assumpsit nostram ignobilitatem, nobiscum ambulans, nobiscum

manducans, nobiscum dormiens. Ex nobis sputatus, a nobis est tentus, a nobis condemnatus, quantum ad naturam humanam. Proficiat autem sermo ad cætera. Injuriam passus est, cæsus est, sputum accepit, illusus est, affixus est cruci, fel et acetum bibit. Quid invenietur in conmutatione tantæ gratiæ? Istam igitur gratiam nos admonens Apostolus, hortatur ad opera bona. *Scitis enim, inquit, gratiam Domini nostri Jesu Christi, quia propter vos, et non propter se, inops factus est cum esset dives, ut vos illius inopia divites essetis* ¹⁷. Si hæc fecit magister, ista condiscant discipuli, *et consilium, inquit, in isto do* ¹⁸: hoc est, ad imitationem Christi provocat. *Hoc enim vobis est utile.* Illud enim non Christo erat utile, *quique non solum facere, sed et velle cepistis ab anno priore.* Facere non est majus aut velle (18)? Ille autem majus esse dicens velle quam facere, ita cum eis loquitur per epistolam. Qui est ergo quod dicitur ad eos, quos hortatur ad opera bona? Quia enim faciebant quidem, non habebant autem e sua electione ut ultro facerent; hortatur eos ut ultro proponerent, hoc est ut non admonerentur, sed ut ultro complerent. *Qui non solum facere, inquit, sed et velle cepistis ab anno priore* ¹⁹: *Nunc vero et facto perficite: ut quemadmodum promptus animus est voluntatis, ita et perficiat ex eo quod habetis* ²⁰. Præcedit promptus animus perfectionem. Qui enim volebat dare sua, necessitatem non habebat compulsionis: siquidem non exactio sed admonitio erat, ut quemadmodum promptus animus est voluntatis, ita et perficiatis ex eo quod habetis. Quod enim si promptus est quidem, non habeat autem, et defuit ut perficeret; non derelicta est ejus voluntas. Quæritur enim non quis quid habeat, sed quis quid velit. Quid autem si non habet quis, descriperit autem sibi et dixerit, quia, si possiderem tantum, totum darem pauperibus? quantum ad alacritatem quidem spectat, et possidet et dedit. Omnis enim fructus in alacritate est positus. Nonnunquam enim qui dant, mercedem non habent, tanquam dederint: qui autem proposuerunt, super dantes. Quid enim si dat aliquis et murmurat? quid si præbet, pigrior autem est? Quid autem si non habet quis, vult tamen? ut quemadmodum promptus est, inquit, animus voluntatis, ita et perficiatis ex eo quod habetis. *Si enim alacritas proposita est; ut ex eo quod habet det, accepta est* ²¹: tantum promptus animus sit, et cætera sequuntur non ex eo quod non habet. Nemo enim, inquit, quærit quod non habes, sed ex eo quod habes. Non enim hoc est, inquit, quod quæritur a nobis, ut vos quidem evacuamini, alii autem ditentur. *Non enim ut aliis refrigerium, vobis autem tribulatio sit: sed secundum æqualitatem, inquit, in*

¹¹ II Cor. viii, 5. ¹² ibid. 6. ¹³ ibid. 7. ¹⁴ ibid. 8. ¹⁵ ibid. 12.

(14) Claritatem. Forte charitatem.

(15) Atque. Forte ad ea quæ.

(16) Ανοίγεσθαι, id est, loculus aperire.

¹⁷ ibid. 9. ¹⁸ ibid. ¹⁹ ibid. 10. ²⁰ ibid. ²¹ ibid. 11.

(17) Id est, ex Deo, ἀπὸ Θεοῦ.

(18) Aut velle. Forte quam velle, ἢ θέλειν.

præsenti tempore ⁶². Non, inquit, hoc dico, Date omnia quæ habetis, et vos efficiamini pauperes, et alios ditare. Sed quid aio? Qui habet duas tunicas, habeat unam, det autem non habenti unam, et sit æqualitas. *Sed ex æqualitate*, inquit, *in præsenti tempore*. In præsenti, inquit, vita vestra abundat ad illorum inopiam. Qui habet, inquit, duas tunicas, unam superfluam, is qui nec unam habet non fraudet; ut una tua superflua non sit tibi inutilis, sed fiat alio utilis. *Sea ex æqualitate in præsenti tempore vestra abundantia suppleat illorum inopiam* ⁶³: hoc est, abundat his qui ex gentibus sunt: mittatur his qui sunt apud Judæam, qui propter Christum persecutionem sustinent: *ut et illorum abundantia, spiritus utpote gratia, sit ad vestræ inopiam fidei, ut fiat æqualitas: vos ex his quæ habetis pecuniis, illi ex quibus habent donis. Et illorum inopia replebitur vestra abundantia; vestra autem inopia abundantia sit illorum, ut fiat æqualitas; pecuniarum quidem a vobis in illos, donationum autem ab illis in vos, sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non defuit illi* ⁶⁴. Scriptum est, quia populus, dum transisset mare, esset in deserto, et neque seminaret neque meteret; Deus reddens vicem patri eorum Abraham, pro mensa scilicet illa quæ susceptos angelos pavit, pro pane quod angelis apposuit, panem angelorum præbuit filiis Abrahæ, pro eo quod ipse angelis panem hominum in susceptione apposuerat. Isto igitur fructu mannae adveniendi de cælo exhibit populus colligens parata pro cursu Abrahæ et sudore. Colligentes autem ut Judæi non sufficiebant in mensura quæ fuerant præcepta colligere, sed quidam amplius, alii minus colligebant manna; venientes autem ut mensurarent, ad æqualitatem adducebantur invitati. Qui enim plura collegerat in mensura, amplius non habebat; qui autem minus, nihil minuebatur cum mensurarent. Ista igitur comparatione opportune usus est Apostolus dicens, *sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit; et qui modicum, non defuit illi*. Qui enim multum collegit manna, non abundavit; mensurando enim ad æqualitatem venit: et qui modicum collegit, non defuit illi; dum mensuraretur enim, replebatur ei quod deerat. Ita et nunc fiat æqualitas ex manna isto fidei: et quibus abundant opes, mittant his qui indigent: quibus autem abundat gratia, communicent his qui non habent gratiam. *Gratias autem Deo qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi* ⁶⁵: *quoniam exhortationem quidem suscepit; sed cum sollicitior esset de vobis, ultro profectus est ad vos* ⁶⁶. Omnia ultro, Macedones ultro, Titus ultro. Efficiamini, inquit, et vos ultro. Post hæc autem dicit et quem cum eodem miserit, et laudans eos testimoniis commendans quos miserat, addit: *In hac gratia ministratur per nos in gloriam Dei, et sollicitu-*

dinem nostram ⁶⁷. In qua re sic nos arctavimus, ne quis nos vituperet in hac amplitudine quæ ministratur per nos. Quia enim colligere pecunias a fratribus acceptas videbatur malis suspicionem dare, dicit ideo quia sollicitiores eligentes misimus: quia circumspecti fuimus ne quis reprehenderet id quod fiebat; ne quis Judas inventus furaretur, et vituperaret ministerium nostrum. *Providemus enim quæ bona sunt, non tantum coram Deo qui novit conscientiam, sed et coram hominibus* ⁶⁸: ut ne quis, inquit, occasionem acciperet vituperandi. *Misimus autem cum illis et fratrem nostrum, quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse* ⁶⁹. Statim enim qui dedisset pecunias poterat esse suspectus quia qui accipit lucratur, et non perfert ad rem ad quæ dedit, et pigrior efficiebatur ad dandum: ideo commendat eos qui missi sunt, ut non destrueretur donantium alacritas. *Misimus autem, ait, cum illis fratrem nostrum quem probavimus in multis sæpe sollicitum esse, nunc autem sollicitiorem confidentia multa in vos, sive pro Tito qui est socius meus et in vobis adjutor ad præsens ministerium, sive fratres nostri apostoli Ecclesiarum gloriæ Christi*. Ergo non vos pigeat ad ostentationem, quæ sit charitas vestra et nostra gloria pro vobis. Prævenientes enim, inquit, gloriati sumus in illos ostendentes in faciem Ecclesiarum: et homines quidem commendavit. De ipso autem negotio exhortans eos dicit: *Nam de ministerio quod fit in sanctos ipsos qui erant apud Hierosolimam, ex abundanti est mihi scribere vobis* ⁷⁰. Cur ex abundanti? *Scio enim promptum animum vestrum. Quem non solum scio, sed et de quo glorior de vobis apud Macedonas, quia Achaia præparata est ab anno priore*. Et non dico quia secundum æmulationem Macedonum debetis vos adhortari; sed *æmulatio vestra provocat plurimos*. Ergo nolite fieri secundi sed primi, habentes secundarios. Si igitur non est necesse scribere, quid mittis? *Misi autem fratres, ne in eo quod gloriorum de vobis, evacuatur in hac parte; ut, quemadmodum dixeram, parati sitis* ⁷¹. Dubietas enim: *Ne, si venerint, inquit, mecum Macedones, et invenerint vos imparatos, confundamur nos; quomodo nos qui fuerit gloriat, aut dicatur ita ut non dicamus vos in substantia ista glorificationis dico*. *Necessarium ergo existimavi rogare fratres ut pergant ad vos, et præparent ante promissam benedictionem non quasi avaritiam* ⁷². Qui enim dat, accipit magis; et qui videtur donare, benedicitur. Præparatam autem esse, inquit, ita ut benedictionem non quasi avaritiam. Ne quis putet, ait, avaritiam esse quod accipitur ad necessitatem sanctorum. *Hoc autem dico quoniam qui parce seminat, parce et metet: qui seminat benedictionem, benedictionem et metet. Unusquisque sicut proposuit corde faciat* ⁷³. Non enim virtus opus est, sed animus promptus. Quemadmodum ergo debet quis

⁶² II Cor. viii, 13, 14. ⁶³ ibid. 22. ⁶⁴ ibid. 15. ⁶⁵ ibid. 16. ⁶⁶ ibid. 17. ⁶⁷ ibid. 19. ⁶⁸ ibid. 21. ⁶⁹ ibid. 14. ⁷⁰ II Cor. ix, 1, 2. ⁷¹ ibid. 3. ⁷² ibid. 5. ⁷³ ibid. 6.

promptus esse, non ex tristitia aut ex necessitate, ne fiat fructus non fructus. Intueris enim quia et plantæ, cum advenit tempus fructuum, læte exsurgunt, et primo coronantur floribus et annuntiant suam lætitiā. *Non ex tristitia aut ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus*⁷⁴. Et post hæc oratione confirmat adhortationem. *Potens est autem Deus in omni gratia abundare in vos, ut ubique semper omnem sufficientiam habentes abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est: Sparsit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in æternum*⁷⁵. Contestatus autem ex Veteri Testamento opera bona, et ostendens maximam vineam habere, iterum ad benedictionem convertitur, et dicit: *Qui autem administrat semen seminanti. Putas quia non erat alia nuncupatio Dei? sed cupiens admonere quia ex his quæ dat, ex ipsis et accipit. Qui subministrat, inquit, semen seminanti, et panem ad manducandum tribuet, et multiplicabit semen vestrum, et auget incrementa frugum justitiæ vestræ*⁷⁶: hoc est, impertiet: unde et auget, dixit, promptum animum vestrum, ut in omnibus locupletemini in omnem simplicitatem quæ per nos perficit gratiarum actionem Deo. Vult significare quæ virtus est operis boni. Et ne putetis, inquit, quia hoc ipsum est solum ut reficiat esurientes dum pascit, sed qui facit ad gloriam Dei facit: *quia administratio officii hujus non solum supplevit quæ desunt sanctis; facit*

enim et hoc; *sed et abundavit per multam gratiarum actionem Deo*⁷⁷. Qui enim suscipiunt, agnoscunt magnitudinem gratiæ. Quantæ enim pecuniæ fuerunt, tanta et agnosceret multitudo credentium: agnoscitur his qui in Judæa sunt: tanta transmittitur gratia ei qui vocavit; quia administratio officii hujus non solum supplevit ea quæ desunt cunctis; facit enim et hoc; sed etiam abundavit per multam gratiarum actionem Deo: non simpliciter per gratiam, sed per multam gratiam abundavit Deo. Quemadmodum per probationem, inquit, ministrationis hujus magnificantes Deum obsequio confessionis vestræ. Videntes enim fructum agnoscunt quantum credideritis: per probationem ministerii hujus, magnificantes Deum obsequio confessionis vestræ in Evangelium Christi, et simplicitatem communicationis in illos, et ipsorum obsecratione pro vobis. Ergo tanti sunt fructus: suas quidem pecunias mittentes replentes sanctis quod deest, agnoscetur in vobis credentium multitudo, et magnitudo gratiæ transmittitur digna Deo. Quia ergo tanti sunt fructus ab operibus bonis, totum agnoscetes ad totum vos et porrigite. Non solum enim hoc erit, sed et gratia pro gratia. Accipientes enim illi, inquit, quæ ad victum sunt necessaria; et ipsorum oratio erit pro vobis ad Deum. Convertentur enim ad deprecandum pro vobis Deum.

⁷⁴ II Cor. ix, 7. ⁷⁵ ibid. 8. ⁷⁶ ibid. 10. ⁷⁷ ibid. 12.

ORDO RERUM

QUÆ IN HOC TOMO CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPHILI.

COMMENTARIORUM IN PSALMOS SUPPLEMENTUM.

Psalmus CXXIX.	9
Psalmus CXX.	11
Psalmus CXXI.	11
Psalmus CXXII.	14
Psalmus CXXIII.	14
Psalmus CXXIV.	15
Psalmus CXXV.	15
Psalmus CXXVI.	19
Psalmus CXXVII.	19
Psalmus CXXVIII.	23
Psalmus CXXIX.	23
Psalmus CXXX.	26
Psalmus CXXXI.	26
Psalmus CXXXII.	27
Psalmus CXXXIII.	27
Psalmus CXXXIV.	30
Psalmus CXXXV.	34
Psalmus CXXXVI.	55
Psalmus CXXXVII.	38
Psalmus CXXXVIII.	39
Psalmus CXXXIX.	42
Psalmus CXL.	43
Psalmus CXLI.	46
Psalmus CXLII.	47

Psalmus CXLIII.	51
Psalmus CXLIV.	58
Psalmus CXLV.	62
Psalmus CXLVI.	66
Psalmus CXLVII.	67
Psalmus CXLVIII.	70
Psalmus CXLIX.	72
Psalmus CL.	74
FRAGMENTA IN PROVERBIA.	75

COMMENTARIA IN ISAIAM.

Præfatio.	77
§ I. — De codicibus unde prodeunt Eusebii Commentaria in Isaiam.	77
§ II. — I. Testimonia veterum de Eusebii Commentario in Isaiam. — II. De genere interpretandi. — III. Nihil dubii est quod Eusebius. — IV. Quo tempore hæc Commentaria ediderit Eusebius.	79
§ III. — I. Eusebius parce et sobrie de Filio Dei loquitur in his Commentariis. — II. Contra atheos et genethliacos interdum agit. — III. Apostolos quatuordecim numerat. — IV. Singularis de martyribus narratio. — V. Principum sæcularium erga Ecclesiam pietas.	84
§ IV. — I. Deuteroseos Judæorum. — II. De patriarchis et apostolis apud Judæos. — III. Eusebius Hebræo doctore est usus. — IV. An terram non esse spherica forma.	86
INCIPIUNT COMMENTARIA.	89

FRAGMENTA IN DANIELEM.	525
Monitum ad Commentaria in Lucam.	527
COMMENTARIA IN LUCAM.	530
FRAGMENTA IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS.	605
OPERA EUSEBII DOGMATICA.	
DE THEOPHANIA.	607
Monitum in Theophantam.	807
Fragmenta operis de Theophantia.	610
Adnotatio generalis de Græcis Theophantis fragmentis.	689
Monitum in subsequens opusculum.	693
DE SOLEMNITATE PASCHALI.	694
CONTRA MARCELLUM LIBRI DUO.	
LIBER PRIMUS.	707
CAPUT PRIMUM. — Quondam incitatus Marcellus ejus modi librum conscripserit.	707
CAP. II. — Quod nec sacras Scripturas satis exacte cal leat.	730
CAP. III. — Marcelli de proverbijis apud Græcos.	743
CAP. IV. — Quod cum doctrinam Ecclesiæ, tum ejusdem præsulæ accuset.	750
LIBER SECUNDUS.	776
CAPUT PRIMUM. — Qualiter Marcellus opinatus est, et docuit Filium Dei, ante nativitatem de Virgine, neque esse aliquid, nec præexistentiam possedisse.	776
CAP. II. — Quæ fuerat Marcelli sententia de Verbo in Deo existente.	783
CAP. III. — Quid Marcellus sentiebat de carne illa, quam assumpsit Dei Verbum.	798
CAP. IV. — Qualemnam finem subinfert Marcellus Christi regno, et carni quam assumpsit.	811
DE ECCLESIASTICA THEOLOGIA	827
LIBER PRIMUS.	827
Proœmium.	827
CAPUT PRIMUM. — Sabellium a Marcello inepte reprehensum, cum eodem in errore cum Sabellio ipse per omnia versetur.	850
CAP. II. — Quod per Christi gratiam collata est Ecclesiæ excellens quædam cognitio de Patre et Filio.	831
CAP. III. — Quod variis erroribus impliciti erraverint, de Filio diversa sentientes ab Ecclesia.	831
CAP. IV. — Quod frustra se denominant Christianos, qui Filium Dei non fatentur substituisse.	834
CAP. V. — Quomodo Marcellus Filium Dei abnegavit, Sabellii sectam secutus et propositum.	834
CAP. VI. — Quomodo credat Ecclesia Dei.	834
CAP. VII. — Quod diversum ab Ecclesia dogma tuentes a theologica de Dei Filio ratione, non uno modo solo exciderunt.	835
CAP. VIII. — Proponitur orthodoxa et salutaris Ecclesiæ fides.	838
CAP. IX. — Quod non similiter atque cæteræ creaturæ subsistat Filius.	859
CAP. X. — Quod cum solus sit de Patre progenitus, merito solus dicitur ipse et Deus, et Unigenitus, atque Filius.	842
CAP. XI. — Quod Ecclesia unum agnoscat et notum faciat Deum, licet nuper admisit illam formam, Deus de Deo.	843
CAP. XII. — Quod sit inenarrabilis illius de Patre generatio.	846
CAP. XIII. — Quod adventus Filii omnibus fuerit salutaris et necessarius.	850
CAP. XIV. — Quod Ecclesia, nec immerito, Marcellum ejecerit, eandem cum Sabellio foventem opinionem.	854
CAP. XV. — Quibus verbis Marcellus Sabellium concidit, dum ab eo se videri vult dissentire.	854
CAP. XVI. — Quomodo e suis ipsis verbis deprehenditur eandem ipsam opinionem cum Sabellio fovere Marcellus.	853
CAP. XVII. — Quod manifestissime perneget hypostasin Filii.	858
CAP. XVIII. — Quod affirmet Filium ante assumptam carnem nihil prorsus aliud existitisse quam Verbum, consi millimum humano verbo.	862
CAP. XIX. — Quod sacra Scripturæ, non tantummodo Verbum appellent Dei Filium, sed sexcentis aliis diversis nominibus, etiam ante incarnationem suam.	863
CAP. XX. — Propositæ per partes e sacris Litteris, et explicitæ XXX demonstrationes.	865

LIBER SECUNDUS.	
CAPUT PRIMUM. — Qualiter Sabellii dogma restauravit Marcellus.	899
CAP. II. — Quod Judaizare deprehenditur in opinione sua.	902
CAP. III. — Quomodo Dei Verbum in Deo existens, sine principio definitum, et ingenitum.	903
CAP. IV. — Quomodo unum atque idem esse Verbum atque Deum dixit.	903
CAP. V. — Quod cum ita dicat, Filium neget.	906
CAP. VI. — Quid de divinitate Filii sentiat Ecclesia.	906
CAP. VII. — Quomodo Ecclesia Patris prædicat monarchiam.	907
CAP. VIII. — Quibus verbis Marcellus abnegavit Filium Dei.	914
CAP. IX. — Refutatio perversæ hujus hominis sententiæ.	913
CAP. X. — Quod non recte capit illud: <i>In principio erat Verbum.</i>	919
CAP. XI. — Quod eum aliquando prolaticum Dei Verbum vocet, aliquando autem intus repositum, ut in hominibus solet fieri, atque immanens.	923
CAP. XII. — Quod non ut Marcèllo videbatur theologiam de Filio evangelista proposuit.	926
CAP. XIII. — Quot modis intelligatur, quid voce Verbi significetur.	926
CAP. XIV. — Qualiter exponenda sit evangelica de Verbo doctrina.	927
CAP. XV. — Voces proponuntur illæ, quibus Marcellus planissime abnegavit Dei Filium: affirmans illum esse Verbum nunc immanens, nunc emanans.	934
CAP. XVI. — Refutatur perversa hujus hominis opinio.	935
CAP. XVII. — Veræ sententiæ de Verbo explicatio.	938
CAP. XVIII. — Cur in principio Evangelii sui evangelista Filium Verbum nominavit?	939
CAP. XIX. — Quod Marcellus, advocatis in testimonium e Veteri Testamento Scripturis de Deo uno, non secus quam Judæi solent, abnegaverit Dei Filium.	945
CAP. XX. — Quid cause fuerit quod Moses et prophetæ explicitam de Filio theologiam Judæis non tradiderunt.	950
CAP. XXI. — Quod Filius is Dei fuerat, qui cum Mose atque Abrahamo loquebatur.	954
CAP. XXII. — Quod etiam in prophetis Pater per Filium Deus prædicatur.	958
CAP. XXIII. — Quod Ecclesia non prædicat deos duos.	959
CAP. XXIV. — Quod Marcellus unigenitum Filium Verbum verbis Dei agendorum constructivis assimilet.	965
CAP. XXV. — Qualiter sibi ipsi contraria scribat.	966
LIBER TERTIUS.	970
CAPUT PRIMUM. — Quam perverse Marcellus interpretari ausus est sacras Litteras.	970
CAP. II. — Quomodo illius, <i>Dominus condidit me principium viarum ejus</i> et quæ sequuntur intelligi debeant. Et quomodo Marcellus ea transtulit ad carnem Servatoris susceptam.	971
CAP. III. — Refutatio eorum quæ perverse commentatus est ad loca, et orthodoxa eorum interpretatio.	982
CAP. IV. — Quomodo Marcellus, Scripturas non intelligens, unam eandemque definit esse substantiam Patris, et Filii, et Spiritus sancti.	1002
CAP. V. — Quomodo de sancto Spiritu Servator docuit.	1006
CAP. VI. — Quæ sit Ecclesiæ traditio de Patre, et Filio, et Spiritu sancto.	1014
CAP. VII. — Quomodo Marcellus carnem asseveret esse imaginem Dei invisibilis.	1015
CAP. VIII. — Quomodo idem astruat carnem Servatoris professe nihil.	1015
CAP. IX. — Quod ausus est dicere, carnem Servatoris verbo destituendam esse in fine sæculi.	1018
CAP. X. — Quod de carne Servatoris Scripturæ doceant: et quod Marcellus contra illas senserit.	1018
CAP. XI. — Quod vocem evangelicam non intelligens, dixit scandalizare, et nihil prodesse carnem Servatoris.	1019
CAP. XII. — Evangelicæ vocis interpretatio.	1022
CAP. XIII. — Quomodo regnum Christi ait initum ante annos quadringentos accepisse, habiturum autem finem in consummatione sæculi censuit, perversas Scripturarum interpretationes afferendo.	1023
CAP. XIV. — Expositio sanæ sensus locorum Scripturæ.	1028

CAP. XV. — Qualiter dicitur, Omnia Filio subjiciuntur, et ipse subjicietur Patri.	1027
CAP. XVI. — Quomodo dictum sit ab Apostolo : <i>Ut. sit Deus omnia in omnibus.</i>	1031
CAP. XVII. — Quæ sacra Scriptura doceat de regno Servatoris indeterminabili, et quomodo Marcellus aperte ausus est asseverare finem habiturum ejus regnum.	1033
CAP. XVIII. — Quod in regno Filii unum futuri sint omnes qui illa felicitate habebuntur digni.	1042
CAP. XIX. — Quod quemadmodum Pater et Filius dicuntur unum, ita quoque et omnes sancti futuri sunt.	1049
CAP. XX. — Quod ut Pater in Filio, et Filius in Patre, ita et in suis sanctis omnibus erit.	1043
CAP. XXI. — Quomodo intelligi debeat illud : <i>Qui vidit me, vidit et Patrem.</i>	1046

OPUSCULA.

De fide adversus Sabellium libri duo.	1048
De resurrectione libri duo.	1070
De incorporati et invisibili Deo.	1114
De incorporati.	1123
De incorporati anima.	1133
De spiritali cogitatu hominis.	1144
De eo quod Deus Pater incorporalis est.	1148
Item de eo quod Deus Pater incorporalis est.	1160
De eo quod ait Dominus : <i>Non veni pacem mittere in terram.</i>	1169
De mandato Domini, quod ait : <i>Quod dico vobis in aere, supra tecta prædicare.</i>	1182
De operibus bonis et malis.	1190
De operibus bonis.	1195

FINIS TOMI VICESIMI QUARTI.

John iii. 5. Note the way in which it is quoted by
Euseb. col. 96^c. Cf. 109^c.



THIS VOLUME
DOES NOT CIRCULATE
OUTSIDE THE LIBRARY.





Это цифровая копия книги, хранящейся для потомков на библиотечных полках, прежде чем ее отсканировали сотрудники компании Google в рамках проекта, цель которого - сделать книги со всего мира доступными через Интернет.

Прошло достаточно много времени для того, чтобы срок действия авторских прав на эту книгу истек, и она перешла в свободный доступ. Книга переходит в свободный доступ, если на нее не были поданы авторские права или срок действия авторских прав истек. Переход книги в свободный доступ в разных странах осуществляется по-разному. Книги, перешедшие в свободный доступ, это наш ключ к прошлому, к богатствам истории и культуры, а также к знаниям, которые часто трудно найти.

В этом файле сохранятся все пометки, примечания и другие записи, существующие в оригинальном издании, как минимум о том долгом пути, который книга прошла от издателя до библиотеки и в конечном итоге до Вас.

Правила использования

Компания Google гордится тем, что сотрудничает с библиотеками, чтобы перевести книги, перешедшие в свободный доступ, в цифровой формат и сделать их широкодоступными. Книги, перешедшие в свободный доступ, принадлежат обществу, а мы лишь хранители этого достояния. Тем не менее, эти книги достаточно дорого стоят, поэтому, чтобы и в дальнейшем предоставлять этот ресурс, мы предприняли некоторые действия, предотвращающие коммерческое использование книг, в том числе установив технические ограничения на автоматические запросы.

Мы также просим Вас о следующем.

- Не используйте файлы в коммерческих целях.
Мы разработали программу Поиск книг Google для всех пользователей, поэтому используйте эти файлы только в личных, некоммерческих целях.
- Не отправляйте автоматические запросы.
Не отправляйте в систему Google автоматические запросы любого вида. Если Вы занимаетесь изучением систем машинного перевода, оптического распознавания символов или других областей, где доступ к большому количеству текста может оказаться полезным, свяжитесь с нами. Для этих целей мы рекомендуем использовать материалы, перешедшие в свободный доступ.
- Не удаляйте атрибуты Google.
В каждом файле есть "водяной знак" Google. Он позволяет пользователям узнать об этом проекте и помогает им найти дополнительные материалы при помощи программы Поиск книг Google. Не удаляйте его.
- Делайте это законно.
Независимо от того, что Вы используете, не забудьте проверить законность своих действий, за которые Вы несете полную ответственность. Не думайте, что если книга перешла в свободный доступ в США, то ее на этом основании могут использовать читатели из других стран. Условия для перехода книги в свободный доступ в разных странах различны, поэтому нет единых правил, позволяющих определить, можно ли в определенном случае использовать определенную книгу. Не думайте, что если книга появилась в Поиске книг Google, то ее можно использовать как угодно и где угодно. Наказание за нарушение авторских прав может быть очень серьезным.

О программе Поиск книг Google

Миссия Google состоит в том, чтобы организовать мировую информацию и сделать ее всесторонне доступной и полезной. Программа Поиск книг Google помогает пользователям найти книги со всего мира, а авторам и издателям - новых читателей. Полнотекстовый поиск по этой книге можно выполнить на странице <http://books.google.com/>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>